se inuicem venirēt anse: et mutuo iun-
gerentur. Unde et quinquaginta fudit
circulos aureos qui morderēt cortina
rum ansas et fieret vnum tabernaculū.
Fecit et saga vndecim de pilis caprarū
ad operiendū tectū tabernaculi: vnum
sagū in longitudine habebat cubitos
triginta et in latitudine cubitos qua-
tuor. Unius mēsure erāt omnia saga.
Quorum quinq; iunxit seorsum: et sex
alia separatim. Fecitq; ansas quinqua
ginta in ora sagi vnius: et quinquagin
ta in ora sagi alterius: vt sibiinuicem
iungerentur. Et fibulas eneas quinqua-
C ginta quibus necteretur tectū: vt vnū
palliū ex omnib⁹ sagis fieret. Fecit et
opertoriū tabernaculi de pellib⁹ arie-
tum rubricatis: aliudq; desuper vela-
mentum de pellibus hiacynthinis. Fe-
citq; et tabulas tabernaculi de lignis
sethim stantes. Decem cubitorum erat
lōgitudo tabule vnius: et vnum ac se-
mis cubitus latitudo retinebat. Bine
incastrature erāt p singulas tabulas:
vt alteri altera iungeretur. Sic fecit
in omnib⁹ tabernaculi tabulis. E quib⁹
bus viginti ad plagā meridianā erāt
contra austrum cum quadraginta basi
bus argenteis. Due bases sub vna tabu
la ponebantur ex vtraq; parte angulo
rum vbi incastrature laterum in angu
lis terminātur. Ad plagā quoq; taber
naculi que respicit ad aquilonē: fecit
viginti tabulas cū quadraginta basi-
bus argēteis: duas bases per singulas
tabulas. Contra occidētem vero id est
ad eā partem tabernaculi que mare re
spicit: fecit sex tabulas et duas alias
per singulos angulos tabernaculi re-
tro que iuncte erāt a deorsum vsq; sur
sum et in vnā compaginem pariter fe-
rebantur. Ita fecit ex vtraq; parte per
singulos angulos: vt octo essent simul
tabule: et haberent bases argēteas sex-
decim: binas scz bases sub singulis ta- D
bulis. Fecit et vectes de lignis sethin
quinq; ad continendas tabulas vnius
lateris tabernaculi: et quinq; alios ad
alterius lateris coaptādas tabulas: et
extra hos quinq; alios vectes ad occi-
dentalē plagā tabernaculi contra ma
re. Fecit quoq; vectem alium qui per
medias tabulas ab angulo vsq; ad an-
gulum perueniret. Ipsa autem tabula
ta deaurauit: fusis basib⁹ earum argen
teis. Et circulos eorum fecit aureos p
quos vectes induci possent: q̄s et ipsos
laminis aureis operuit. Fecit et velum
de hiacyntho: purpura: vermiculo: ac
bysso retorta opere polymitario: va-
rium atq; distinctū: et quatuor colum-
nas de lignis sethim: quas cum capiti
bus deaurauit: fusis basibus earum ar
gēteis. Fecit et tentoriū in introitu ta-
bernaculi ex hiacyntho: purpura: ver-
miculo: byssoq; retorta: opere pluma-
rio: et colūnas quinq; cū capitib⁹ suis
quas operuit auro basesq; earū fudit
eneas quas et operuit auro.

¶ C.S. Fit arca et vectes eius: et ppi-
tiatoriū cherubin: mēsa cum circulis:
cādelabrū: et lucerne cum emūctorijs:
altare thymiamatis: oleum sanctifica
tionis et thymiama. Capl'm. xxxvij.


Ecit aūt beseleel et arcā de A
lignis sethim habētē duos
et semis cubitos in longitu
dine: et cubitum ac semissem
i latitudine: altitudo quoq;
vnius cubiti fuit et dimidij: vesti-
uitq; eā auro purissimo intus ac foris.
Et fecit illi coronam auream per gyrū

confla[n]s q̃tuor ãnulos aureos ꝑ q̃tuor
angulos ei⁹: duos ãnulos ĩ latere vno:
26. dist. c. q̃ et duos in altero. Uectes q̃ꝫ fecit de li
ecclesiasti- gnis sethim: quos vestiuit auro ⁊ quos
cos. §. cccc. misit in ãnulos qui erant in lateribus
arce ad portandum eã. Fecit ⁊ ꝓpitia
torium: id est oraculũ de auro mũdis-
simo duoꝝ cubitoꝝ ⁊ dimidij in longi
tudine: ⁊ cubiti ac semis ĩ latitudine.
Duos etiã cherubin ex auro ductili q̃s
posuit ex vtraq̃ parte ꝓpitiatorij che
rub vnũ in summitate vnius partis: ⁊
cherub alterũ in summitate partis al-
terius. Duos cherubin in singulis sum
mitatibus ꝓpitiatorij extẽdẽtes alas
⁊ tegẽtes propitiatoriũ: seq̃ mutuo ⁊
B illud respicientes. Fecit ⁊ mensam de
lignis sethim ĩ lõgitudine duoꝝ cubi-
toꝝ: ⁊ in latitudine vnius cubiti: q̃ ha
bebat in altitudine cubitum ac semis-
sem. Circũdeditq̃ eam auro mũdissi-
mo: ⁊ fecit illi labiũ aureũ ꝑ gyrũ: ipsi
quoq̃ labio coronã auream interrasi-
lem quatuor digitoꝝ: ⁊ super eandẽ al
terã coronã auream. Fudit ⁊ quatuor
circulos aureos: quos posuit in q̃tuor
angulis ꝑ singulos pedes mẽse ꝯ coro
nã: misitq̃ in eos vectes: vt possit mẽ-
sa portari. Ipsos q̃ꝫ vectes fecit de li-
gnis sethim: ⁊ circũdedit eos auro. Et
vasa ad diuersos vsus mense acetabu-
la: phialas: et ciathos: et thuribula ex
auro puro: in quib⁹ offerẽda sunt liba
mina. Fecit ⁊ cãdelabrũ ductile de au-
C ro mũdissimo. De cuius vecte: calami:
cyphi: spheruleq̃ simul ⁊ lilia ꝓcede-
bãt sex ĩ vtroq̃ latere. Tres calami ex
ꝑte vna: ⁊ tres ex altera. Tres cyphi in
nucis modum per calamos singulos:
spheruleq̃ simul ⁊ lilia: ⁊ tres cyphi i-
star nucis ĩ calamo altero spheruleq̃
simul ⁊ lilia. Equum erat opus sex ca-
lamoꝝ qui procedebãt de stipite cãde
labri. In ipso aũt vecte erant quatuor
cyphi in nucis modum: spheruleq̃ per
singulos et lilia sub duobus calamis
per loca tria: qui simul sex fiũt calami
ꝓcedẽtes de vecte vno: et sphérule igi
tur ⁊ calami ex ipso erãt vniuersa du-
ctilia ex auro purissimo. Fecit ⁊ lucer-
nas septẽ cum emũctorijs suis et vasa
vbi ea q̃ emuncta sunt extinguãtur de
auro mundissimo. Talentũ auri appẽ
debat candelabrũ, cum omnibus vasis
D suis. Fecit ⁊ altare thymiamatis de li-
gnis sethim: per quadrũ singulos ha-
bẽs cubitos: ⁊ in altitudine duos e cu
ius angulis procedebant cornua: vesti
uitq̃ illud auro purissimo: cũ craticu
la ac parietibus ⁊ cornib⁹: fecitq̃ ei co
ronã aureã ꝑ gyrũ: ⁊ duos ãnulos au-
reos sub corona per singula latera: vt
mittãtur in eos vectes ⁊ possit altare
portari. Ipsos autẽ vectes fecit de li-
gnis sethim et opuit laminis aureis.
Cõposuit ⁊ oleum ad sctificatiõis vn-
guẽtũ: et thymiamata de aromatibus
mundissimis opere pigmentarij.

¶ C. S. Fit altare holocausti cum per
tinentijs: labium eneum: ⁊ atrium cum
pertinentijs. Capitulum. xxxviij.



Fecit et altare holocausti A
de lignis sethim q̃nq̃ cu- 2. para. i. 2.
bitorũ ꝑ quadrũ ⁊ triũ in
altitudine: cui⁹ cornua de
angulis ꝓcedebãt: opuit-
q̃ illud laminis eneis. Et
inusus ei⁹ parauit ex ere vasa diuersa:
lebetes: forcipes: fuscinulas: vncinos:
et igniũ receptacula. Craticulãq̃ eius
in modũ retis fecit eneã: ⁊ subter eã
in altaris medio arulã fusis quatuor
eneis ãnulis ꝑ totidẽ retiaculi summi
tates: ad inmittẽdos vectes ad portã
dum. Quos et ipsos fecit de lignis se-
thim: et operuit laminis eneis: indu-
xitq̃ in circulos q̃ in laterib⁹ altaris
eminebãt. Ipm aũt altare nõ erat soli
dum: sꝫ cauum ex tabulatis: ⁊ intus va-
cuũ. Fecit ⁊ labrũ eneũ cum basi sua de 26. dist. c. q̃
speculis mulierũ: q̃ excubabãt in ostio ecclesiasticis
tabernaculi. Fecit ⁊ atriũ in cuius au- §. cccc. in fi.
strali plaga erãt tẽtoria de bysso retor
ta cubitorũ centũ: columne enee vigin
ti cũ basibus suis: capita columnarum
et tota operis celatura argẽtea. Eque B
ad septentrionalem plagã tentoria co
lumne basesq̃ ⁊ capita colũnarũ eius-
dẽ mensure ⁊ operis ac metalli erant.
In ea vero plaga q̃ ad occidentẽ respi
cit: fuerũt tentoria cubitoꝝ quinqua-
ginta colũne decẽ cũ basib⁹ suis enee:
et capita colũnarũ ⁊ tota operis cela-
tura argentea. Porro cõtra orientem
quinquaginta cubitorũ parauit tento
ria: e qb⁹ quindecim cubitos colũna-
rũ triũ cũ basib⁹ suis vnũ tenebat la-
tus: et in parte altera q: inter vtraq̃
introitũ tabernaculi fecit: quindecim
eque cubitorum erãt tẽtoria: colũneq̃
tres ⁊ bases totidẽ. Cuncta atrij tẽto
ria byssus retorta texuerat. Bases co-
lũnarũ fuere enee: capita autem earum
cum cunctis celaturis suis argentea:

sed et ipsas columnas atrij vestiuit argē
C to. Et in introitu ei⁹ ope plumario fe
cit tētoriū ex hiacyntho purpura vermi
culo ac bysso retorta: qđ habebat vigi
ti cubitos i lōgitudine: altitudo vero
q̄nq̧ cubitor erat iuxta mēsurā quam
cuncta atrij tentoria habebāt. Colūne
aūt i ingressu fuere quatuor cū basib⁹
eneis: capitaq̧ ear et celature argētee.
Paxillos q̄q tabernaculi et atrij p gy-
rū fecit eneos. Hec sunt instrā taber-
naculi testimonij: que enumerata sunt
iuxta p̄ceptum moysi in cerimonijs le-
uitarum per manū ithamar filij aaron
sacerdotis: que beseleel fili⁹ huri filij
hur de tribu iuda dño p moysen iubē
te cōpleuerat: iuncto sibi socio ooliab
filio achisamech de tribu dan: q̄ et ipe
artifex lignor egregius fuit et polymi
tarius atq̧ plumarius ex hiacyntho:
D purpura vermiculo et bysso. Omē aurū
qđ expensum est in opere sanctuarij et
quod oblatū est in donarijs: viginti et
nouē talentor fuit et septingentor tri
ginta siclorū ad mēsuram sanctuarij.
Oblatum est autē ab his q̄ trāsierūt
ad numerū a viginti annis et supra: de
sexcentis tribus milibus et quingētis
quinquaginta armator. Fuerunt pre-
terea centum talenta argēti: e quibus
cōflate sunt bases sanctuarij: et introi-
tus vbi velum pendet. Centum bases
facte sunt de talentis centum singulis
talētis per bases singulas supputatis.
De mille aūt septingētis et septuagin
taquinq̧ siclis fecit capita colūnarum
q̄s et ipas vestiuit argento. Eris quoq̧
oblata sunt talenta septuagintaduo
milia: et q̄dringenti supra sicli: ex q̄b⁹
fuse sunt bases in introitu tabernacu-
li testimonij: et altare eneum cum crati
cula sua: omniaq̧ vasa que ad vsum eius
pertinēt: et bases atrij tam in circuitu
q̄ in ingressu eius: et paxilli tabernacu
li atq̧ atrij per gyrum.

¶ Capituli Summarium. Fiunt orna
menta pōtificalia et sacerdotalia: per
ficitur opus: quod oblatū moyses be-
nedixit.

Capitulum. xxxix.



A E hiacyntho vero et purpu
ra: vermiculo ac bysso fecit
vestes quibus indueretur
aaron quando ministrabat
in sanctis sicut precepit do
minus moysi. Fecit igitur et superhu
merale de auro hiacyntho et purpura
coccoq̧ bis tincto et bysso retorta ope
re polymitario. Inciditq̧ bracteas au
reas et extenuauit i fila: vt possent tor
queri cum priorum colorū sub tegmi
ne: duasq̧ oras sibijnuicem copulatas
in vtroq̧ latere summitatum: et bal-
theum ex eisdem coloribus sicut prece B
perat domin⁹ moysi. Parauit et duos
lapides onichinos: astrictos et inclu-
sos auro: et sculptos arte gēmaria no
minibus filior israel. Sex nomina
in lapide vno: et sex in altero: iuxta or-
dinem natiuitatis eorū. Posuitq̧ eos
in lateribus superhumeralis in moni
mentum filiorum israel: sicut precepe
rat dñs moysi. Fecit et rationale opere
polymito iuxta opus superhumeralis:
ex auro hiacyntho purpura: coccoq̧
bis tincto et bysso retorta: quadrangu
lum duplex mensure palmi et posuit
in eo gemmarum ordines quatuor. In
primo versu erat sardius: topazius et C
smaragdus. In secūdo carbūculus: sa-
phyrus et iaspis. In tertio ligurius:
achates et amethistus. In quarto chry-
solitus: onychinus et berillus: circum-
dati et inclusi auro per ordines suos.
Ipsiq̧ lapides duodecim sculpti erāt
nominib⁹ duodecim tribuū israel: sin
guli per nomina singulorum. Fecerūt
in rationali et catenulas sibijnuicem co
herētes de auro purissimo: et duos vn-
cinos totidēq̧ anulos aureos. Porro
anulos posuerunt in vtroq̧ latere ra-
tiōalis: e quibus penderēt due catene
auree: quas inseruerūt vncinis qui in
superhumeralis angulis eminebant. D
Hec et ante et retro ita cōueniebāt sibi:
vt superhumerale et rōnale mutuo ne-
cterētur stricta ad baltheum et anulis
forti⁹ copulata: quos iūgebat vitta hia
cynthina: ne laxa fluerēt et a seinuicem
mouerētur: sicut preceperat dñs moy-
si. Feceruntq̧ tunicā superhumeralis
totā hiacynthinam: et capitium in su-
periori parte contra medium: oramq̧
per gyrum capitij textilē: deorsum au-
tem ad pedes malapunica ex hiacyn-
tho purpura vermiculo ac bysso retor
ta: et tintinnabula de auro purissimo:
que posuerūt iter malogranata in ex-
trema parte tunice per gyrū: tintinna-
bulū aūt aureū et malūpunicum qui-
bus ornatus incedebat pōtifex quan-
do ministerio fungebat: sicut precepe-
rat dñs moysi. Fecerūt et tunicas byssi- E
nas opere textili aaron et filijs eius: et
mitras cū coronulis suis ex bysso: femo

ralia q̄3 linea byssina: cingulū vero de
bysso retorta hiacyntho: purpura ac
vermiculo distinctū arte plumaria sicut
preceperat dn̄s moysi. Fecerūt τ lami-
nam sacre venerationis de auro puris-
simo scripserūtq3 in ea opere gēmario
sanctū dn̄i: τ strinxerūt eā cū mitra et
vitta hiacynthina: sicut preceperat dn̄s
moysi. Perfectū est igit̄ oē opus taber
De cōse.di. 2.c.1.in p̄n. naculi τ tecti testimonij. Fecerūtq3 fi-
lij isrl̄ cūctaq3 q̄ preceperat dn̄s moysi
F et obtulerūt tabernaculū tectū τ vni-
uersā supellectilē: anulos: tabulas: ve
ctes: colūnas ac bases: opertoriū de pel-
libus arietū rubricatis: τ aliud operi
mētū de hiacynthinis pellibus: velū:
arcā: vectes: ppitiatoriū: mēsam cū va
sis suis: τ ppositionis panibus: cāde-
labrū: lucernas τ vtēsilia earū cū oleo:
altare aureū τ vnguentū et thymiama
ex aromatibus: τ tentoriū in introitu
tabernaculi: altare eneū: retiaculū: ve-
ctes τ vasa eius oīa labrū cū basi sua:
tētoria atrij τ colūna cū basibus suis:
tentoriū in introitu atrij funiculosq3
G illi⁹ τ paxillos. Nihil ex vasis defuit q̄
in ministeriū tabernaculi: τ in tectū fe
deris iussa sunt fieri. Uestes q̄3 quibus
sacerdotes vtūtur in sanctuario aarō
sc3 τ filij ei⁹ obtulerūt filij israel: sicut
preceperat dn̄s. Que postq̄ moyses cū
cta vidit completa: benedixit eis.
¶ C.S. Precepit dn̄s vt erigat̄ taber
naculū: τ oīa vnctiōis oleo cōsecrent:
qd̄ fit mense primo anni scd̄i: q̄ postq̄
perfecta sunt: nubes operit tabernacu
lum: que incūbit tabernaculū per diē:
ignis per noctem: si nubes deserit ta-
A bernaculum proficiscūtur. Capi. xl.



Locutusq3 est dn̄s ad moy-
sen: dicēs. Mēse p̄mo pri-
ma die mēsis eriges taber
naculum testimonij et po-
nes in eo arcā: dimittesq3
ante illā velū: τ illata mē-
sa pones sup eā que rite p̄cepta sunt.
Candelabrū stabit cū lucernis suis: et
altare aureum in quo adoletur incen-
sum coram arca testimonij. Tentoriū
in introitu tabernaculi testimonij po
nes: τ ante illud altare holocausti: la-
brum inter altare τ tabernaculum qd̄
implebis aqua. Circūdabisq3 atrium
tentorijs: τ ingressum eius. Et assum-
B pto vnctionis oleo vnges tabernacu-
lum cum vasis suis: vt sanctificentur
altare holocausti τ oīa vasa eius: labrū
cum basi sua: omnia vnctionis oleo cō
secrabis: vt sint sancta sanctorum. Ap S.30.c.
plicabisq3 aaron τ filios eius ad fores
tabernaculi testimonij: et lotos aqua
indues sanctis vestibus vt ministrent
mihi τ vnctio eorū i sacerdotiū sempi-
ternū pficiat. Fecitq3 moyses oīa que Num.7.a.
preceperat dn̄s. Igitur mēse p̄mo an-
ni secundi in prima die mēsis colloca-
tum est tabernaculū. Erexitq3 moyses
illud et posuit tabulas ac bases et ve-
ctes: statuitq3 colūnas τ expandit te-
ctum super tabernaculū imposito de-
super operimēto: sicut dn̄s imperaue- E
rat. Posuit τ testimoniū in arca subdi
tis infra vectibus τ oraculū desuper.
Cūq3 intulisset arcā in tabernaculum
testimonij: appēdit ante eā velū: vt ex
pleret dn̄i iussionē. Posuit τ mensam
in tabernaculo testimonij ad plagam
septētrionalē extra velū ordinatis corā
ppositionis panibus: sicut preceperat
dn̄s moysi. Posuit τ candelabrū in ta
bernaculo testimonij e regione mense
in parte australi locatis per ordinē lu
cernis: iuxta preceptū dn̄i. Posuit et
altare aureū sub tecto testimonij ɔtra
velum: τ adoleuit sup eo incēsum aro D
matū: sicut iusserat dn̄s moysi. Posuit S.30.c.
et tentoriū in introitu tabernaculi te
stimonij τ altare holocausti in vestibu
lo testimonij: offerēs in eo holocaustū
et sacrificia vt dn̄s imperauerat. La-
brum quoq3 statuit inter tabernaculū
testimonij et altare: implēs illud aqua.
Laueruntq3 in eo moyses τ aaron ac fi
lij eius manus suas τ pedes cū ingre-
derentur tectū federis: τ accederēt ad
altare: sicut preceperat dn̄s moysi. Ere
xit τ atrium per gyrum tabernaculi et
altaris ducto i introitu eius tētorio. Num.9.c.
Postq̄ oīa perfecta sunt operuit nubes
tabernaculū testimonij: τ gloria dn̄i i-
pleuit illud. Nec poterat moyses ingre
di tectū federis nube operiente oīa: et
maiestate dn̄i coruscante: q2 cūcta nu-
bes operuerat. Si quādo nubes taber
naculum deserebat proficiscebantur fi
lij israel per turmas suas. Si pēdebat
desuper manebant in eodem loco. Nu
bes quippe domini incubabat p diem
tabernaculo: et ignis in nocte videnti-
bus cunctis populis israel per cūctas
mansiones suas.

¶ Explicit liber Elleschmoth.
i. Exodus.


¶ Incipit vaickra: id est liber Leuiticus.

¶ C. S. De ritu holocaustoꝝ quō fieri debeat si oblatio sit de armēto: quō si de pecoribus: quō si de auibus. Cap. j.


A 
Ocauit aūt moysen ⁊ locutus est ei dñs d̄ tabernaculo testimonij: dicēs. Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos. Hō q̄ obtulerit ex vobis hostiā dño de pecoribus: id est de bobus ⁊ ouibus offerēs victimas: si holocaustū fuerit eiꝰ oblatio ac de armēto masculū immaculatū offeret ad ostiū tabernaculi testimonij
B ad placādū sibi dñm. Ponetq̄ manus
Exo. 27. b. sup̄ caput hostie: et acceptabilis erit:
j. 3. a. atq̄ in expiationē eiꝰ p̄ficiēs. Immo-
et. j. 4. a. labitq̄ vitulū corā dño ⁊ offerent filij aaron sacerdotis sanguinē eius fundētes p̄ altaris circuitū qđ est ante ostiū tabernaculi. Detractaq̄ pelle hostie: artus in frusta cōcidēt ⁊ subijcient in altari ignē strue lignorū ante cōpositam: ⁊ mēbra q̄ sunt cesa desup̄ ordinantes caput vꝫ ⁊ cūcta que adherēt iecori intestinis ⁊ pedibus lotis aqua: adolebitq̄ ea sacerdos super altare in ho
C locaustum ⁊ suauē odorē dño. Qđ si de
De cōse. di. pecoribus oblatio est de ouibꝰ siue de
j. c. i. in gl. capris holocaustū: agnū anniculum et
Di. 2. c. non absq̄ macula offeret: imolabitq̄ ad la
oportet. tus altaris qđ respicit ad aquilonem corā dño. Sanguinē ṽo illius fundent
De pe. di. i. sup̄ altare filij aarō per circuitū dimi-
c. libenter. dentq̄ mēbra caput ⁊ oīa que adherēt
ibi. i lege sa iecori: ⁊ imponet super ligna quibus
crificium. subijciendus est ignis. Intestina vero
j. eodem. et pedes lauabunt aqua. Et oblata oīa
C adolebit sacerdos super altare in holocaustum ⁊ odorē suauissimum dño. Si autē de auibus holocausti oblatio fuerit dño: de turturibus ⁊ pullis columbe offeret eā sacerdos ad altare: et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco decurrere faciet sanguinē super crepidinē altaris: vesiculā vero gutturis ⁊ plumas p̄iciat p̄pe altare ad orientalem plagā in loco in quo cineres effundi solēt. Cōfringetq̄ ascellas eius ⁊ non secabit neq̄ ferro diuidet eā: ⁊ adolebit super altare lignis igne supposito. Holocaustū est ⁊ oblatio suauissimi odoris domino.

¶ C. S. De oblatione sacrificiorum et rebus vnctibus: de simila decocta in clibano cum craticula absq̄ fermento et melle: de adiectione salis: de primitijs torrendis. Capi. ij.



Nima cum obtulerit oblationē sacrificij dño simila erit eius oblatio. Fūdetq̄ super eam oleum ⁊ ponet thus ac deferet ad filios aaron sacerdotis: quorum vnus tollet pugillū plenū sile et olei ac totū thus: ⁊ ponet memoriale sup̄ altare in odorē suauissimum dño. Qđ autē reliquum fuerit de sacrificio: erit aaron ⁊ filiorū eius sanctū sanctoꝝ de oblationibus dñi. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila: panes scilicet absq̄ fermento conspersos oleo ⁊ lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua erit de sartagine simile cōsperse oleo ⁊ absq̄ fermento: diuides eam minutatim: ⁊ fundes super eam oleū.




Si autē de craticula fuerit sacrificium: eque simila oleo conspergentur: quā offerēs dño trades in manibus sacerdotis. Qui cū obtulerit eam tollet memoriale de sacrificio et adolebit super altare in odorē suauitatis dño. Quicquid autem reliquum
est erit aaron ⁊ filiorū eius sanctū san 37. di. c. le-
ctorum de oblationibꝰ dñi. Oīs obla gumꝰ. §. si
tio que offert̄ dño absq̄ fermēto fiet: ecōtra. ẜ.
nec quicq̄ fermenti ac mellis adolebi i leuitico.
tur in sacrificio dñi.



Primitias tantū eorū offeretis ac munera: super altare vero nō imponētur in odorē suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies: nec auferes sal federis dei tui
de sacrificio tuo. In omni oblatione D
offeres sal. Si autem obtuleris munꝰ De cōse. di.
primitiarum frugum tuarum domino 4. c. sal.
de spicis adhuc virētibꝰ torrebis eas igni: et confringes in morē farris: ⁊ sic



offeres primitias tuas dño: fundes super ea oleum ⁊ thus imponēs: qꝛ oblatio dñi est. De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti et olei ac totum thus.



¶ C. S. De hostia pacificoꝝ q̄ fiebat p̄ beneficij impetratiōe: si bos: si ouis: si capra: oīs adeps domini est. Capi. iij.


A Uod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio ⁊ de bobus voluerit offerre marē siue feminam immaculatā offeret corā domino. Ponetq̄ manum super caput victime sue que immolabit̄ in introi-

tu tabernaculi testimonij. Fundentq filij aaron sacerdotis sanguinem per altaris circuitum: et offerent de hostia pacificorum in oblationem dño adipē qui operit vitalia: et quicquid pinguedinis est intrinsecus duos renes cū adipe quo teguntur ilia: et reticulū iecoris cum renunculis. Adolebuntq ea super altare in holocaustum lignis igne supposito in oblationem suauissimi odoris dño. Si vero de ouibus fuerit eius oblatio et pacificorum hostia: siue masculum obtulerit: siue feminā: immaculata erunt oīa. Si agnū obtulerit coram domino ponet manum suam super caput victime sue: que immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij. Fundentq filij aaron sanguinem eius per circuitum altaris: et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino: adipem et caudā totam cum renibus et pinguedinem que operit ventrem atq vniuersa vitalia et vtrūq renunculum cū adipe qui est iuxta ilia reticulumq iecoris cum renunculis. Et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio et obtulerit eam dño: ponet manū suam super caput eius: immolabitq eā in introitu tabernaculi testimonij. Et fundent filij aaron sanguinem eius per altaris circuitū: tollentq ex ea in pastū ignis dominici adipem qui operit ventrem: et qui tegit vniuersa vitalia duos renunculos cum reticulo qđ est super eos iuxta ilia: et aruinam iecoris cū renunculis: adolebitq ea super altare sacerdos in alimoniam ignis et suauissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus et cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.


¶ C. S. De hostia p pctō sacerdotis: p ignorātia multitudinis: p pctō pncipis: pro peccato vnius alic. Ca. iiij.

Locutusq est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israel. Anima que peccauerit per ignorantiam: et de vniuersis mandatis domini que precepit vt non fierent quippiam fecerit: si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciēs populum offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino: et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram dño: ponetq manum super caput eius et immolabit eū dño. Hauriet quoq de sanguine vituli inferens illum in tabernaculū testimonij. Cūq intinxerit digitum in sanguinē asperget cum septies corā domino contra velum sanctuarij: ponetq de eodē sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino: quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret p peccato: tam eum qui vitalia operit q omnia que intrinsecus sunt. Duos renunculos et reticulum qđ est super eos iuxta ilia: et adipem iecoris cum renunculis sicut offertur de vitulo hostie pacificorum: et adolebit ea super altare holocausti. Pellem vero et omnes carnes cum capite et pedibus et intestinis et fimo et reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum: vbi cineres effundi solent: incendetq ea super lignorum struem: que in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si omnis turba filiorum israel ignorauerit: et p imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est: et postea intellexerit peccatum suū offeret pro peccato suo vitulum: adducetq eum ad ostium tabernaculi: et ponent seniores populi manus super caput eius coram dño. Immolatoq vitulo in conspectu domini iferet sacerdos qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculū testimonij tincto digito aspergens septies cōtra velum. Ponetq de eodem sanguine in cornibus altaris: quod est coram domino i tabernaculo testimonij. Reliquū autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum: quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnēq eius adipem tollet et adolebit super altare: sic faciens et de hoc vitulo quomodo fecit et prius. Et rogante p eis sacerdote propitius erit eis dominus. Ipsum autem vitulum efferet extra castra atq comburet sicut et priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps et fecerit vnum e pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur: et postea intellexerit peccatum suū offeret hostiā coram dño hircum de capris immaculatum: ponetq manū suā sup caput eius. Cumq immolauerit eum

[Margin notes: B — 2. di. c. non est. §. his itaq. ℣. vt de agno. — ī. eodem. et ī. eodem. — C — D — ī. eodem. — ī. eodem. — A — De voto. c. magne. 33. q. 4. c. pcipue. ibi. ad sub di. — ī. i. b. et ī. 3. a. — B — ī. eodem. — C — D — ī. eodem. — ī. 3. d. et ī. eodem. — E — De pe. di. 3. c. inter hec byrcum. in glo. i.]

in loco vbi ſolet mactari holocauſtum
corā dño: q2 ꝓ pctō eſt tinget ſacerdos
digitū ī ſanguine hoſtie ꝓ pctō tāgēs
cornua altaris holocauſti ⁊ reliquū fū
dens ad baſim ei⁹: adipē ꝟo adolebit
ſupra: ſicut in victimis pacificoꝝ fieri
ſolet. Rogabitq ꝓ eo ſacerdos et pro
F pctō ei⁹ ⁊ dimittet ei. Qđ ſi peccauerit
aīa ꝑ ignorātiā đ ppl'o terre: vt faciat
qcq̄ de his q̄ dñi lege ꝓhibent: atq de
linquat: ⁊ cognouerit pctm̄ ſuū: offe-
ret caprā immaculatā: ponetq man⁹
ſup caput hoſtie q̄ ꝓ peccato eſt: ⁊ im-
molabit eā in loco holocauſti. Tollet
q ſacerdos de ſanguine ī digito ſuo:
⁊ tāgēs cornua altaris holocauſti: re-
liquū fundet ad baſim ei⁹. Omnē autē
adipē auferēs ſicut auferri ſolet de vi-
ſ.3.d.et.ſ. ctimis pacificoꝝ adolebit ſup altare
co.et.j.co. in odorē ſuauitatis dño rogabitq ꝓ
eo ⁊ dimittet ei. Si aūt de pecoribus
G obtulerit victimā ꝓ pctō: ouē ſcʒ imma
culatā ponet manū ſup caput ei⁹: ⁊ i-
molabit eā in loco vbi ſolent cedi ho
ſ.3.b.et.ſ. locauſtorū hoſtie. Sumetq ſacerdos
eodem. de ſanguine ei⁹ digito ſuo: ⁊ tagēs cor
nua altaris holocauſti reliquū fundet
ad baſim ei⁹. Omē qq adipē auferens
ſicut auferri ſolet adeps arietis q̄ im-
molatur ꝓ pacificis: ⁊ cremabit ſuper
altare incēſum dñi: rogabitq ꝓ eo et
pro peccato eius ⁊ dimittetur ei.

¶ C. S. De hoſtia ꝓ peccatis ex paſſio
ne: ſcʒ q̄d ꝓ tacēte veritatē: quid pro
errore: quid ꝓ iuramento tracto ex ne
gligentia: quid pro abuſu ſacrorum:
quid pro errante. Capi. v.

A 
22.q̄.6.ſi Si peccauerit aīa ⁊ audie-
quis conni rit vocē iurantis: teſtiſq
ctus.§.itē. fuerit qđ aut ipſe vidit aut
conſcius eſt: niſi indicauerit
portabit iniquitatē ſuaʒ.
Aīa que tetigerit aliq̄d i-
mundū: ſiue qđ occiſum a beſtia ē: aut
ꝑ ſe mortuū: aut qđlibet aliud repti-
le: ⁊ oblita fuerit: imūdicie ſue rea eſt
et deliq̄t. Et ſi tetigerit qcq̄ de immū
dicia hoīs iuxta oēm impuritatē qua
pollui ſolet: oblitaq cognouerit poſt
ea ſubiacebit delicto. Aīa q̄ iurauerit
⁊ ꝓtulerit labijs ſuis: vt vel male q̄d
B faceret vel bn̄ ⁊ nō fecerit: ⁊ idipʒ iura
mēto ⁊ ſermone firmauerit: oblitaq
poſtea itellexerit delictū ſuū: agat pe
nitentiā ꝓ pctō: ⁊ offerat de gregibus
agnū ſiue capram: orabitq ꝓ ea ſacer-
Deu.18.c. dos ⁊ ꝓ pctis ei⁹. Sin aūt nō potuerit
offerre pec⁹ offerat duos turtures: vel Luce.2.
duos pullos colūbarū dño. vnū ꝓ pctō
⁊ alterū in holocauſtū: dabitq eos ſa
cerdoti. Qui pmū offerēs ꝓ pctō retor
quebit caput eius ad pennulas: ita vt
collo hereat: ⁊ nō penitus obrūpat:
⁊ aſperget de ſanguine ei⁹ pariete al-
taris. Qđ aūt reliquū fuerit faciet di-
ſtillare ad fundamentū eius. q2 ꝓ pec-
cato eſt. Alterū ꝟo ī holocauſtū adole
bit vt fieri ſolet: rogabitq ꝓ eo ſacer
dos ⁊ ꝓ pctō eius: ⁊ dimittet ei. Qđ ſi
non quiuerit manus eius duos offerre
turtures: aut duos pullos colūbarum
offeret ꝓ pctō ſuo ſimile partem ephi
decimā. Nō mittet in eā oleū: nec thu-
ris aliquid imponet: q2 ꝓ pctō eſt: tra
detq eā ſacerdoti. Qui plenū ex ea pu
gillū hauriens: cremabit ſup altare in
monimentū eius qui obtulit rogās ꝓ
illo ⁊ expians: reliquam vero partem C
ipſe habebit in munere. Locutuſq eſt
dñs ad moyſen: dicens. Anima ſi pre-
uaricās cerimonias per errorē in his
que dño ſunt ſanctificata peccauerit:
offeret pro delicto ſuo arietem imma
culatum de gregibus: qui eſſe pt duo
bus ſiclis iuxta pōdus ſanctuarij ipm D
q quod intulit dāni reſtituet. ⁊ quin-
tam partem ponet ſupra tradēs ſacer-
doti qui rogabit pro eo offerens arie-
tem ⁊ dimittet ei. Aīa que peccauerit
per ignorantiā: feceritq vnū ex his q̄
dñi lege ꝓhibent ⁊ pcti rea itellexerit
iniquitatē ſuā: offeret arietē imacula
tum de gregibus ſacerdoti: iuxta men
ſuram eſtimationēq peccati: q̄ orabit
pro eo: q2 neſciens fecerit et dimittet
ei: q2 per errorem deliquit in domino.

¶ C. S. De hoſtia pro peccato ex certa
malitia: de lege holocauſti ⁊ igne per-
petuo: ⁊ lege ſingulorum ſacrificiorū:
de oblatiōe ſacerdotis in die vnctiōis
eius: de hoſtia pro peccato que hoſtia
comeditur: ⁊ a quibus: ⁊ vbi: ⁊ que cō
buritur. ¶ Capi. vj.


Locutus eſt dñs ad moyſen A
dicens. Anima que pecca-
uerit: ⁊ contēpto domino
negauerit proximo ſuo de
poſitum quod fidei ei⁹ cre
ditum fuerat: vel vi aliq̄d
extorſerit: aut calumniam fecerit: ſiue
rem perditam inuenerit: et infitiās in
ſuper peierauerit: ⁊ quodlibet aliud
ex pluribus fecerit in quib⁹ ſolēt pec-
care homines conuicta delicti: reddet
omnia que

omnia que per fraudē voluit obtinere
integra: et quintā insuper partem dño
cui dānū intulerat. Pro pctō aūt suo
offeret arietē immaculatū de grege: et
dabit eū sacerdoti: iuxta estimationē
mēsurāq; delicti: qui rogabit ꝓ eo co
rā dño: et dimittet illi ꝓ singulis q̄ fa
ciendo peccauit. Locutusq; est dñs ad
moysen dicēs. Precipe aaron et filijs
eius. Hec est lex holocausti. Cremabitur
in altari tota nocte vsq; mane: ignis
ex eodē altari erit. Uestietur tunica sa
cerdos et feminalib⁹ lineis: tolletq; ci
neres quos vorās ignis exussit: et po
nēs iuxta altare: spoliabitur prioribus
vestimētis: indutusq; alijs efferet eos
extra castra: et in loco mūdissimo vsq;
ad fauillā cōsumi faciet. Ignis aūt in
altari semp ardebit quē nutriet sacer
dos subijciens ligna mane per singu
los dies: et imposito holocausto desup
adolebit adipes pacificorū. Ignis est
iste perpetu⁹: qui nūq; deficiet in alta
ri. Hec est lex sacrificij et libamētorū q̄
offerēt filij aarō corā dño et corā alta
ri. Tollet sacerdos pugillū simile que
cōspersa est oleo: et totū thus qd̄ super
simil. positum est adolebitq; illud in
altari i monimētū odoris suauissimi
dño. Reliquā aūt partē simile cōedet
aarō cū filijs suis absq; fermēto: et co
medet in loco sanctuarij tabernaculi.
Ideo aūt nō fermētabitur q: pars ei⁹
in dñi offertur incēsum sanctūsanctorū
erit sicut ꝓ peccato atq; delicto. Ma
res tm̄ stirpis aaron comedent illud.
Legitimū ac sempiternū erit in gene
rationibus vestris de sacrificijs dñi.
Ois q̄ tetigerit illa sanctificabitur. Lo
cutusq; est dñs ad moysen: dicēs. Hec
est oblatio aaron et filiorū eius quā of
ferre debēt dño in die vnctionis sue.
Decimā partē ephi offerēt simile i sa
crificio sempiterno mediū eius mane
et mediū eius vespere q̄ in sartagine
oleo cōspersa frigetur. Offeret aūt eā ca
lidam in odorē suauissimū dño sacer
dos: q̄ iure patri successerit. Et tota
cremabitur in altari. Oē enim sacrificium
sacerdotum igne consumetur: nec q̄sq̄
comedet ex eo. Locutus est aūt dñs ad
moysen dicens. Loquere aaron et filijs
eius. Ista est lex hostie ꝓ pctō. In loco
vbi offertur holocaustū immolabitur
corā dño sctūsanctorū est. Sacerdos
qui offeret comedet eā in loco sancto
in atrio tabernaculi. Quicquid tetige
rit carnes eius sanctificabitur. Si de J.11.c. et
sanguine illius vestis fuerit aspersa: J.15.b.
lauabit in loco sancto. Uas aūt fictile
in quo cocta est cōfringetur: quod si vas
eneū fuerit defricabitur et lauabitur aqua.
Omnis masculus de genere sacerdota
li vescetur de carnibus eius: quia san
ctumsanctorum est. Hostia enim que ce
ditur pro peccato: cuius sanguis infer
tur in tabernaculum testimonij ad ex
piandum in sanctuario non comede
tur: sed comburetur igni.

¶ C. S. De hostia pacificorum quo: et
qn̄ comedi debeat: de adipe et sangui
ne: et parte sacerdotis: et pectusculo
eleuationis. Capitulum. vij.


Ec quoq; est lex ꝓ delicto. A
Sancta sanctorū est. Id
circo vbi immolabitur ho
locaustum mactabitur et
victima pro delicto: san
guis eius per gyrum alta
ris fundetur. Offerent ex ea caudā et
adipē qui operit vitalia: duos renun
culos et pinguedinē que iuxta ilia est:
reticulumq; iecoris cū renunculis: et
adolebit ea sacerdos super altare. In
censum est dñi pro delicto. Ois mascu
lus de sacerdotali genere in loco san
cto vescetur his carnibus: q: sanctum
sanctorū est. Sicut ꝓ peccato offertur
hostia: ita et ꝓ delicto. Utriusq; hostie
lex vna erit. Ad sacerdotem qui eā ob
tulerit pertinebit. Sacerdos qui of
feret holocausti victimā habebit pel
lem eius. Et oē sacrificiū simile qd̄ co
quitur in clibano: et quicq̄d in craticu B
la vel in sartagine preparatur ei⁹ erit
sacerdotis a quo offertur: siue oleo con
spersa: siue arida fuerit. Cūctis filijs
aaron mensura equa per singulos diui
detur. Hec est lex hostie pacificorum q̄
offertur dño. Si pro gratiarūactione
oblatio fuerit: offerēt panes absq; fer
mento conspersos oleo: et lagana azy
ma vncta oleo: coctāq; similā et colly
ridas olei admixtione cōspersas: pa
nes q̄z fermentatos cū hostia gratiarū
que immolatur pro pacificis: ex q̄bus
vnus ꝓ primitijs offertur dño: et erit
sacerdotis qui fundet hostie sangui
nem. Cuius carnes eadem comedētur
die: nec remanebit ex eis quicq̄ vsq;
mane. Si voto vel spōte q̄spiā obtu
lerit hostiam: eadē similiter edetur die.
Sed et si quid in crastinū remanserit
vesci licitum est. Quicquid autē resi

tius inuenerit dies: ignis absumet. Si quis de carnib⁹ victime pacifico- rū die tertio comederit: irrita fiet ei⁹
C oblatio: nec pderit offerēti. Quin po tius quecunqȝ anima talī se edulio cō- taminauerit preuaricatiōis rea erit. Caro que aliquid tetigerit immundū nō comedet: sȝ comburetur igni. Qui fuerit mundus vescetur ex ea. Anima polluta q̄ ederit de carnib⁹ hostie pa- cificoꝝ q̄ oblata est dn̄o peribit de po pulis suis. Et que tetigerit immundi tiā hoīs: vel iumenti: siue omnis rei q̄ polluere pōt et comederit de huiusce modi carnib⁹ interibit de pplīs suis.
s.3.d. Locutusqȝ ē dn̄s ad moysen dicēs. Lo- quere filijs israel. Adipem ouis ⁊ bo- uis ⁊ capre non comedetis. Adipē ca- daueris morticini ⁊ eius animalis qđ a bestia captū est: habebitis in varios
30. dist. c. si qs carnē. vsus. Si quis adipē qui offerri debet in incensum dn̄i comederit peribit de populo suo. Sanguinē q̄ȝ oīs anima- lis nō sumetis in cibo tam de auibus q̄ de pecorib⁹. Oīs anima que ederit sanguinē: peribit de pplīs suis. Locu- tusqȝ est dn̄s ad moysen dicēs. Loque- re filijs israel. Qui offeret victimā pa cificoꝝ dn̄o: offerat simul ⁊ sacrificiū: id est libamēta eius. Tenebit manib⁹
D adipem hostie ⁊ pectusculū. Cūqȝ am- bo oblata dn̄o cōsecrauerit tradet sa- cerdoti: q̄ adolebit adipē super alta- re: pectuscul ū aūt erit aaron ⁊ filioꝝ eius. Armus q̄ȝ dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron: ipe habebit ⁊ armum dextrum in portione sua. Pectusculū eñ eleuationis et armū separationis tuli a filijs israel de hostijs eoꝝ pacifi cis: ⁊ dedi aarō sacerdoti ⁊ filijs ei⁹ ī lege perpetua ab omni populo israel. Hec est vnctio aaron et filioꝝ eius in cerimonijs dn̄i in die quo obtulit eos moyses vt sacerdotio fungerent: et q̄ precepit eis dari dn̄s a filijs isrl̄ reli- gione perpetua in gñationibus suis. Ista est lex holocausti et sacrificij pro peccato atqȝ delito: ⁊ p cōsecratione ⁊ pacificoꝝ victimis: quam constituit dn̄s moysi in mōte synai quādo mandaui filijs israel: vt offerrēt oblationes suas domino in deserto synai.

¶ C. S. De cōsecratione aaron ⁊ filio rum eius: de vnctione tabernaculi: qz septē diebus finitur consecratio: ⁊ tot diebus non exierunt de ostio taberna culi aaron et filij eius. Cap. viij.



Locutusqȝ est dn̄s ad moy- sen dicens. Tolle aaron cū filijs suis: vestesqȝ eorum: et vnctionis oleum: vitu- lum p peccato: duos arie- tes: canistrum cū azymis: et cōgregabis omnem cetum israel ad ostium tabernaculi. Fecitqȝ moyses vt dominus imperauerat. Cōgregataqȝ omni turba āte fores tabernaculi ait. Iste est sermo quem iussit domin⁹ fie- ri. Statimqȝ obtulit aaron et filios eius. Cumqȝ lauisset eos: vestiuit pon- tificem subucula linea accingens cum baltheo: ⁊ induens cum tunica hiacyn thina et desuper humerale imposuit quod astringens cingulo aptauit ra- tionali in quo erat doctrina et veri- tas. Cidari quoqȝ texit caput: ⁊ super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam: in sanctificatio ne: sicut preceperat ei dominus. Tu- lit et vnctionis oleum quo liniuit ta- bernaculum cum omni supellectili sua. Cumqȝ sanctificans aspersisset al- tare septem vicibus vnxit illud et oīa vasa eius labrumqȝ cum basi sua san- ctificauit oleo. Quod fundens sup ca- put aaron vnxit eum et cōsecrauit. Fi lios quoqȝ eius oblatos consecrauit: vestiuitqȝ tunicis lineis et cinxit bal- theis: imposuitqȝ mitras: vt iusserat dn̄s. Obtulit ⁊ vitulum pro peccato. Cumqȝ sup caput eius posuisset aaron ⁊ filij eius manus suas immolauit eū hauriens sanguinē: ⁊ tincto digito te- tigit cornua altaris per gyrū. Quo ex piato ⁊ sanctificato: fudit reliquū san guinē ad fundamēta eius adipem vo qui erat super vitalia et reticulū ieco ris: duosqȝ renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare vitulum cū pelle et carnibus et fimo cremans ex- tra castra: sicut preceperat dominus. Obtulit ⁊ arietem in holocaustū. Su per cuius caput cum imposuissent aa- ron ⁊ filij eius man⁹ suas immolauit eum ⁊ fudit sanguinem eius per cir- cuitū altaris. Ipsumqȝ arietem in fru sta cōcidens caput eius ⁊ artus et adi pem adoleuit igni: lotis prius intesti nis ⁊ pedibus. Totūqȝ simul arietem incendit super altare: eo q̄ esset holo- caustum suauissimi odoris dn̄o: sicut preceperat ei: obtulit ⁊ arietem secun

Right margin notes:
A Consecratio aaron et filiorum eius.
21. dist. c. hi in princi.
B De cōse. di. 1. c. tabernaculum. Unctio tabernaculi.
Unctio aaron et filiorum eius.
C
D

ctum in consecrationem sacerdotū: po
sueruntq́ȝ super caput eius aaron ⁊ fi
lij eius manus suas. Quem cū immo
lasset moyses sumens de sanguine ei⁹
tetigit extremū auricule dextre aaron
et pollicem manus eius dextre simili
ter et pedis. Obtulit et filios aaron.
Cumq́ȝ de sanguine arietis immolati
tetigisset extremum auricule singulo
rum dextre: et pollices manus ac pe
dis dextri reliquum fudit super alta
re per circuitum. Adipem vero ⁊ cau
dam omnemq́ȝ pinguedinem que ope
rit intestina: reticulumq́ȝ iecoris ⁊ du
os renes cum adipibus suis et armo
dextro separauit. Tollens autē de ca
nistro azymorum quod erat corā dño
panes absq́ȝ fermēto: ⁊ collyridā con
spersaȝ oleo: laganumq́ȝ posuit super
adipes ⁊ armum dextrum tradens si
mul oīa aaron ⁊ filijs eius. Qui postq̄
leuauerunt ea coram domino: rursum
suscepta de manibus eorum: adoleuit
super altare holocausti: eo quod cōse
crationis esset oblatio in odorem sua
uitatis sacrificij domini. Tulitq́ȝ pe
ctusculum eleuans illud coram domi
no de ariete consecrationis in partem
suam: sicut preceperat ei dominus. As
sumensq́ȝ vnguentum et sanguinē qui
erat in altari aspersit super aaron et
vestimenta eius: et super filios illius
ac vestes eorum. Cumq́ȝ sanctificasset
G eos in vestitu suo: precepit eis dicēs.
Coquite carnes ante fores tabernacu
li ⁊ ibi comedite eas. Panes quoq́ȝ cō
secrationis edite: qui positi sunt in ca
nistro: sicut precepit mihi domin⁹ di
cens. Aaron ⁊ filij eius comedent eos.
Quicquid autem reliquum fuerit de
carne ⁊ panibus: ignis absumet. De o
stio quoq́ȝ tabernaculi non exibitis se
ptem diebus vsq́ȝ ad diem quo cōple
bitur tempus consecrationis vestre.
Septem enim diebus finitur cōsecra
tio sicut ⁊ in presentiarum factū est vt
ritus sacrificij cōpleretur. Die ac no
cte manebitis in tabernaculo obseruā
tes custodias dñi ne moriamini. Sic
enim mihi preceptum est. Feceruntq́ȝ
aaron ⁊ filij eius cuncta que locutus
est dominus per manum moysi.

¶ C. S. De prima immolatione sacer
dotis ꝓ suo pctō ⁊ pplī: qualiter moy
ses ⁊ aarō benedixerūt pplo: qualiter
dñs apparuit eis: ꝙ ignis egressus a
deo deuorauit holocaustū. Cap. ix.



Acto aūt octauo die voca A
uit moyses aaron et filios
eius ac maiores natu isrl:
dixitq́ȝ ad aarō. Tolle de
armēto vitulū pro pctō ⁊
arietē i holocaustū vtrūq́ȝ
immaculatū: ⁊ offer illos corā dño: et
ad filios israel loqueris. Tollite hir- 21. q. 1. c. si
cum ꝓ peccato ⁊ vitulū atq́ȝ agnū an qua fuerit.
niculum ⁊ sine macula in holocaustū:
bouē ⁊ arietē pro pacificis: ⁊ immola
te eos corā dño in sacrificio singulorū
similā cōspersam oleo offerētes. Ho
die em̄ dñs apparebit vobis. Tulerūt
ergo cūcta q̄ iusserat moyses ad ostiū
tabernaculi: vbi cū omnis multitudo
astaret ait moyses. Iste est sermo quē B
ꝑcepit dñs. Facite ⁊ apparebit vobis
gloria eius. Et dixit ad aaron. Accede
ad altare ⁊ immola ꝓ peccato tuo. Of
fer holocaustū ⁊ deprecare pro te et ꝓ
populo. Cumq́ȝ mactaueris hostiā po
puli ora ꝓ eo sicut precepit dñs. Sta
timq́ȝ aaron accedēs ad altare immo
lauit vitulū ꝓ peccato suo: cuius san
guinem obtulerunt ei filij sui. In quo
tingēs digitum tetigit cornua altaris
et fudit residuū ad basim eius. Adipē
q́ȝ ⁊ renūculos ac reticulū iecoris que
sunt ꝓ pctō adoleuit sup altare: sicut
preceperat dñs moysi. Carnes vero et
pellē eius extra castra cōbussit igni: i
molauit ⁊ holocausti victimā. Obtu C
leruntq́ȝ ei filij sui sanguinē eius quē
fudit per altaris circūitū. Ipsam etiā
hostiā in frusta cōcisam: cum capite et
mēbris singulis obtulerūt que oīa sup
altare cremauit igni lotis aqua prius
intestinis ⁊ pedibus. Et ꝓ pctō pplī
offerēs mactauit hircū: expiatoq́ȝ al
tari fecit holocaustū: addēs in sacrifi
cio libamēta que pariter offeruntur: et
adolēs ea sup altare absq́ȝ cerimonijs
holocausti matutini. Immolauit ⁊ bo
uem atq́ȝ arietē hostias pacificas pplī.
Obtulerūtq́ȝ ei filij sui sanguinē quē D
fudit super altare in circūitu. Adipes
aūt bouis ⁊ caudam arietis renunculosq́ȝ cum adipibus suis: et reticulum
iecoris posuerūt super pectora. Cūq́ȝ
cremati eēnt adipes sup altare: pecto
ra eorum ⁊ armos dextros separauit
aaron eleuās corā dño: sicut ꝑceperat
moyses. Et extendens manum ad po
pulum benedixit ei. Sicq́ȝ completis
hostijs pro pctō ⁊ holocaustis ⁊ pacifi
cis descendit. Ingressi autē moyses et

aarō in tabernaculū testimonij: ⁊ deīn
ceps egressi benedixerūt pplo. Appa-
ruitq̄ gloria dn̄i oī multitudini: ⁊ ec-
ce egressus ignis a dn̄o: deuorauit ho-
locaustū ⁊ adipes q̄ erāt super altare.
Quod cū vidissent turbe laudauerūt
dominum ruentes in facies suas.

¶ C. S. De morte nadab ⁊ abiu: de vi
no nō bibendo qn̄ intrabāt tabernacu
lum: de parte sacerdotali: de hirco cō-
busto: vnde iratus est moyses. Cap. x.

A
I. 16. a.
Nu. 3. a. et
26. g.
De pe. di. 3.
c. inter hec
hircum. i.



Arreptisq̄ nadab et abiu
filij aaron thuribulis im-
posuerūt ignem ⁊ incēsum
desuper offerentes coram
dn̄o ignem alienū: qđ eis
preceptum nō erat. Egres-
susq̄ ignis a domino deuorauit eos: ⁊
mortui sunt coram dn̄o. Dixitq̄ moy-
ses ad aaron. Hoc est quod locutus est
dn̄s. Sanctificabor in his qui appro-
pinquant mihi: et in conspectu omnis
populi glorificabor. Qđ audiens: ta-
cuit aaron. Uocatis autē moyses mi-
sa hele ⁊ elizaphan filijs oziel patrui
aaron: ait ad eos. Ite ⁊ tollite fratres
vestros de cōspectu sanctuarij: ⁊ aspor-
tate extra castra. Confestimq̄ pergē-
tes tulerunt eos sicut iacebant vesti-
tos lineis tunicis: ⁊ eiecerunt foras vt
B sibi fuerat imperatum. Locutusq̄ est
moyses ad aaron ⁊ ad eleazar et itha-
mar filios eius. Capita vestra nolite
nudare: ⁊ vestimenta nolite scindere
ne forte moriamini: ⁊ super oēm cetū
oriatur indignatio. Fratres vr̄i et oīs
domus isrl̄ plāgāt incēdiū qđ dn̄s su-
scitauit: vos aūt non egrediamini fo-
res tabernaculi: alioqn peribitis. Oleū
quippe sancte vnctionis est super vos.
Qui fecerunt oīa iuxta p̄ceptū moysi.
Dixitq̄ dn̄s ad aaron. Uinum ⁊ oē qđ
inebriare pōt nō bibetis tu ⁊ filij tui qn̄
intrabitis in tabernaculū testimonij:
ne moriamini: qr̄ preceptū sempiter-
num est in generatiōes vestras: ⁊ vt ha-
beatis scientiam discernēdi inter san
ctum ⁊ prophanū: inter pollutū ⁊ mū
dum: doceatisq̄ filios israel oīa legi-
C tima mea: q̄ locutus est dn̄s ad eos per
manū moysi. Locutusq̄ est moyses ad
aarō ⁊ ad eleazar ⁊ ithamar filios ei⁹
qui erāt residui. Tollite sacrificiū qđ
remāsit de oblatione dn̄i: et comedite
illud absq̄ fermēto iuxta altare: quia
sanctūsanctoꝝ est: comedetis aūt in lo
co sancto qđ datū est tibi et filijs tuis
de oblationibus dn̄i: sicut p̄ceptū est
mihi: pectusculū q̄z qđ oblatum est: et
armū q̄ separat⁹ est: edetis i loco mūdis-
simo tu ⁊ filij tui ⁊ filie tue tecū. Tibi
eīm ac liberis tuis reposita sunt de ho-
stijs salutaribus filioꝝ isrl̄: eo q̄ armū ⁊
pect⁹ ⁊ adipes q̄ cremanť in altari ele
uauerūt corā dn̄o ⁊ ptineāt ad te ⁊ ad
filios tuos lege ppetua sicut precepit
dn̄s. Inter hec hircū q oblatus fuerat D
p pctō cū q̄reret moyses: exustū repe-
rit: iratusq̄ ꝯ eleazar ⁊ ithamar filios
aarō q̄ remāserāt ait. Cur nō comedi-
stis hostiā p pctō in loco scō q̄ sancta
sanctoꝝ est ⁊ data vobis vt portetis ini-
quitatē multitudinis: et rogetis p ea
in cōspectu dn̄i: p̄sertim cū d̄ sanguine
illi⁹ nō sit illatū intra scā ⁊ comedere
re debueratis eā i sanctuario: sicut p̄-
ceptū est mihi? R̄ndit aarō. Oblata est
hodie victia p pctō ⁊ holocaustū corā
dn̄o: mihi autē accidit qđ vides. Quō
potui comedere eā: aut placere dn̄o in
cerimonijs mēte lugubri. Qđ cū audis-
set moyses: recepit satisfactionem.

¶ Ca. S. De immundis animalib⁹ ad
esum: et quod sancti debent esse. quia
sanctus est dominus. Capi. xi.

L Ocutusq̄ est dominus ad
moysen ⁊ aaron dicēs. Di-
cite filijs israel. Custodite
omnia que scripsi vobis:
vt sim deus vester. Hec sūt
animalia que comedere de-
betis de cunctis animantibus terre.
Omne qđ habet diuisam vngulā et ru
minat in pecoribus: comedetis. Quic
quid aūt ruminat ⁊ habet vngulā: sed
non diuidit eā sicut camelus et cetera
nō comedetis illud: et inter immūda
reputabitis. Cirogillus qui ruminat
vngulamq̄ nō diuidit immundus est.
Lepus quoq̄ nam et ipse ruminat sed
vngulā nō diuidit: et sus q̄ cū vngulā
diuidat: nō ruminat: hoꝝ carnib⁹ non
vescemini. nec cadauera cōtingetis: qr̄
immūda sunt vobis. Hec etiā sunt que
gignunť in aq̄s: ⁊ vesci licitū est. Oēe
qđ h̄z pēnulas et squamas tā in mari
q̄ in fluminibus ⁊ stagnis comedetis.
Quicq̄d aūt pēnulas ⁊ squamas nō h̄z
coꝝ q̄ in aquis mouenť ⁊ viuunt: abo-
minabile vobis execrandūq̄ erit. Car-
nes coꝝ nō comedetis: ⁊ morticina vi-
tabitis. Cuncta q̄ nō habēt pēnulas ⁊
squamas in aquis polluta erunt. Hec
sunt q̄ de auib⁹ comedere nō debetis

A
Deut. 14. a
Que aīalia
indeciā po
terāt come
di: ⁊ q̄ nō.

B

Qui pisces
iudeis per
mittebant
et qui non

Que aues permittebãt et que nõ.

et vitãda sunt vobis. Aquilã ⁊ gryphẽ
et halietũ ⁊ miluũ ac vulturẽ iuxta ge
nus suũ: ⁊ oẽ coruini gñis ĩ silitudinẽ
C suã struthionẽ ⁊ noctuã ⁊ larũ ⁊ acci
pitrẽ iuxta genus suũ bubonẽ ⁊ mer
gulũ ⁊ ibim ⁊ cygnũ: ⁊ onocrotalũ et
porphyrionẽ herodionẽ ⁊ charadrion
iuxta genus suũ: vpupã q̃z ⁊ vespertilio
nẽ. Omne de volucrib⁹ qđ gradit̃ sup
q̃tuor pedes: abominabile erit vobis.
Quicquid autẽ ambulat quidẽ super
quatuor pedes: sȝ habet lõgiora retro
crura per q̃ salit sup terram: comedere
debetis: vt est bruchus in genere suo: at
tacbus atq̃ ophiomachus: ac locusta
D singula iuxta genus suũ. Quicq̃d autẽ
ex volucrib⁹ q̃tuor tm̃ hȝ pedes: execra
bile erit vobis: ⁊ q̃cũq̃ morticina eo⁊
tetigerit polluet̃ et erit immũd⁹ vsq̃
ad vesperum: et si necesse fuerit vt por
tet quippiam horum mortuũ lauabit
vestimenta sua: et immundus erit vsq̃
ad occasum solis. Omne animal quod
hȝ quidem vngulã: sed nõ diuidit eam
nec ruminat: immundũ erit: ⁊ quicq̃d
tetigerit illud contaminabit̃. Quod am
bulat sup manus ex cunctis animãti
bus q̃ incedũt quadrupedia: immũdũ
erit. Qui tetigerit morticina eorũ pol
luet̃ vsq̃ ad vesperũ. Et qui portaue
rit huiuscemodi cadauera: lauabit ve
stimẽta sua ⁊ immũdus erit vsq̃ adve
sperũ: q2 oĩa hec immũda sunt vobis.
E Hec q̃z inter polluta reputabunt̃ de
his q̃ mouent̃ in terra: mustella: ⁊ mus
crocodilus: singula iuxta genus suum
migale ⁊ cameleõ: ⁊ stellio: ⁊ lacerta: ⁊
talpa: oĩa hec immunda sunt. Qui teti
gerit morticina eo⁊ ĩmũdus erit vsq̃
ad vesperũ: et sup qđ ceciderit quicq̃
de morticinis eorũ polluetur tam vas
ligneum et vestimentum q̃ pelles ⁊ ci
licia: ⁊ in quocunq̃ fit opus: tingẽtur
aqua ⁊ polluta erũt vsq̃ ad vesperũ: ⁊
Ex.6.d. sic postea mundabuntur. Uas autẽ fi
J.15.b. ctile in qđ horum quicq̃ intro cecide
F rit: polluetur: ⁊ idcirco frangendũ est.
Omnis cibus quem comedetis si fusa
fuerit super eum aqua: immũdus erit:
et omne liquens qđ bibitur de vniuer
so vase immundũ erit. Et quicquid de
morticinis huiuscemodi ceciderit sup
illud immũdum erit: siue clibani siue
chytropedes destruent̃ ⁊ immũdi erũt.
Fõtes vero ⁊ cisterne ⁊ oĩs aquarũ cõ
gregatio mũda erit. Qui morticinum
eo⁊ tetigerit polluet̃. Si ceciderit su

per sementẽ nõ polluet eã. Si autem
q̃spiã aqua sementẽ pfuderit: ⁊ postea
morticinis tacta fuerit illico polluet̃.
Si mortuũ fuerit aĩal qđ licet vobis
comedere. Qui cadauer eius tetigerit:
imũdus erit vsq̃ ad vesperũ. Et q̃ co
mederit ex eo q̃ppiaȝ siue portauerit:
lauabit vestimẽta sua: et immũd⁹ erit
vsq̃ ad vesperũ. Oẽ qđ reptat sup ter G
rã: abominabile erit: nec assumet̃ in ci
bũ. Quicq̃d sup pect⁹ q̃drupes gradit̃
et multos habet pedes: siue per humũ
trahit̃: nõ comedetis: q2 abominabile
est. Nolite contaminare aĩas vr̃as: nec
tãgatis quicq̃ eorũ: ne immũdi sitis.
Ego sum dñs de⁹ vester. Sancti ergo
estote: q2 sctũs sum. Ne polluatis aĩas
vr̃as in oĩ reptili qđ mouet̃ sup terrã.
Ego eñ sum dñs q̃ eduxi vos de terra
egypti vt essem vobis in deum. Sãcti
eritis: q2 ego sctũs sum. Ista ẽ lex ani
mãtium ac volucrum et omnis anime
viuẽtis que mouetur in aqua ⁊ reptat
in terra: vt differẽtias noueritis mun
di ⁊ immundi: ⁊ sciatis quid comede
re et respuere debeatis.

¶ C.S. De immũdicia mulieris puer
pere: ⁊ mundatione ipsius: et oblatio
ne eius. Capitulum.xij.

q̃d p̃cipiat dñs de vobis. Locutusq̃ ẽ
dñs ad moysen dicẽs. Loq̃re filijs isrl.
Hõ q̃ fuerit imũdus sup aĩa siue in via
pcul i gẽte vr̃a faciat phase dño in mẽ
se s̃cdo quartadecima die mẽsis ad ve-
sperã: cũ azymis ⁊ lactucis agrestibus
Ioã. 19. g. comedẽt illud. Nõ relinquẽt ex eo q̃p-
piã vsq̃ mane: ⁊ os eius nõ cõfringẽt:
oẽs ritũ phase obseruabũt. Si q̃s aũt
Als ✝ sup est est. mũdus est ✝: ⁊ i itinere nõ fuit: ⁊ tñ nõ
fecit phase exterminabitur aĩa illa de
pplis suis: q: sacrificiũ dño nõ obtu-
C lit tpe suo. Pctm̃ suum ipse portabit.
Peregrin⁹ q̃z ⁊ aduena si fuerit apud
vos faciẽt phase dño iuxta cerimõias
Exo. 40. d. et iustificatiões suas. Preceptũ idem
erit apud vos tã aduene q̃ indigene.
Igit die q̃ erectũ ẽ tabernaculũ: opuit
illud nubes. A vespe aũt sup tentoriũ
erat q̃si spẽs ignis vsq̃ mane. Sic fie-
Als ✝ faciebat. bat ✝ iugiter. Per diẽ operiebat illud
nubes: et p noctẽ q̃si spẽs ignis. Cũq̃
ablata fuisset nubes q̃ tabernaculũ p-
tegebat tũc pficiscebant filij isrl: et in
loco vbi stetisset nubes: ibi castrameta
bãtur. Ad ĩperiũ dñi pficiscebant: et
ad imperiũ illi⁹ figebãt tabernaculũ.
Cũctis dieb⁹ q̃b⁹ stabat nubes sup ta
bernaculũ manebãt in eodẽ loco: et si
euenisset vt multo tpe maneret sup il-
lud erãt filij isrl in excubijs dñi: et nõ
pficiscebantur quotquot dieb⁹ fuisset
D nubes sup tabernaculũ. Ad ĩperiũ dñi
erigebãt tẽtoria: ⁊ ad ĩperiũ illi⁹ de-
ponebãt. Si fuisset nubes a vespe vsq̃
ad mane: et statim diluculo tabernacu
lum reliquisset pficiscebant: et si post
diẽ ⁊ noctẽ recessisset dissipabãt tẽto-
ria. Si vero biduo aut vno mense vel
lõgiori tpe fuisset sup tabernaculũ ma
nebãt filij israel in eodẽ loco: ⁊ nõ pfi
ciscebant: statim aũt vt recessisset mo-
uebãt castra. Per verbum dñi figebãt
tentoria: et p verbũ illius proficisce-
bant: erantq̃ in excubijs dñi iuxta im
perium eius per manum moysi.
¶ C. X. De tubis argẽteis ⁊ officijs ea
rum: de ordine mouẽdi castra: de obab
cognato moysi quomodo nolebat seq̃
filios israel. Capitulum. x.
Locutusq̃ est dñs ad moy- A
sen dicẽs. Fac tibi duas tu
bas argẽteas ductiles q̃b⁹
puocare possis multitudi
nẽ qñ mouẽda sunt castra.
Cũq̃ increpueris tubis: cõ
gregabit ad te oĩs turba ad ostium ta-
bernaculi federis. Si semel clangeris
veniẽt ad te p̃ncipes ⁊ capita multitu
dinis isrl. Si autẽ plixior atq̃ concisus
clãgor increpuerit mouebũt castra pri-
mi q̃ sunt ad orientalem plagã. In s̃cdo
aũt sonitu ⁊ pari vlulatu tube leuabũt
tẽtoria q̃ habitãt ad meridiẽ: et iuxta
hũc modũ reliqui faciẽt vlulãtib⁹ tu-
bis in pfectionẽ ✝. Qñ aũt congregãd⁹ Als ✝ profectione.
est pplus: simplex tubarũ clãgor erit et
nõ concise vlulabũt. Filij aũt aarõ sacer-
dotis clangẽt tubis: eritq̃ hoc legiti-
mũ sempiternũ in gñatiõib⁹ vr̃is. Si
exieritis ad bellũ de terra vr̃a contra ho
stes q̃ dimicãt aduersum vos: clãgetis
vlulãtib⁹ tubis: ⁊ erit recordatio vr̃i
corã dño deo vr̃o: vt eruamini de ma-
nib⁹ inimicorũ vr̃orũ. Si qñ habebitis B
epulũ ⁊ dies festos et kalẽdas canetis
tubis sup holocaustis ⁊ pacificis victi
mis: vt sint vobis in recordationẽ dei
vr̃i. Ego dñs de⁹ vester. Anno s̃cdo mẽ
se s̃cdo vicesima die mensis eleuata est
nubes de tabernaculo federis. Profe-
ctiq̃ sunt filij israel p turmas suas de
deserto synai: ⁊ recubuit nubes in soli
tudine pharã. Mouerũtq̃ castra p̃mi
iuxta imperiũ dñi p manũ moysi. Filij
iuda p turmas suas: quorũ p̃nceps erat
naason fili⁹ aminadab. In tribu filiorũ
isachar fuit princeps nathanael filius
suar. In tribu zabulõ erat princeps he
liab fili⁹ helõ. Depositũq̃ ẽ tabernacu
lũ q̃d portãtes egressi sunt filij gerson
⁊ merari. Profectiq̃ sunt ⁊ filij rubẽ p C
turmas ⁊ ordinẽ suũ: quorũ princeps
erat helisur fili⁹ sedeur. In tribu aũt fi
liorũ symeõ: p̃nceps fuit salamiel fili⁹

furisaddai. Porro i tribu gad erat pn
ceps heliasaph filius duel. Profectiq
sunt et caathite portãtes sanctuariũ.
Tãdiu tabernaculũ portabatur donec
venirẽt ad erectionis locũ. Mouerũt
castra et filij ephraim per turmas suas
in quorũ exercitu princeps erat helisa
ma filius ammiud. In tribu autẽ filio
rum manasse pnceps fuit gamaliel fi-
lius phadassur: et in tribu beniamin
erat dux abidan filius gedeonis. No-
B uissimi castrorum oim profecti sunt filij
dan per turmas suas: in quorũ exerci-
D tu princeps fuit ahiezer filius ammi-
saddai. In tribu autẽ filiorũ aser erat
pnceps phegiel filius ochran. Et i tri-
bu filiorũ neptalim princeps fuit ahi-
ra filius henã. Hec sunt castra et profe
ctiones filiorũ israel per turmas suas
quãdo egrediebãtur. Dixitq moyses
obab filio raguel madianite cognato
suo. Proficiscimur ad locũ quem dñs
daturus est nobis: veni nobiscũ vt be-
nefaciamus tibi: qr dñs bona pmisit
israeli. Cui ille rñdit. Nõ vadã tecum:
sed reuertar in terram meã in qua na-
tus sum. Et ille. Noli inquit nos relin
quere. Tu eni nosti i quibus locis per
desertum castra ponere debeamus: et
eris ductor noster. Cũq nobiscum ve-
Abs ✝ daturus. neris quicquid optimũ fuerit ex opi-
bus quas nobis traditurus ✝ est dñs
dabimus tibi. Profecti sunt ergo de
monte dñi viam trium dierũ: arcaq fe
deris dñi precedebat eos p dies tres
E pruidens castrorum locum. Nubes qz dñi
super eos erat per diẽ cũ incederent.
Cũq eleuaretur arca dicebat moyses.
Ps. 7. Surge dñe et dissipẽtur inimici tui: et
fugiãt qui oderũt te a facie tua. Cum
aũt deponeret aiebat. Reuertere dñe
ad multitudinem exercitus israel.

¶ C. S. De pena murmuris: de carniũ
cõcupiscentia: de turbatiõe spũs moy
si: loquit deus moysi et promittit car-
nes: de coturnicib9: de punitione ppli
propter cõcupiscẽtiã carniũ. Cap. xi.

A 

Nterea ortum est murmur
ppli quasi dolẽtiũ pre la-
bore cõtra dñm: qd cũ au-
disset irat9 est. Et accẽsus
i eos ignis dñi: deuorauit
extremã castrorũ partem.
Cumq clamasset ppls ad moysen: ora-
uit moyses ad dñm et absorpt9 ẽ ignis.
Uocauitq nomẽ loci illius incẽsio: eo
qd succẽsus fuisset ctra eos ignis dñi.

Uulgus quippe promiscuũ qd ascẽde-
rat cum eis flagrauit desiderio carniũ
sedens et flens iũctis sibi pariter filijs
isrl: et ait. Quis dabit nobis ad vescẽ- B
dũ carnes? Recordamur pisciũ quos
comedebamus in egypto gratis: i mẽ-
tem nobis veniũt cucumeres et pepo-
nes: porriq et cepe et allia. Aia nostra Exo. 16. g.
arida est: nihil aliud respiciunt oculi
nostri nisi man. Erat aũt man quasi se-
men coriandri coloris bdelli. Circũi-
bat ppls et colligẽs illud: frãgebat mo
la siue terebat in mortario: coquẽs in
olla et faciẽs ex eo tortulas saporis qsi
panis oleati. Cũq descenderet nocte
super castra: ros descẽdebat pariter et
man. Audiuit ergo moyses flentẽ po-
pulum per familias: singulos per ostia C
tentorij sui. Iratusq est furor domini
valde: sed et moysi intolerãda res visa Lybia mu-
est: et ait ad dominũ. Cur afflixisti ser lier que ly-
uum tuum: quare non inuenio gratiã bie prouin
corã te? Et cur imposuisti pondus vni cie nomen
uersi populi huius super me? Nũquid dedit cla-
ego concepi omnem hãc multitudinẽ ret.
vel genui eam vt dicas mihi: porta eos
in sinu tuo sicut portare solet nutrix
infantulũ: et defer in terrã pro qua iu
rasti patribus eorum? Unde mihi car
nes vt dẽ tante multitudini? Flent co
ram me dicentes. Da nobis carnes vt
comedamus. Non possum solus susti-
nere omnem hunc populum: quia gra-
uis est mihi. Sin aliter tibi videtur: D
obsecro vt interficias me et inueniam
gratiam in oculis tuis: ne tantis affi-
ciar malis. Et dixit dominus ad moy
sen. Congrega mihi septuaginta viros
de senioribus israel: quos tu nosti q
senes populi sint ac magistri: et duces
eos ad ostiũ tabernaculi federis: faci- De pe. dist.
esq ibi stare tecũ vt descẽdã et loquar 2. c. oppo-
tibi: et auferam de spiritu tuo: tradãq nitur.
eis vt sustentent tecum onus populi: Leui. 20. b.
et non tu solus graueris. Populo qz Ios. 3 b.
dices. Sanctificamini. Cras comede- 1. reg. 16. b.
tis carnes. Ego eni audiui vos dicere.
Quis dabit nobis escas carnium? Be
ne nobis erat in egypto. Ut det vobis
dominus carnes et comedatis. Nõ vno
die nec duobus vel quinq aut decem:
nec viginti quidem: sed vsq ad mẽsem
dierum: donec exeat per nares vestras:
et vertatur in nauseam: eo qd repulo-
ritis dominum qui in medio vestri est
et fleueritis coram eo dicẽtes. Quare E
egressi sumus ex egypto vt periremus

in solitudine? Et ait moyses ad dñm.
Sexcenta milia peditum huius popu-
li sunt. Et tu dicis Dabo eis esum car-
nium mense integro. Nunquid ouium
et boum multitudo cedetur: vt possit
sufficere ad cibum: vel oẽs pisces ma-
ris in vnum côgregabuntur: vt eos sa-
tient? Cui respondit dominus. Nun-
Esa.56.a. quid manus domini inualida est? Jam
nunc videbis vtrum meus sermo ope-
re côpleatur. Uenit igitur moyses et
narrauit populo verba dñi: côgregãs
septuaginta viros de senioribꝰ israel:
quos stare fecit circa tabernaculũ do-
mini. Descenditqꝫ dominus per nubẽ
et locutus est ad eum: auferens de spi-
ritu qui erat in moyse. ⁊ dans septua-
F ginta viris. Cumqꝫ requieuisset in eis
spiritus prophetauerunt nec vltra ces-
sauerunt. Remanserant aũt in castris
duo viri quorꝫ vnus vocabatᷣ beldad:
et alter medad: super quos requieuit
spiritus: nam ⁊ ipsi descripti fuerãt ⁊
non exierant ad tabernaculũ. Cũqꝫ ꝓ-
phetarent in castris cucurrit puer et
nunciauit moysi dicẽs. Heldad ⁊ me-
dad prophetant in castris. Statim io-
sue filius nun minister moysi ⁊ electus
e pluribus ait. Domine mi moyses ꝓ-
G hibe eos. At ille. Quid inquit emula-
ris pro me. Quis tribuat vt omnis po-
pulus prophetet: et det eis dominus
spiritum suum. Reuersusqꝫ est moyses
ad maiores natu israel in castra. Uen-
tus autem egrediens a domino arre-
ptas trans mare coturnices detulit ⁊
dimisit in castra itinere quantumvno
die côfici potest ex omni parte castro
rum per circũitum: volabãtqꝫ in aere
duobus cubitis altitudine super ter-
ram. Surgens ergo populus toto die
ps.77. illo ⁊ nocte ac die altero: congregauit
coturnicum multitudinem: qui paruꝫ
decem choros: et siccauerunt eas per
gyrum castrorũ. Adhuc carnes erãt in
dentibus eorum: nec defecerat huiusce
modi cibus: et ecce furore domini con
citatus in populum percussit eum pla
ga magna nimis. Uocatusqꝫ est ille lo
cus sepulchra côcupiscentie: ibi enim
sepelierunt populum qui desideraue-
rant carnes. Egressi autem de sepul-
chris côcupiscẽtie venerũt in aseroth
et manserunt ibi.

¶ C. S. Aaron et maria murmuraue-
rũt côtra moysen: maria lepra pcutitᷣ:
et septẽ diebꝰ separatᷣ a pplo. Ca. xij.


Locutaqꝫ est maria ⁊ aaron B
côtra moysen ꝓpter vxorẽ
eius ethiopissam: et dixe- Deut.24.
runt. Nũ per solũ moysen 50.di.ca.si
locutus est dñs? Nõne ⁊ no post ꝯ. côtra.
bis similiᷣ est locutus? Qđ
cũ audisset dñs iratꝰ est valde ✝. Erat Als✝ sup est valde.
eñi moyses vir mitissimus super oẽs
hoies qui morabãtur in terra. Statim
locutus est dñs ad eũ: ⁊ ad aaron ⁊ ma
riã. Egredimini vos tantũ tres ad ta
bernaculũ federis. Cũqꝫ fuissent egres B
si descẽdit dñs ĩ colũna nubis: ⁊ stetit
in introitu tabernaculi vocãs aarõ et
mariã. Qui cũ issent dixit ad eos. Au 21.qõ.4.c.
dite sermones meos. Si qs fuerit in- guilisari'.
ter vos ꝓpheta dñi: in visione appare
bo ei vel ꝑ somniũ loquar ad illũ. At
nõ talis seruus meus moyses qui in oĩ
domo mea fidelissimus est. Ore eñi ad Ibi ꝑ pctõ
os loquor ei. Palã ⁊ nõ per enigmata murmura-
et figuras deũ ✝ videt. Quare ergo nõ tionis.
timuistis detrahere seruo meo moysi? Als✝ dñm
Iratusqꝫ côtra eos abijt. Nubes qꝫ re-
cessit que erat super tabernaculum. Et Heb.3.a.
ecce maria apparuit cãdẽs lepra qua- Exo.33.c.
si nix. Cumqꝫ respexisset eã aaron ⁊ vi- C
disset perfusam lepra: ait ad moysen.
Obsecro dñe mi: ne iponas nobis hoc
pctm̃ qđ stulte commisimus ne fiat hec
quasi mortua: ⁊ vt abortiuum quod ꝓ
ijcitur de vulua matris sue. Ecce iam
mediũ carnis eiꝰ deuoratũ est a lepra.
Clamauitqꝫ moyses ad dñm dicens.
Deus obsecro sana eam. Cui rñdit do- D
minus. Si pater eius spuisset in faciẽ
illius: nõne debuerat saltẽ septẽ diebꝰ
rubore suffundi? Separetᷣ septẽ die-
bus extra castra: ⁊ postea reuocabitur.
Exclusa est itaqꝫ maria extra castra se
ptem diebus: ⁊ populus nõ est motus
de loco illo donec reuocata est maria.

¶ C. S. De missiõe exploratorꝫ ad ter-
ram chanaan qualis sit: ⁊ reportãt vue
ete vuã ⁊ fructus: reuertũtur post qua
dragita dies: dicẽtes terrã bonã. mur
murat ppls contra moysen. Capi. xiij.


Rofectusqꝫ est populus de A
aseroth fixis tentorijs in
deserto pharam. Ibiqꝫ lo-
cutus ẽ dñs ad moysen di-
cens. Mitte viros qui con
siderẽt terrã chanaan quã
daturꝰ sum filijs israel: singulos de sin
gulis tribubus ex pncipibus. Fecit moy-
ses quod dñs imperauerat de deserto
pharan: mittẽs principis viros: quorꝫ

ista sunt nomina. De tribu ruben: sem-
Als + ca- mua filium zechur. De tribu symeō sa-
leph. phat filiū huri. De tribu iuda: caleb +
filium iephone. De tribu isachar: igal
filium ioseph. De tribu ephraim: osee
filiū nun. De tribu beniamin: phalti fi-
lium raphu. De tribu zabulon: geddi-
hel filiū sodi. De tribu ioseph sceptri:
manasse gaddi filiū susi. De tribu dan:
B amihel filium gemalli. De tribu aser:
sthur filiū michael. De tribu neptalim
naabi filiū naphsi. De tribu gad: guel
filium machi. Hec sunt nomina virorū
quos misit moyses ad considerandam
terrā: vocavitqꝫ osee filiū nun iosue.
Misit ergo eos moyses ad consideran
dam terram chanaan: et dixit ad eos.
Ascendite ad meridianam plagam.
Cumqꝫ veneritis ad montes considera
te terram qualis sit: et populū qui in-
habitator est eius: vtrum fortis sit an
infirm⁹: pauci numero: an plures: ipsa
terra bona an mala: vrbes quales mu-
rate an absqꝫ muris: humus pinguis
an sterilis: nemorosa an absqꝫ arbori-
C bus. Confortamini et afferte nobis de
fructibus terre. Erat autem tempus
quando iam precoque vue vesci pos-
sunt. Cumqꝫ ascendissent explorauerūt
terram a deserto sin vsqꝫ roob intran
Deut.1.d. tibus emath. Ascenderuntqꝫ ad meri-
diem et venerunt in hebron: vbi erant
achimam: et sisai et tolmai filij enach:
nam hebron septem ānis ante thanim
vrbem egypti cōdita est. Pergentesqꝫ
vsqꝫ ad torrentem botri: absciderunt
palmitem cum vua sua: quem portaue
runt in vecte duo viri. De malis quoqꝫ
76.dist.ca. granatis et de ficis loci illius tulerūt
ieiunium. qui appellatus est nehelescol: id est
ibi. ppter torrens botri: eo quod botrum portas-
exploratores. sent inde filij israel. Reuersiqꝫ explora
tores terre post quadraginta dies omī
D regione circuita venerunt ad moy-
sen et ad aaron et ad omnem cetum fi-
Iudi.8.b. liorum israel in desertū pharan quod
est in cades. Locutiqꝫ eis et omni mul-
titudini ostenderunt fructus terre: et
narrauerunt dicentes. Venimus in ter
ram ad quam misistis nos: que reuera
fluit lacte et melle: vt ex his fructibus
cognosci potest: sed cultores fortissi-
mos habet ⁊ vrbes grandes atqꝫ mura
tas. Stirpē enach vidimus ibi. Ama-
lech habitat i meridie: et etheus ⁊ ie-
buseus et amorreus in montanis. Cha
naneus vero moratur iuxta mare ⁊ cir

ca fluenta iordanis. Inter hec caleb + Als + ca-
compescens murmur populi qui orie- leph.
batur contra moysen ait. Ascēdamus
et possideamus terram: quoniam po-
terimus obtinere eam. Alij vero q̄ fue
rant cum eo dicebant. Nequaq̄ ad hūc
populum valemus ascendere: quia for
tior nobis est. Detraxerūtqꝫ terre quā
inspexerant apud filios israel: dicen-
tes. Terra quam lustrauimus deuorat
habitatores suos. Populus quē aspe-
ximus procere stature est. Ibi vidimus
monstra quedā filiorum enach de gene
re giganteo: quibus comparati quasi
locuste videbamur.

¶ Ca. S. Flet populus et murmurat:
caleb ⁊ iosue terram laudāt: dominus
irascitur: moyses eū placat: in deserto
moriūtur exploratores: ⁊ populus ab
amalech ceditur. Capi.xiiij.



Igitur vociferans omnis A
turba fleuit nocte illa: et
murmurati sunt ɔtra moy
sen et aaron cuncti filij is-
rael dicentes. Utinā mor-
tui essemus i egypto: ⁊ nō
in hac vasta solitudine. Utinam perea
mus: et non inducat nos dñs in terrā
istam: ne cadamus gladio: et vxores ac
liberi nostri ducantur captiui. Nonne
melius est reuerti in egyptum. Dixerūt
qꝫ alter ad alterum. Constituamus no
bis ducem et reuertamur in egyptum.
Quo audito moyses et aaron cecide-
runt proni in terram coram omni mul
titudine filiorum israel. At vero iosue
filius nun ⁊ caleb filius iephone qui ⁊
ipsi lustrauerunt terram sciderunt ve- Eccl.49.b
stimenta sua: et ad omnem multitudi- 1.machab.
nem filiorum israel locuti sunt. Terra 2.f.
quam circuiuimus valde bona est. Si B
propitius fuerit domin⁹: inducet nos
in eam: ⁊ tradet humum lacte et melle
manātem. Nolite rebelles esse contra
dominū: neqꝫ timeatis populum terre
huius: quia sicut panem ita eos possu-
mus deuorare. Recessit ab eis omē pre
sidium: dominus nobiscum est nolite
timere. Cūqꝫ clamaret oīs multitudo:
et lapidibus eos vellet opprimere: ap
paruit gloria dñi super tectū federis
cunctis vidētibus + filijs israel. Et di Als + super
xit dñs ad moysen. Usqꝫquo detrahet est viden-
mihi populus iste? Quousqꝫ non cre- tibus.
dent mihi in omnibus signis que feci
coram eis? Feriā igitur eos pestilētia
atqꝫ consumā: te autem faciam princi-

pem super gentē magnā: et fortiorē quam
E hec est. Et ait moyses ad dñm. Ut au-
diant egyptij de quoꝝ medio eduxisti
ppl̃m istū: et habitatores terre huius
qui audierūt qđ tu dñe in populo isto
sis: et facie videaris ad faciē: et nubes
tua ꝓtegat illos: et in colūna nubis p̄-
Exo.13.d. cedas eos per diem: et in colūna ignis
per noctem: qđ occideris tantam mul
titudinē quasi vnū hominem: et dicāt.
Exod.32.c. Non poterat introducere populū in
Al's+dc. terrā pro+qua iurauerat: idcirco oc-
cidit eos in solitudine. Magnificetur
ergo fortitudo dñi sicut iurasti: dicēs.
Dñs patiēs et multe misericordie au
ferens iniquitatem et scelera: nullūq
innoxiū derelinquēs qui visitas pctā
patrū in filios in tertiā et quartā gene
D rationē. Dimitte obsecro pctm̄ popu-
li tui huius: sm̄ magnitudinē miseri-
cordie tue: sicut propitius fuisti egre-
dientibus de egypto vsq ad locū istū.
Dixitq dñs. Dimisi iuxta verbū tuū.
Uiuo ego et implebit gloria dñi vni-
uersa terra. Attamē oēs hoīes q vide-
Deut.2.f. rūt maiestatē meā: et signa q feci i egy-
pto et in solitudine: et tēptauerūt me iā
per decē vices. nec obedierūt voci mee:
nō videbūt terrā ꝓ qua iuraui patri-
Jos.14.b. bus eoꝝ: nec qsq ex illis q detraxit mi
Al's+ca- hi intuebit̄ eā. Seruū meū caleb+q
leph. plenus alio spū secutus est me: inducā
in terrā hanc quā circuiuit: et semē ei⁹
possidebit eā: qm̄ amalechites et chana
neus habitāt in vallib⁹. Cras amoue-
Al's+mo- te+castra et reuertimini in solitudinē
uete. per viā maris rubri. Locutusq est dñs
E ad moysen et aaron dicens. Usqquo
multitudo hec pessima murmurat cō-
ī.36 g.et tra me. Querelas filioꝝ israel audi
32.b. ui. Dic ergo eis. Uiuo ego: ait dñs: si-
cut locuti estis audiēte me sic faciā vo
bis. In solitudine hac iacebūt cadaue
ra vestra. Oēs qui numerati estis a vigi
ti annis et supra et murmurastis cōtra
me: nō intrabitis terram super quam
leuaui manum meā: vt habitare vos fa
Al's+ca- cerem. preter caleb+filium iephone et
leph. iosue filium nun. Paruulos autem ve
stros de quib⁹ dixistis: quod prede ho
stibus forent introducam vt videant
F terrā que vobis displicuit. Uestra ca-
dauera iacebūt in solitudine. Filij vē
erūt vagi in deserto annis quadragin
ta: et portabūt fornicationē vestrā do-
nec cōsumant̄ cadauera patrū in deser
to iuxta numerum quadraginta dierū

quibus considerastis terrā. Annus ꝓ
die imputabitur. Et qdraginta annis
recipietis iniqtates vestras: et scietis
vltionē meam. Qm̄ sicut locutus sum: Ezech.4.b
ita faciā oī multitudini huic pessime:
que ꝯsurrexit aduersum me. In solitu
dine hac deficiet et moriet̄. Igitur oēs
viri quos miserat moyses ad cōtēplā- 1.cor.10.a.
dam terrā et qui reuersi murmurare fe
cerant cōtra eum omnē multitudinē
detrahētes terre qđ esset mala: mortui
sunt atq percussi in ꝯspectu domini. G
Josue autē filius nun: et caleb+ filius Al's+ca-
iephone vixerūt ex oībus qui perrexe leph.
rāt ad cōsiderādā terrā. Locutusq est 100.dist.c.
moyses vniuersa verba hec ad oēs fi- alienus.
lios israel: et luxit ppl's nimis. Et ecce 23.q.4.ca.
mane primo surgētes ascēderūt verti- displicet.
cem mōtis atq dixerūt. Parati sum⁹ ibi.murmu
ascendere ad locū de quo dñs locutus rantes.
est: qr peccauimus. Quib⁹ moyses. Cur 1.q.4.c.que
inquit transgredimini verbū dñi: qđ ecclesia.§.
vobis nō cedet in ꝓsperū. Nolite ascē his ita.ꝟ.
dere: nō enī est dñs vobiscū ne corrua- electi q̄.
tis corā inimicis vestris. Amalechites
et chananeus ante vos sunt: quoꝝ gla-
dio corruetis eo quod nolueritis acquie-
scere dño: nec erit dñs vobiscū. At illi
cōtenebrati ascēderūt in verticē mon
tis. Arca aūt testamenti dñi et moyses
nō recesserāt de castris. Descēditq ama
lechites et chananeus q habitabant in
mōtibus: et percutiens eos atq cōcidēs Al's+eos
persecutus est eos+vsq horma. superest.
¶ Ca. XV. De libamētis offerēdis et pri-
mitijs separādis: de peccāte ꝑ ignorā
tiā: vel aīa taꝫ indigena quam aduena: de
peccante per superbiā: de colligēte li-
gna in sabbato: de fimbrijs hiacynthi-
nis ponēdis i angulis pallioꝝ. Ca. XV. H



Locutusq est dñs ad moy-
sen dicens. Loquere ad fi-
lios israel et dices ad eos.
Cū ingressi fueritis terrā
habitationis vestre quam
ego dabo vobis: et feceritis
oblationē dño in holocaustum: aut vi
ctimā pacificā vota soluētes. vel spon
te offerentes munera: aut in solēnita-
tibus vestris adolentes odorē suauita
tis domino de bobus siue de ouibus
offeret quicunq immolauerit victi-
mam: sacrificium simile decimam par
tem ephi conspersam oleo quod men-
suram habebit quartam partem hin:
et vinum ad liba fundenda eiusdem
mensure dabit in holocaustum siue in
victimam

B victimā. Per agnos singulos et arietes erit sacrificiū: simile duaꝝ decimarū que cōspsa sit oleo tertie partis hin: et vinū ad libamētū tertie partis eiusdem mēsure offeret in odorē suauitatis dño. Quādo vero de bobus feceris holocaustū: aut hostiā vt impleas votū vel pacificas victimas: dabis ꝑ singulos boues simile tres decimas conspersę oleo qđ habeat medium mensure hin: ꝛ vinū ad liba fundēda eiusdē mensure in oblationē suauissimi odoris dño. Sic facies ꝑ singulos boues: et arietes: ꝛ agnos: ꝛ hedos. Tā indigene ꝙ peregrini eodē ritu offerēt sacrificia. Unum preceptum erit atq; iudicium tā vobis ꝙ aduenis terre. Locutus est dñs ad moysen dicēs. Loquere filijs israel: ꝛ dices ad eos. Cum veneritis in terram quam dabo vobis: ꝛ comederitis de panibus regionis illius: separabitis ꝓmitias dño de cibis ve-
C stris. Sicut de areis ꝓmitias separabitis: ita ꝛ de pulmentis dabitis ꝓmitias dño. Quod si per ignorantiā preterieritis quicq; horum que locut⁹ est dñs ad moysen: et mandauit per eum ad vos a die qua cepit iubere et vltra oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suauissimum domino: ꝛ sacrificium eius ac liba vt cerimonie postulant: hircūq; ꝓ peccato: ꝛ rogabit sacerdos ꝓ omni multitudine filiorum israel: ꝛ dimittet eis: qm̄ nō spōte peccauerūt nihilominus offerētes incensum dño ꝓ se et ꝓ peccato atq; errore suo: ꝛ dimittet vniuerse plebi filiorū israel ꝛ aduenis qui peregrinant inter eos: qm̄ culpa est omnis populi ꝑ ignorantiam. Qđ si aīa vna nesciens peccauerit: offeret capram anniculā ꝓ peccato suo: ꝛ deprecabitur ꝓ ea sacerdos ꝙ inscia peccauerit corā dño: impetrabitq; ei veniā ꝛ dimittetur illi. Tā indi-
D genis ꝙ aduenis vna lex erit oīm qui peccauerint ignorātes. Aīa vero q̄ per superbiā aliqđ cōmiserit: siue ciuis sit ille siue peregrinus: qm̄ aduersus dñm rebellis fuit: peribit de pplo suo. Uerbū em̄ dñi contēpsit: et preceptū illius fecit irritum: idcirco delebit ꝛ portabit iniquitatē suā. Factū est aūt cū essent

De colligēte ligna sabbato lapidato.

filij israel in solitudine: ꝛ inuenissent hominē colligentē ligna in die sabbati: obtulerūt eū moysi ꝛ aarō ꝛ vniuerse multitudini. Qui recluserunt eū in carcerem: nescientes quid super eo facere deberent. Dixitq; dñs ad moysen. Morte moriatur hō iste: obruat eū lapidibus oīs turba extra castra. Cumq; eduxissent eū foras: obruerūt eū lapidibus et mortuus est sicut preceperat dñs. Dixit quoq; dominus ad moysen. Loquere filijs israel ꝛ dices ad eos vt faciāt sibi fimbrias ꝑ angulos quatuor palliorū: ponētes in eis vittas hiacynthinas. Quas cū viderint recordentur oīm mādatorum dñi: ne sequātur cogitationes suas: et oculos per res varias fornicantes: sꝫ magis memores preceptorū dñi faciant ea: sintq; sancti deo suo. Ego dñs deus vester: q̄ eduxi vos de terra egypti: vt essem deus vester.

24.q.5.ca. q̄d ergo.in fi.
De pe.di.3. c.querat.
Deu.22.b.

¶ C. S. De pena schismatis: de ambitione dathan ꝛ abiron: de thuribulis allatis: ignis deuorat chore dathan et abiron cum alijs offerētibus incēsum: precepit dñs thuribula tolli: ꝛ dispergatur ignis. Murmurat iterum populus: quare occidūtur quatuordecim milia et septingenti. Capi.xvj.

A Schisma cōtra moysen a chore ābitioso.

Ecce aūt chore filius isaar filij caath: filij leui: et dathā atq; abiron filij eliab: hon quoq; filius pheleph de filijs ruben surrexerūt cōtra moysen: alijq; filiorū israel ducēti quinquaginta viri proceres synagoge: ꝛ qui tēpore cōsilij ꝑ nomina vocabātur. Cūq; stetissent aduersum moysen ꝛ aaron dixerunt. Sufficiat vobis q: oīs multitudo sanctorū est: ꝛ in ipsis est dñs. Cur eleuamini super populum dñi? Quod cum audisset moyses: cecidit pronus in faciē: locutusq; ad chore ꝛ ad omnem multitudinem. Mane inquit notū faciet dñs q̄ ad se pertineant: ꝛ sanctos applicabit sibi: ꝛ quos elegerit appropinquabūt ei. Hoc igitur facite. Tollat vnusquisq; thuribulum suum: tu chore et omne cōsilium tuū: ꝛ hausto cras igne ponite desuper thymiama corā dño: ꝛ quēcunq; elegerit: ipse erit sanctus. Mul-
B tum erigimini filij leui. Dixitq; rursuz ad chore. Audite filij leui. Nū parū vobis est ꝙ separauit vos deus israel ab omni pplo: ꝛ iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi: ꝛ staretis corā frequētia pplī: ꝛ ministraretis ei. Idcirco ad se fecit accedere te ꝛ oēs fratres tuos filios leui: vt vobis etiam sacerdotium vēdicetis: ꝛ omnis globus

tuus stet ꝯ dñm? Quis est em̄ aaron vt
murmuretis ꝯtra eũ. Misit ergo moy-
ses vt vocaret dathan ⁊ abiron filios
eliab. Qui rñderunt. Non venimus.
Nunquid parũ est tibi ꝙ eduxisti nos
de terra egypti q̃ lacte ⁊ melle mana-
bat vt occideres in deserto: nisi ⁊ dña
tus fueris nr̃i? Reuera induxisti nos i
C terram q̃ fluit riuis lactis ⁊ mellis: et
dedisti nobis possessiões agroꝝ ⁊ vi-
nearũ. An et oculos nr̃os vis eruere?
Nõ venimus. Iratusq; moyses valde:
ait ad dñz. Ne respicias sacrificia eoꝝ.
Tu scis ꝙ nec asellũ q̃dẽ vnq̃ accepe
rim ab eis nec afflixerim quẽpiã eoꝝ.
Dixitq; ad chore. Tu ⁊ oĩs cõgregatio
tua state seorsum corã dño ⁊ aarõ die
crastino separati. Tollite singuli thu-
ribula vr̃a ⁊ ponite sup ea incẽsum of
ferentes dño ducẽtaquĩquaginta thuri
bula: aarõ q̃z teneat thuribulũ suum.
Quõ cũ fecissent stãtibus moyse ⁊ aarõ:
et coaceruassent aduersuz eos oẽz mul
7.q.1.c. de- titudinẽ ad ostiũ tabernaculi: appa-
niq;.2.q.12 ruit cũctis gloria dñi. Locutusq; dñs
c. didicim⁹ ad moysen ⁊ aaron: ait. Separamini
2.q.3.c.1. de medio cõgregatiõis hui⁹: vt eos re
pente disperdã. Qui ceciderũt ꝓni in
faciẽ atq; dixerũt. Fortissime de⁹ spiri
D tuũ vniuerse carnis: nũ vno peccãte cõ
Chore. tra oẽs ira tua deseuiet? Et ait dñs ad
Dathan et moysen. Precipe vniuerso ꝑplo vt se
Abiron pu parẽt a tabernaculis chore ⁊ dathan ⁊
nitio gra- abiron. Surrexitq; moyses ⁊ abijt ad
uissima. dathã ⁊ abirõ ⁊ sequẽtib⁹ eũ seniorib⁹
1.q.1.c. si q̃s israel dixit ad turbã. Recedite a taber
in fi. naculis hoĩm impioꝝ: ⁊ nolite tãgere q̃
ad eos ꝑtinẽt ne inuoluamini in pctĩs
eoꝝ. Cũq; recessissent a tẽtorijs eoꝝ ꝑ
circuitũ. Dathan et abiron egressi sta-
bãt in introitu papilionũ suoꝝ cũ vxo-
rib⁹ ⁊ liberis omniq; frequẽtia. Et ait
moyses. In hoc scietis qd dñs miserit
E me vt facerẽ vniuersa q̃ cernitis: ⁊ nõ
ex ꝓprio ea corde ꝓtulerim. Si cõsue
ta hoĩm morte interierit: ⁊ visitauerit
eos plaga qua ⁊ ceteri visitari solent:
nõ misit me dñs. Sin aũt nouã rẽ fece
rit dñs vt aperiẽs terra os suũ deglu-
Deut.11.a. tiat eos ⁊ oĩa q̃ ad illos ꝑtinẽt: descen
derintq; viuẽtes in infernũ: scietis ꝙ
blasphemauerint dñm. Cõfestim igit̃
vt cessauit loqui: dirupta est terra sub
Ps.105. pedibus eoꝝ: ⁊ aperiẽs os suũ deuora
uit illos cũ tabernaculis suis ⁊ vniuer
sa substãtia eoꝝ. Descẽderũt viui in in
fernũ operti humo: ⁊ perierũt de medio
multitudinis. At vero oĩs isrl̃ q̃ stabat
per gyrũ fugit a clamore ꝑeũtiũ dicẽs.
Ne forte ⁊ nos terra deglutiat. Sed ⁊ J.16.a.
ignis egressus a dño īterfecit ducẽtos
quinquaginta viroꝝ q̃ offerebãt incen
sum. Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Precipe eleazaro filio aarõ sacer
dotis vt tollat thuribula q̃ iacẽt in in
cẽdio: ⁊ ignẽ huc illucq; dispergat: qm̃
sctificata sunt in mortib⁹ pctõꝝ: ꝓdu-
catq; ea i laminas ⁊ affigat altari: eo
ꝙ oblatũ sit in eis incẽsum dño: ⁊ san
ctificata sint vt cernãt ea ꝓ signo ⁊ mo F
numẽto filij isrl̃. Tulit ẽ eleazar sacer-
dos thuribula enea in q̃bus obtulerãt
hi quos incendiũ deuorauit: ⁊ ꝓduxit
ea i laminas affigẽs altari: vt haberẽt
postea filij isrl̃ q̃b⁹ cõmonerent̃: ne q̃s
accedat alienigena: ⁊ q̃ nõ est de semie
aaron ad offerẽdũ incẽsum dño ne pa
tiatur sicut passus est chore ⁊ oĩs ꝯgre
gatio eius loquente dño ad moysen.
Murmurauit aũt oĩs multitudo filio
rũ israel sequenti die contra moysen ⁊
aaron dicens. Vos interfecistis pplm
dñi. Cũq; oriret̃ seditio ⁊ tumultus in
cresceret: moyses ⁊ aarõ fugerũt ad ta G
bernaculũ federis. Quõ postq; ingressi
sunt operuit nubes tabernaculũ ⁊ appa
ruit glĩa dñi. Dixitq; dñs ad moysen.
Recedite de medio hui⁹ multitudinis
etiã nũc delebo eos. Cũq; iacerẽt i ter
ra: dixit moyses ad aarõ. Tolle thuri-
bulũ ⁊ hausto igne de altari mitte icẽ-
suz desup: pgẽs cito ad pplm vt roges Sap.18.c.
ꝓ eis. Iã em̃ egressa est ira a dño: ⁊ pla
ga deseuit. Quõ cũ fecisset aarõ ⁊ cucur
risset ad mediã multitudinẽ quã iam
vastabat incẽdiũ obtulit thymiama: ⁊ Numerus
stãs inter mortuos ac viuẽtes: ꝓ pplo mortuoꝝ.
deprecat⁹ est: ⁊ plaga cessauit. Fuerũt 14070.
aũt q̃ ꝑcussi sunt quatuordecim milia
hoĩm et septingẽti absq; his q̃ peri-
rant in seditione chore. Reuersusq; est
aaron ad moysen ad ostiũ tabernaculi
federis postq; quieuit interitus.

¶ C.S. De virga aaron q̃ floruit inter
alias virgas filioꝝ israel. Filij israel se
consumptos moysi dicunt. Capi. xvij.



Et locutus est dñs ad moy- A
sen dicẽs. Loq̃re ad filios
israel: ⁊ accipe ab eis vir-
gas singulas ꝑ cognatiões
suas a cũctis principibus
tribuũ virgas duodecim:
⁊ vniuscuiusq; nomẽ superscribes virge
sue. Nomen autem aaron erit in tribu

leui: ⁊ vna virga cunctas eoꝝ familias
cõtinebit: ponesq; eas in tabernaculo
B federis coram testimonio: vbi loquar
ad te. Quẽ ex his elegero germinabit
virga eius: ⁊ cohibebo a me querimo-
nias filiorũ israel: quibus contra vos
murmurãt. Locutusq; est moyses ad fi-
C lios israel: ⁊ dederunt ei oẽs ꝓncipes
virgas per singulas tribus. Fueruntq;
virge duodecĩ absq; virga aarõ. Quas
cum posuisset moyses corã dño in ta-
bernaculo testimonij: sequenti die re-
gressus inuenit germinasse virgã aarõ
in domo leui: et turgentibus gemmis
eruperãt flores qui folijs dilatatis in
D amigdalas deformati sunt. Protulit
ergo moyses omnes virgas de conspe-
ctu dñi ad cunctos filios israel: vide-
runtq; et receperũt singuli virgas suas.
Dixitq; dñs ad moysen. Refer virgam
aaron in tabernaculũ testimonij vt ser-
uetur ibi in signum rebelliũ filiorum
israel: ⁊ quiescant querele eorum a me
ne moriantur. Fecitq; moyses sicut pre-
ceperat dñs. Dixerũt aũt filij israel ad
moysen. Ecce consumpti sumus ⁊ oẽs
peribimus. Quicũq; accedit ad taber-
1.reg.2.f. naculũ domini moritur. Num vsq; ad
internitionem cuncti delendi sumus?

¶ C. S. De onere ⁊ dignitate aaron et excubijs leuitarũ: primitie sacerdotibus: decime leuitis assignãt: ⁊ reddũt leuite decimã decime aaron. Ca. xviij.

A Dixitq; dñs ad aaron. Tu ⁊
filij tui et domus patris
tui tecum portabitis ini-
quitatem sanctuarij: et tu
et filij tui simul sustinebi-
tis peccata sacerdotij ve-
stri. Sed ⁊ fratres tuos de tribu leui:
et sceptro patris tui sume tecũ presto-
q; sint ⁊ ministrent tibi. Tu aũt ⁊ filij
tui ministrabitis in tabernaculo testi-
monij. Excubabuntq; leuite ad prece-
pta tua: ⁊ ad cuncta opera tabernacu-
li: ita duntaxat vt ad vasa sanctuarij
et altare non accedant: ne et illi mori-
antur: et vos pereatis simul. Sint aũt
tecum ⁊ excubent in custodijs taberna-
culi: ⁊ in oĩbus cerimonijs ei⁹. Alieni-
gena non miscebitur vobis. Excubate
in custodia sanctuarij et in ministerio
altaris: ne oriatur indignatio super
filios israel. Ego dedi vobis fratres ve-
stros leuitas de medio filiorum israel:
et tradidi donum domino: vt seruiant
in ministerijs tabernaculi ei⁹. Tu aũt
et filij tui custodite sacerdotium ve-
strum: ⁊ omnia que ad cultum altaris
pertinent: ⁊ que intra velum sunt per
sacerdotes administrabuntur. Si quis
externus accesserit occidetur. Locutusq;
est dominus ad aaron. Ecce dedi ti-
bi custodiam primitiarum mearum. B
Omnia que sanctificantur a filijs isrl̃ Primitie
tradidi tibi ⁊ filijs tuis pro officio sa- sacerdoti-
cerdotali legitima sempiterna. Hec er- bus.
go accipies de his que sanctificãtur et
oblata sunt dño. Omnis oblatio ⁊ sa-
crificiũ: ⁊ quicquid ꝓ peccato atq; de-
licto redditur mihi et cedit in sancta
sanctorum: tuũ erit ⁊ filiorum tuorũ.
In sanctuario comedes illud. Mares
tantum edent ex eo: quia cõsecratum
est dño. Primitias autem quas voue-
rint et obtulerint filij isrl̃ tibi dedi ⁊
filijs tuis: ac filiabus tuis iure perpe-
tuo. Qui mũdus est in domo tua vesce-
tur eis. Omnem medullam olei ⁊ vini
et frumẽti quicquid offerũt primitia-
rum dño tibi dedi. Uniuersa frugũ ini-
tia que gignit humus ⁊ dño deportan-
tur: cedẽt in vsus tuos. Qui mũdus est
in domo tua vescetur eis. Oẽ qđ ex vo-
to reddiderint filij isrl̃: tuũ erit. Quic-
quid primũ erumpet e vulua cũcte car-
nis quam offerũt dño: siue ex homini-
bus siue de pecoribus fuerit: tui iuris
erit: ita dũtaxat vt pro hoĩs primoge-
nito precium accipias: et oẽ animal C
quod immũdum est redimi facias: cu-
ius redẽptio erit post vnum mensem:
siclis argẽti quinq; põdere sanctuarij.
Siclus viginti obolos habet. Primo-
genita aũt bouis et ouis et capre non
facies redimi: q2 sanctificata sunt do- s.3.g.
mino. Sanguinẽ tñ eorũ fundes sup Exodi.13.b
altare: ⁊ adipes adolebis in suauissi- Leuit.27.c
mum odorẽ dño. Carnes vero in vsum Ezec.45.d.
tuũ cedẽt: sicut pectusculũ cõsecratũ ⁊
armus dexter tua erũt. Oẽs primitias
sanctuarij q̃s offerũt filij isrl̃ dño tibi
dedi ⁊ filijs ac filiab⁹ tuis iure ꝑpetuo.
Pactũ salis est sempiternum corã dño
tibi ⁊ filijs tuis. Dixitq; dñs ad aarõ.
In terra eoꝝ nihil possidebitis nec ha-
bebitis partẽ inter eos. Ego ps ⁊ here-
ditas tua ĩ medio filioꝝ isrl̃. Filijs aũt
leui dedi oẽs decĩas isrl̃ ĩ possessionẽ Deut.18.a.
ꝓ ministerio q̃ seruiũt mihi ĩ tabernaculo
federis: vt nõ accedãt vltra filij isrl̃ ad
tabernaculũ: nec cõmittãt pctm̃ morti-
fer: solis filijs leui mihi ĩ tabernaculo Decime
seruiẽtib⁹ ⁊ portãtibus pctã ppl̃i. Le- leuitis.

D gitimū sempiternū erit in gñationib⁹
Deut.18.a. vris: nihil aliud possidebūt decimarū
oblatiōe cōtēti: quas in vsus eorū ₇ ne-
cessaria separaui. Locutusq; est dñs ad
moysen dicēs. Precipe leuitis atq; de
nūcia. Cū acceperitis a filijs isrl' deci-
mas q̄s dedi vob̄ p̄mitias eorū offerte
dño: id est decimā ptē decime: vt repu
tet vobis i oblationē p̄mitiuor; tā de
areis q̄ de torcularib⁹ ₇ vniuersis q̄rū
accipitis p̄mitias offerte dño: et date
ea aarō sacerdoti. Oia' q̄ offeret; ex de
cimis: ₇ in donaria dñi sepabit; optia
₇ electa erūt cūcta. Dicesq; ad eos. Si
p̄clara ₇ meliora q̄q; obtuleritis ex de
cimis reputabit vobis q̄si d area ₇ tor
culari dederit; p̄mitias: ₇ cōedetis eas
in oībus locis vris tam vos q̄ familie
vestre: q: preciū est pro ministerio quo
seruitis in tabernaculo testimonij: et
nō peccabitis sup hoc egregia vobis ₇
pinguia reseruātes: ne polluatis obla
tiones filiorum israel et moriamini.
¶C.S. De vacca rufa: de moriēte i ta
bernaculo: de vase nō habēte opercu-
lum: de tāgente cadauer hominis: de
anima expiationis. Capi. xix.



A Ocutusq; est dñs ad moy-
sen et aaron dicēs. Ista est
religio victime quā cōsti-
tuit dñs. Precipe filijs is-
rael: vt adducāt ad te vac-
cā rufā etatis itegre in q̄
Heb.9.a. nulla sit macula: nec portauerit iugū:
tradesq; eā eleazaro sacerdoti. Qui e-
ductā extra castra: imolabit i ɔspectu
oīm: ₇ tingēs digitū in sanguine eius
asperget contra fores tabernaculi se-
ptē vicib⁹: cōburetq; eā cunctis viden
tibus tam pelle ₇ carnibus eius q̄ san
guine et fimo flāme traditis. Lignum
quoq; cedrinū ₇ hysopū coccūq; bis ti
nctū sacerdos mittet in flāmā q̄ vaccā
vorat. Et tūc demū lotis vestib⁹ ₇ cor
B pore suo ingredief in castra: cōmacula
tusq; erit vsq; ad vesperū. Sed ₇ ille
qui cōbusserit eā: lauabit vestimenta
sua ₇ corpus: ₇ immūdusq; erit vsq; ad
vesperū. Colliget aūt vir mūdus cine
res vacce: ₇ effundet eos extra castra i
loco purissimo: vt sint multitudini fi-
liorū israel i custodiā ₇ in aquā asp̄sio
nis: q: p peccato vacca ɔbusta ē. Cūq;
lauerit q̄ vacce portauerat cineres ve-
stimēta sua immūdus erit vsq; ad ve-
sperū. Habebūt hoc filij israel ₇ adue
ne qui habitāt inter eos sanctum iure
perpetuo. Qui tetigerit cadauer hoīs
₇ pp̄ter hoc septē diebus fuerit immū
dus: asperget ex hac aqua die tertio ₇
septimo: ₇ sic mūdabit. Si die tertio
asp̄sus nō fuerit septimo nō poterit
emundari. Oīs q̄ tetigerit humane aīe C
morticinū: ₇ aspersus hac cōmixtione
nō fuerit polluet tabernaculū dñi ₇ pi
bit ex israel: q: aqua expiationis nō est
aspersus imūdus erit: ₇ manebit spur
citia ei⁹ super eū. Ista est lex hoīs qui
morit in tabernaculo. Oēs q ingrediū
tur tētoriū illius ₇ vniuersa vasa que
ibi sunt polluta erūt septē dieb⁹. Uas
qđ nō habuerit operculū nec ligaturā
desup imūdū erit. Si q̄s in agro teti-
gerit cadauer occisi hoīs aut p se mor-
tui: siue os illius vel sepulchrū: immū
dus erit septē diebus. Tollentq; de ci D
neribus cōbustiōis atq; peccati ₇ mit
tent aquas viuas sup eos in vas in qui
bus cū homo mūdus tinxerit hysopū
asperget ex eo omne tentoriū et cūctā
supellectilem: ₇ homines huiuscemo-
di cōtagione pollutos: atq; hoc modo
mundus lustrabit immundū tertio et
septimo die. Expiatusq; die septio la-
uabit se: et vestimēta sua: ₇ immūdus
erit vsq; ad vesperū. Si quis hoc ritu
nō fuerit expiatus peribit aīa illi⁹ de
medio ecclesie: q: sanctuariū dñi pol-
luit: ₇ nō est aqua lustrationis asp̄sus.
Erit hoc p̄ceptū legitimū sēpiternū.
Ipe q̄q; q̄ aspergit aquas: lauabit vesti
mēta sua. Oīs q̄ tetigerit aquas expia
tionis imūdus erit vsq; ad vesperum.
Quicq̄d tetigerit immūdus: immūdū
faciet: ₇ aīa que horū quippiā tetige-
rit immunda erit vsq; ad vesperam.
¶C.S. De morte marie: de murmura
tiōe ppl'i ɔ moysen ex defectu aque: et
dedit eis de⁹ aquā: p̄dixit de⁹ moysi ₇
aarō nō ingressuros in terrā p̄missio-
nis: de nūcijs ad edom: de morte aarō
in mōte hor: de substitutione eleazari
loco eius: ₇ fletu p̄pl'i p aaron. Ca. xx.



Eneruntq; filij israel et oīs A
multitudo in desertū sin:
mēse primo: ₇ mansit popu
lus i cades. Mortuaq; est Mors marie.
ibi maria: ₇ sepulta i eodē
loco. Cūq; indigeret aqua
populus cōuenerunt + aduersum moy Als.+ colle runt.
sen ₇ aaron: ₇ versi in seditionē dixe-
rūt. Utinam perissemus inter fratres
nostros coram domino. Cur eduxistis
ecclesiam dñi in solitudinē: vt ₇ nos ₇

Exod.17.b

nostra iumēta moriamur? Quare nos fecistis ascēdere de egypto: τ eduxistis i locū istū pessimū q̄ seri nō pōt: q̄ nec ficū gignit nec vineas nec malogranata: insup τ aquā nō hʒ ad bibēdū. Ingressusq̄ moyses τ aarō dimissa multitudine in tabernaculū federis: corruerūt ꝓni in terrā: clamaueruntq̄ ad dn̄m atq̄ dixerūt. Dn̄e deꝰ audi clamorē huius ppl'i: τ aperi eis thesaurū tuū fontem aque viue: vt satiati cesset murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dn̄i sup eos.

C

B

Exod.26.b

Locutusq̄ ē dn̄s ad moysen dicēs. Tolle virgā τ cōgrega ppl'm tu τ aarō frater tuus τ loq̄mini ad petrā corā eis: τ illa dabit aquas. Cūq̄ eduxeris aquā de petra bibet ois multitudo et iumēta eiꝰ.

Fōs de silice egredit.

Tulit igit moyses virgā q̄ erat in cōspectu dn̄i: sicut preceperat ei: cōgregata multitudine ante petrā: dixitq̄ eis. Audite rebelles τ increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cūq̄ eleuasset moyses manū ꝑcutiēs virga bis silicē: egresse sunt aque largissime: ita vt ppl's biberet τ iumēta. Dixitq̄ dn̄s ad moysen τ aarō. Quia nō credidistis mihi vt sctificaretis me corā filijs israel: non introducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hec est aqua ɔtradictionis vbi iurgati sunt filij isrl' ɔtra dn̄m: τ sctificatꝰ ē i eis.

D

Aqua ɔdictionis. j.21.d.

Ad edō nūcij mittūt.

C

Misit interea nūcios moyses de cades ad regē edom: q̄ dicerēt. Hec mandat frater tuus israel. Nosti omnē laborē q̄ apprehendit nos: quomodo descenderint patres nr̄i in egyptum: τ habitauerimus ibi multo tempore: afflixeritq̄ nos egyptij τ patres nostros: τ quomodo clamauerimus ad dn̄m: τ exaudierit nos: miseritq̄ angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades que est in extremis finibus tuis positi: obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuā. Nō ibimus ꝑ agros nec per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via publica: nec ad dexterā nec ad sinistrā declinātes donec transeamus terminos tuos. Cui respondit edom. Nō trāsibis per me: alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntq̄ filij israel.

D

Per tritam gradiemur viā: τ si biberimus aquas tuas nos et pecora nr̄a dabimus quod iustū est. Nulla erit in precio difficultas: tantū velociter trāseamus. At ille respōdit. Nō transibitis. Statimq̄ egressus est obuius cū infinita multitudine τ manu forti: nec voluit acquiescere deprecāti: vt concederet trāsitum per fines suos. Quāobrē diuertit ab eo israel. Cumq̄ castra mouissent de cades: venerūt in mōtē hor: qui est in finibus terre edom: vbi locutus est dn̄s ad moysen dicens. Pergat inquit aarō ad populos suos. Non eñi intrabit terrā quā dedi filijs isrl': eo q̄ incredulus fuerit ori meo ad aquas cōtradictiōis. Tolle aarō et filiū eius cū eo: τ duces eos in mōtē hor. Cumq̄ nudaueris patrem veste sua: indues ea eleazarum filium eius: et aaron colligetur τ morietur ibi. Fecit moyses vt preceperat dominus: τ ascenderunt in montē hor corā oī multitudine. Cūq̄ aaron spoliasset vestibus suis induit eis eleazarū filiū eius. Illo mortuo in mōtis supcilio descendit cū eleazaro. Ois aūt multitudo videns occubuisse aaron: fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

j.33.c. Exuit aarō veste sacerdotali q̄ induit filius eius eleazarus: τ moritur aarō. Deut.10.b. τ.32.g. Ois isrl' fleuit triginta diebꝰ aarō mortuum.

¶ C. xx. De inuasione aradij ɔtra isrl': et victoria post votum contra eū: murmurat populus quare deus misit in eū serpentes ignitos: et oratione moysi sanatur populus eneo serpente pro signo eleuato: de trāsitu arnō: de puteo: de victoria cōtra seon τ og reges.

Capitulum. xxi.

A



Uod cum audisset chananeus rex arad: q̄ habitabat ad meridiem: venisse: scilicet israel per exploratorū viā: pugnauit cōtra illū: et victor existēs duxit ex eo ꝑdā. At isrl' voto se dn̄o obligans ait. Si tradideris ppl'm istū in manu mea: delebo vrbes eiꝰ. Exaudiuitq̄ dn̄s preces isrl' et tradidit chananeū: quē ille interfecit subuersis vrbibꝰ eius: τ vocauit nomē loci illiꝰ horma: id est anathema.

Uincit rex arad.

B

Profecti sunt aūt de monte hor ꝑ viā q̄ ducit ad mare rubrū: vt circūirēt terram edom. Et tedere cepit populū itineris ac laboris: locutusq̄ ɔ dn̄m et moysen ait. Cur eduxisti nos de egypto vt moreremur i solitudine? Deest panis: nō sunt aque: aīa nr̄a iā nauseat sup cibo isto leuissimo. Quāobrē misit dn̄s in populū ignitos serpentes ad quorum plagas τ mortes plurimoꝝ: venerunt ad moysen atq̄ dixerunt. Peccauimꝰ quia locuti sumus ɔtra dominū et te: ora vt tollat a nobis serpentes. Orauit moyses pro populo: et locutus est

Murmuratio ppl'i. i.Cor.10.b

Iudi.8.c

C dñs ad eum. Fac serpentē eneū: ⁊ pone
Josue. 3.b. eū p signo. Qui pcussus aspexerit eum
viuet. Fecit ergo moyses serpētē eneū
et posuit p signo. Quē cū pcussi aspi-
cerēt sanabanť. Profectiq; filij israel
castrametati sunt in oboth. Unde egressi
fixere tētoria in ieabarim i solitudine
q respicit moab cōtra orientalem pla
gam: ⁊ inde mouētes: venerūt ad tor-
rentē zareth. Quē relinquentes castra
metati sunt cōtra arnon: q est in deser
to: ⁊ pminet in finib9 ammorrei. Si-
quidē arnō termin9 est moab: diuidēs
moabitas ⁊ ammorreos. Unde dicitur
D in libro bellorū dñi. Sicut fecit in ma
ri rubro: sic faciet in torrentib9 arnō.
Scopuli torrētium inclinati sunt vt
requiescerent in arnon: et recūberent
in finib9 moabitarū. Et ex eo loco ap-
paruit puteus: sup quo locut9 est dñs
ad moysen. Cōgrega populū ⁊ dabo ei
aquā. Tunc cecinit israel carmē istud.
Ascēdat puteus: concinebāt: puteus
quē foderūt pncipes ⁊ parauerūt du-
ces multitudinis in datore legis et in
E baculis suis. Profectiq; sunt de solitu
S.20.b. dine mathana in nahaliel: de nahaliel
Deut.2.c. in bamoth. Bamoth vallis est i regiōe
1.Mac.2.f. moab in vertice phasga qd respicit cō
tra desertū. Misit aūt isrl nuncios ad
seon regē ammorreorū dicēs. Obsecro
vt trāsire mihi liceat per terrā tuā: nō
declinabimus in agros et vineas: non
bibem9 aquas ex puteis. Via regia gra
diemur donec transeamus terminos
tuos. Qui cōcedere noluit vt transiret
israel p fines suos: quin potius exerci
tu cōgregato egressus est obuiā in de-
sertum: ⁊ venit in iasa pugnauitq; cō-
Victoria 3 seon regem tra eum. A quo percussus est in ore gla
dij: et possessa est terra eius ab arnon
ammorreoz. vsq; ieboc: ⁊ filios ammō: q2 forti prē
F sidio tenebantur: termini ammonita-
rū. Tulit ergo israel oēs ciuitates ei9:
et habitauit in vrbibus ammorrei: in
esebon scilicet ⁊ viculis ei9. Urbs ese-
bon fuit seon regis ammorrei qui pu-
gnauit contra regē moab: ⁊ tulit oēm
terram que ditionis illius fuerat vsq;
arnon. Idcirco diciť in pverbio. Ueni
te in esebon edificetur ⁊ cōstruaŕ ciui
tas seon. Ignis egressus est de esebon:
flamma de oppido seon et deuorauit
arnon moabitarū ⁊ habitatores excel
sorum arnō. Ue tibi moab: perijsti po-
pule chamos. Dedit filios eius in fugā
et filias in captiuitatē regi ammorreo
rum seon. Jugū ipsoz disperijt ab ese-
bon vsq; dibō: lassi puenerūt in iophe
et vsq; medaba. Habitauitq; israel in
terra ammorrei. Misit itaq; moyses G
q explorarēt iaser. Cuius cepērūt vicu
los: ⁊ possederunt habitatores. Uerte
runtq; se ⁊ ascēderūt p viā basan: ⁊ oc
currit eis og rex basan cū oī pplo suo Deut.3.a.
pugnaturus in edrai. Dixitq; dñs ad ⁊.29.
moysen. Ne timeas eū: q2 in manu tua Uictoria 3
tradidi illū ⁊ oēm pplm ac terrā ei9: og regē ba-
faciesq; illi sicut fecisti seon regi āmor san.
reorū habitatori esebō. Percusserunt
igitur et hunc cum filijs suis: vniuer-
sumq; populū eius vsq; ad internitio-
nem: et possederunt terram illius.

¶ Ca. S. Balach mittit semel et scdo
ad balaā vt veniat ad maledicēdū po
pulo: dñs primo pbibet scdo pmittit
ire: ei angelus obuiat: asina loquiť: ba
laā reprehenditur. Balach ei occurrit
et mittit ei munera. Capitulū. xxij.



Rofectiq; castrametati sūt A
in campestrib9 moab: vbi Jos.24.b.
trās iordanem hierico sita
est. Uidēs autē balach fili9
sephor oīa q fecerat israel
ammorreo: et quod perti-
muissent eū moabite: ⁊ impetum eius
ferre nō possent: dixit ad maiores na-
tu madiā. Ita delebit hic populus om
nes qui in nostris finibus commoran-
tur: quomodo solet bos herbas vsq;
ad radices carpere. Ipse autē erat eo
tpe rex in moab. Misit ergo nuncios
ad balaā filium beor ariolum: qui ha-
bitabat super flumen terre filiorū am
mon: vt vocarent eum ⁊ dicerent. Ecce
egressus est populus ex egypto q ope-
ruit superficiē terre: sedens cōtra me.
Ueni igitur et maledic populo huic q
fortior me ē: si quo modo possim per-
cutere ⁊ eijcere eum de terra mea. No- B
ui enim q benedictus sit cui benedixe
ris: et maledictus in quem maledicta
cōgesseris. Perrexerūtq; seniores mo
ab et maiores natu madian habentes
diuinatiōis preciū in manibus. Cū-
q; venissent ad Balaam: et narrassent
ei omnia verba Balach: ille respōdit.
Manete hic nocte: et respōdebo quic-
quid mihi dixerit dominus. Manētī-
bus autem illis apud Balaam venit
deus: et ait ad eū. Quid sibi volūt ho-
mines isti apud te? Respōdit. Balach C
filius sephor rex moabitarum misit ad S.eodem.
me dicens. Ecce populus qui egressus

est de egypto operuit supficiẽ terre: ve
ni τ maledic ei: si quomodo possim pu
gnãs abigere eum. Dixitq̃ deus ad ba
laã. Noli ire cũ eis: neq̃ maledicas po
pulo q: benedict⁹ est. Qui mane cõsur
gẽs dixit ad principes. Ite in terrã ve
strã: q: ꝓhibuit me deus venire vobi-
scũ. Reuersi principes dixerunt ad ba
lach. Noluit balaam venire nobiscum.
Rursum ille multo plures et nobilio-
res ꝙ ante miserat misit. Qui cũ venis
sent ad balaã dixerunt. Sic dicit ba-
lach filius sephor. Ne cuncteris venire
ad me: paratum habeo honorare te: et
D quicq̃d volueris dabo tibi. Ueni τ male
ĩ.24.c. dic populo isti. Rñdit balaã. Si de-
ẽ.eodem. derit mihi balach plenã domũ suã ar-
Permittit gẽti τ auri: nõ potero immutare ꝟbũ
de⁹ balaã dñi dei mei: vt vel plus vel minus lo-
ire ad ba- quar. Obsecro vt hic maneatis etiam
lach. hac nocte: vt scire queã quid mihi rur
sum rñdeat domin⁹. Uenit ergo deus
ad balaã nocte et ait ei. Si vocare te
venerũt hoĩes isti: surge τ vade cũ eis:
ita dũtaxat: vt qđ tibi p̃cepero facias.
Surrexit balaã mane et strata asina
profectus est cũ eis. Et iratus est de⁹.
Stetitq̃ angelus dñi in via cõtra ba
laam qui sedebat asine: τ duos pueros
habebat secum. Cernens asina angelũ
stantem in via euaginato gladio: auer
tit se de itinere et ibat ꝑ agrum. Quã
E cum verberaret balaam: τ vellet ad se-
mitã reducere: stetit angelus in angu-
stijs duarum maceriarũ: quibus vinee
cingebãtur. Quem videns asina: iũxit
se parieti: et attriuit sedentis pedem.
At ille iterũ verberabat eã: et nihilo-
minus ãgelus ad locũ angustũ trãsiẽs
vbi nec ad dexteram nec ad sinistrã po
terat declinari: obuius stetit. Cunq̃ vi-
disset asina stantem angelum concidit
sub pedibus sedentis. Qui iratus ve-
hemẽtius cedebat fuste latera ei⁹. Ape
De heretĩ- ruitq̃ dominus os asine et locuta est.
cũ ex inuñ- Quid feci tibi? Cur percutis me. Ecce
est possessio tribus filiorū neptalim ꝑ
cognationes suas vrbes ⁊ viculi earū.
De sorte filioꝝ dan. Tribui filiorū dan per familias suas
egressa est sors septima: ⁊ fuit termin⁹
possessiōis ei⁹ saraa ⁊ hesthaol ⁊ hair-
semes. i. ciuitas solis selebin et ahialō
et iethela: helon ⁊ themna et acron hel D
theten iepthō et baaladiud et banebha
rach et iethremmon atqꝫ hierichon et
arechon cū termino q̄ respicit ioppē:
et in ipso fine ꝯcludit̄. Ascēderuntqꝫ
filij dan et pugnauerūt ꝯtra lesen: ce-
perūtqꝫ eā: et ꝑcusserūt eā i ore gladij:
et possederūt: et habitauerūt in ea vo-
cātes nomē eius lesendan ex noīe dan
pr̄is sui. Hec est possessio trib⁹ filiorū De tribu
dan ꝑ cognatiōes suas vrbes et viculi dan.
earū. Cumqꝫ complesset sorte diuidere De posses-
terrā singulis ꝑ tribus suas: dederunt siōe iosue.
filij israel possessionē iosue filio nun
in medio sui iuxta ꝑceptum dn̄i vrbem
quā postulauit thanath saraa in mon-
te ephraim. Et edificauit ciuitatem ha
bitauitqꝫ in ea. He sunt possessiones
quas sorte diuiserūt eleazar sacerdos
et iosue filius nun: et principes fami-
liarū ac tribuū filioꝝ israel in silo co-
ram dn̄o ad ostiū tabernaculi testimo
nij partitiqꝫ sunt terram.

¶ Ca. XX. De ciuitatibus refugij: quod
post mortem sacerdotis magni profu-
gus reuertatur in suam ciuitatem: et
domum de qua fugerat. Capl'm. xx.



T locutus est dn̄s ad iosue A
dicēs. Loquere filijs israel De ciuitati-
et dic eis. Separate vrbes bus refu-
fugitiuorum de quibus lo- gij.
cutus sum ad vos per ma- Num. 35. a.
num moysi: vt confugiat ad eas qcūqꝫ Deut. 19. a.
animā ꝑcusserit nesciens: ⁊ possit eua-
dere irā ꝓximi q vltor est sanguinis cū
ad vnā harū ꝯfugerit ciuitatū: stabitqꝫ
ante portā ciuitatis: ⁊ loquet̄ seniori-
bus vrbis illi⁹ ea q̄ se ꝯprobēt innocē
tē: sicqꝫ suscipiēt eū et dabūt ei locum
ad habitādū. Cūqꝫ vltor sanguinis eū B
fuerit ꝑsecut⁹ nō tradēt in man⁹ eius:
q2 ignorās ꝑcussit ꝓximū ei⁹: nec ante
biduū triduūve eius ꝓbat̄ inimicus.
Et habitabit i ciuitate illa donec stet De libera-
ante iudiciū cām reddens facti sui: et tiōe ꝓfugo-
moriat̄ sacerdos magn⁹ q̄ fuerit in il- rū i morte
lo tp̄e. Tūc reuertetur homicida ⁊ in- sacerdotis.
grediet̄ ciuitatē et domū suam de qua C
fugerat. Decreuerūtqꝫ cedes in galilea
montis neptalim et sichem in monte
ephraim ⁊ cariatharbe: ipa ē hebrō in
mōte iuda: et trans iordanem contra
orientalem plagam hierico: statuerūt
bosor que sita est i cāpestri solitudine
de tribu rubē: et ramoth in galaad de
tribu gad: et gaulon in basan de tribu
manasse. He ciuitates constitute sunt D

cunctis filijs israel et aduenis q̄ habi-
tabāt inter eos: vt fugeret ad eas qui
animā nesciens percussisset: et nō more
retur in manu ꝓximi effusum sangui-
nē vindicare cupiētis: donec staret ante
populum expositurus causam suam.

¶ C. S. De ciuitatibus et suburbanis
leuitarum numero quadragintaocto:
de pace data. Capi. xxi.


A ccesserūtq; principes fami-
liarum leui ad eleazarū sa-
cerdotē et iosue filium nun et
ad duces cognationū per sin-
De ciuitatibus leuitarum. gulas tribus filiorum israel: lo
cutiq; sunt ad eos in silo terre chanaā
atq; dixerunt. Dñs precepit per manū
Nu. 35. a. moysi vt darētur nobis vrbes ad habi
tandū: et suburbana earū ad alenda iu
menta. Dederūtq; filij isrl' de possessio
Nu. 35. a. nibus suis iuxta imperiū dñi ciuitates
et suburbana earū. Egressaq; est sors i
familia caath filiorū aaron sacerdotis
de tribu iuda et symeon et bēiamin ci-
uitates tredecim et reliquis filiorum
caath id est leuitis qui superfuerāt de
tribubus ephraim et dan et dimidie tri
bus manasse: ciuitates decē. Porro fi-
lijs gerson egressa est sors vt acciperēt
de tribubus isachar et aser et neptalim
dimidiaq; tribu manasse in basan ciui
tates numero tredecim. Et filijs mera
ri per cognatiōes suas de tribubus ru
ben et gad et zabulon vrbes duodecim.
Dederuntq; filij israel leuitis ciuita-
tes et suburbana earum: sicut precepit
dñs per manū moysi singulis sorte tri
B buentes. De tribubus filiorum iuda et
symeon dedit iosue ciuitates quarum
ista sunt noīa: filijs aarō per familias
caath leuitici generis. Prima eñ sors
illis egressa ē cariatharbe pris enach:
que vocatur hebron in monte iuda: et
suburbana eius per circuitum. Agros
vero et villas eius dederat caleb filio
iephone ad possidendū. Dedit ergo fi-
lijs aaron sacerdotis hebron confugij
ciuitatē ac suburbana eius et obnā cū
suburbanis suis: et iether et istimon et
helon et dabir et ain et ietham et beth-
sames cum suburbanis suis: ciuitates
nouem de tribubus vt dictū est de dua
bus. De tribu autem filiorū beniamin
gabaon et gabae et anathoth et almō
cum suburbanis suis: ciuitates quatu
or. Omēs simul ciuitates filiorum aa-
ron sacerdotis tredecim cum suburba
nis suis. Reliquis vero per familias fi
liorū caath leuitici generis hec est da-
ta possessio. De tribu ephraim vrbes cō
fugij sichem cum suburbanis suis in
monte ephraim: et gazer et cebsaim et be
thoron cum suburbanis suis ciuita-
tes quatuor. De tribu quoq; dan helthe
co et gabathon et hallon et iethremon
cum suburbanis suis: ciuitates quatu
or. Porro de dimidia tribu manasse
tanach et iethremon cum suburbanis
suis: ciuitates due. Oēs ciuitates decē C
et suburbana earū date sūt filijs caath
inferioris gradus. Filijs qz gerson le-
uitici generis dedit de dimidia tribu
manasse cōfugij ciuitates gaulon i ba-
san et bosram cum suburbanis suis: ci
uitates duas. Porro de tribu isachar
cesion et dabereth et iaramoth et engā-
nim cum suburbanis suis: ciuitates
quatuor. De tribu autem aser masan et
abdon et elrath et roob cū suburbanis
suis: ciuitates quatuor. De tribu quo-
q; neptalim ciuitates cōfugij cedes in
galilea et amothdor et +charthari cum Al's +chartam.
suburbanis suis: ciuitates tres. Oēs
vrbes familiarū gerson tredecim cum
suburbanis suis. Filijs aūt merari le-
uitis inferioris gradus per familias
suas data est de tribu zabulō iecnal et D
cartha et dāna et naalol: ciuitates qua-
tuor cū suburbanis suis. De tribu gad
ciuitates confugij: ramoth in galaad
et manaim et esebon et iazer: ciuitates
quatuor cū suburbanis suis. De tribu
ruben vltra iordanē cōtra hierico ciui
tates refugij: bosor in solitudine mi-
sor et iazer et iethson et maspha: ciuita
tes quatuor cū suburbanis suis. Oēs
vrbes filiorum merari per familias et
cognationes suas duodecim. Itaq; ci-
uitates vniuerse leuitarum in medio
possessionis filiorū israel fuerūt qua- De pacifica possessione terre pmissionis dei.
dragintaocto cū suburbanis suis sin-
gule per familias distribute. Deditq;
dominus deus israel oēm terram quā
traditurum se patribus eorum iuraue
rat: et possederunt illā atq; habitaue-
runt in ea. Dataq; est ab eo pax in oēs
per circumitum nationes: nullusq; ho
stium eis resistere ausus est: sed cuncti
in eorum ditionē redacti sunt. Ne vnū
quidem verbum quod illis prestaturū
se esse promiserat irritum fuit: sed re-
bus expleta sunt omnia.

¶ C. S. De duabus et semis tribubus re
missis ad ꝓpria: et de altari qd fecerūt
infinite magnitudinis: et de excusatiōe

duarum tribuum et semis pro altari constructo. Capitulum. xxij.

A

De duabus ⁊ semis tribubus remissis ad propria trans iordanem. Nu. 32. b.



Odem tpe vocauit Josue rubenitas ⁊ gadditas ⁊ dimidiam tribum manasse dixitq̄ ad eos. Fecistis oia que precepit vobis moyses famulus dni: mihi q̄z in omnibus obedistis nec reliquistis fratres vestros longo tempore vsq̄ in presentem diem custodiētes imperiū domini dei vestri. Quia igitur dedit dn̄s deus vester fratribus vestris quietem et pacē sicut pollicitus est: reuertimini ⁊ ite in tabernacula vestra: ⁊ in terram possessionis quā tradidit vobis moyses famulus dni trās iordanē: ita dūtaxat vt custodiatis attente ⁊ opere cōpleatis mandatū ⁊ legē quā precepit vobis moyses famulus domini: vt diligatis dn̄m deum vestrum: ⁊ ambuletis in omnibus vijs eius: ⁊ obseruetis mandata illius: adhereatisq̄ ei ac seruiatis in omni corde ⁊ in omni anima vestra. Benedixitq̄ eis iosue: ⁊

B

dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidie aūt tribui manasse possessionem moyses dederat in basan: ⁊ idcirco medie que superfuit dedit iosue sortem inter ceteros fratres suos trans iordanem ad occidētalem eius plagam. Cumq̄ dimitteret eos in tabernacula sua ⁊ benedixisset eis: dixit ad eos. In multa substātia atq̄ diuitijs reuertimini ad sedes vestras cū argēto ⁊ auro: ere ac ferro ⁊ veste multiplici. Diuidite predam hostium cū fratribus vr̄is. Reuersiq̄ sunt ⁊ abierunt filij ruben ⁊ filij gad et dimidia tribus manasse a filijs israel de silo q̄ sita est in chanaan: vt intrarēt galaad terram possessionis sue quā obtinuerunt iuxta imperium domini in manu

C

moysi. Cūq̄ venissent ad tumulos iordanis in terra chanaan edificauerunt iuxta iordanem altare infinite magnitudinis. Quod cum audissent filij isrl̄ et ad eos certi nuncij detulissent edificasse filios ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse altare in terra chanaan super iordanis tumulos contra filios israel: conuenerūt omnes in silo vt ascenderent ⁊ dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terrā galaad phinees filium eleazari sacerdotis ⁊ decem principes cum eo singulos de singulis tribubus. Qui venerunt ad filios ruben ⁊ gad et dimidie tribus manasse in terram galaad: dixeruntq̄ ad eos. Hec mandat omnis populus domini. Que est ista trāsgressio? Cur reliquistis deum Israel edificantes altare sacrilegum et a cultu illius recedentes? An parum vobis est

De constructione altaris mire magnitudinis a duabus ⁊ semis tribubus.

D

Nu. 25. b.

quod peccastis in beelphegor: et vsq̄ in presentem diem macula huius sceleris in vobis permanet: multiq̄ de populo corruerunt: ⁊ vos hodie reliquistis dominum: ⁊ cras in vniuersum israel ira eius deseuiet? Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestre: trāsite ad terram in qua tabernaculum domini est ⁊ habitate inter nos: tantum vt a domino et a nostro consortio non recedatis edificato altari preter altare domini dei vestri. Nonne achan filius zare preterijt mandatum domini et super omnē populum israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo: atq̄ vtinam solus

S. 7. b.

E

perisset in scelere suo. Responderūtq̄ filij ruben ⁊ gad et dimidie tribus manasse principibus legationis israel. Fortissimus dominus deus israel ipse nouit: et israel simul intelligat si preuaricationis animo hoc altare cōstruximus non custodiat nos: sed puniat nos in presenti. Et si ea mente fecimus vt holocausta ⁊ sacrificium et pacificas victimas super eo imponeremus ipse querat ⁊ iudicet: et non ea magis cogitatione atq̄ tractatu vt diceremus: cras dicent filij vestri filijs nostris. Quid vobis et domino deo israel? Terminum posuit dominus inter nos et vos o filij ruben ⁊ filij gad iordanem fluuium: et idcirco partem non habetis in domino: et per hanc occasionem auertent filij vestri filios

Excusatio super altari cum seruitio.

F

nostros a timore domini. Putauimus itaq̄ melius et diximus. Extruamus nobis altare: non in holocausta neq̄ ad victimas offerendas: sed in testimonium inter nos et vos ⁊ sobolem nostram vestramq̄ progeniem vt seruiamus domino: ⁊ iuris nostri sit offerre et holocausta et victimas et pacificas hostias: et nequaq̄ dicant cras filij vestri filijs nostris. Non est vobis pars in domino. Quod si voluerint dicere: respondebunt eis. Ecce altare domini quod fecerunt patres nostri: non in holocausta neq̄ in sacrificium: sed in testimonium nostrum ac vestrum.

Absit a nobis hoc scelus vt recedam⁹
a dño et eius vestigia relinquamus: ex
tructo altari ad holocausta ⁊ sacrificia
et victimas offerẽdas: p̄ter altare dñi
G dei nostri qḋ extructũ est ante taberna
culũ eius. Quibus auditis phinees sa
cerdos et principes legationis israel
qui erãt cum eo placati sunt: ⁊ verba
filiorum ruben et gad ⁊ dimidie trib⁹
manasse libẽtissime susceperũt. Dixit
q; phinees filius eleazari sacerdos ad
eos. Nunc scimus quod nobiscũ sit do
minus: qm̄ alieni estis a preuaricatiõe
hac: et liberastis filios israel de manu
dñi. Reuersusq; est cũ principibus a fi
lijs ruben et gad de terra galaad finiũ
chanaan ad filios israel: ⁊ retulit eis.
Placuitq; sermo cunctis audiẽtibus.
Et laudauerunt deum filij israel: ⁊ ne
quaq̃ vltra dixerunt vt ascenderẽt cõ
tra eos atq; pugnarent et delerent ter
ram possessionis eorũ. Uocaueruntq;
filij ruben et filij gad altare quod ex
truxerant: testimonium nostrum quod
dominus ipse sit deus.

¶ C.S. Exhortatio iosue: phibet so
cietatem cum gentibus. Capi. xxiij.

A
Exhorta
tio iosue
senis ad is
raeli p lege
seruanda.



Uoluto autem multo tpe
postq̃ pacẽ dederat dñs is
raeli subiectis in gyro na
tiõibus vniuersis: ⁊ iosue
iam lõgeuo ⁊ psenilis eta
tis. Postq̃ diuiserat terrã
filijs isrl' sm qḋ dñs imperauerat: vo
cauit iosue oẽm israelẽ maioresq; na
tu et pncipes ac duces ac magistros: di
xitq; ad eos. Ego senui ⁊ pgressioris
etatis sum: vosq; cernitis oia que fece
rit dñs deus vester cũctis per circuitũ
nationibus: quõ p vobis ipse pugna
uerit. Et nũc quia vobis sorte diuidit
oẽm terram ab orientali parte iorda
nis vsq; ad mare magnũ: multeq; ad
huc supsunt nationes: dñs deus vester
disperdet eas et auferet a facie vestra
⁊ possidebitis terrã sicut vobis polli
B citus est. Tantũ confortamini ⁊ estote
solliciti vt custodiatis cũcta q̃ scripta
sunt in volumine legis moysi: ⁊ nõ de
clinetis ab eis neq; ad dexteram neq;
ad sinistram: ne postq̃ intraueritis ad
gentes que inter vos future sunt: iure
tis in nomine deorum earum ⁊ seruia
tis eis ⁊ adoretis illos: sed adhereatis
dño deo vestro qḋ fecistis vsq; in diem
hanc. Et tunc auferet dñs deus in con
spectu vestro gentes magnas et robu
stissimas: ⁊ nullus vobis resistere po
terit. Unus ex vobis persequet hostium C
mille viros: quia dominus deus vester Deu. 32. d.
p vobis ipse pugnabit sicut pollicit⁹
est: hoc tm̄ diligẽtissime pcauete vt di
ligatis dñm deũ vestrum. Qḋ si volue
ritis gẽtium harum que inter vos ha
bitant erroribus adherere ⁊ cũ eis mi
scere connubia atq; amicitias copula
re iam nunc scitote qḋ dñs deus vester
non eas deleat ante faciem vestram: sꝫ
erunt vobis in foueam ac laqueum et
offendiculum ex latere vestro: ⁊ sudes
in oculis vestris donec vos offerat at
q; disperdat de terra hac optima quã
tradidit vobis. En ego hodie igredior D
viam vniuerse terre: ⁊ toto animo co
gnoscetis qḋ de oībus verbis que se dñs
prestiturũ vobis esse pollicit⁹ est: vnũ
non preterierit incassum. Sicut ergo
impleuit opere qḋ promisit: ⁊ prospe
ra cuncta venerũt: sic adducet sup vos
quicq̃d malorũ comminatus est donec
vos auferat: atq; dispdat de terra hac
optima quam tradidit vobis eo quod
preterieritis pactum domini dei ve
stri quod pepigit vobiscum: ⁊ seruie
ritis dijs alienis et adoraueritis eos.
Cito atq; velociter consurget in vos
furor domini et auferemini ab hac ter
ra optima quam tradidit vobis.

¶ C.S. De cõmemoratione bñficiorũ
dñi ⁊ federe populi ad dñm: de morte
iosue et sepultura ossium ioseph: de
morte eleazari. Capi. xxiiij. A



Ongregauitq; iosue oẽs Exhorta
tribus israel in sichẽ: ⁊ vo tio iosue
cauit maiores natu ac pnci senis ad is
pes ⁊ iudices ⁊ magistros: rael p lege
steteruntq; in ꝯspectu dñi: seruanda.
et ad populum sic locutus
est. Hec dicit dominꝰ de⁹ israel. Trans
fluuium habitauerũt patres vestri ab
initio thare pater abraam et nachor:
seruierũtq; dijs alienis. Tuli ergo pa
trem vestrum Abraam de mesopota
mie finibus et adduxi eũ in terrã cha
naan multiplicauiq; semẽ eius ⁊ dedi
ei isaac illiq; rursuꝫ dedi iacob ⁊ esau.
E qb⁹ esau dedi mõtẽ seir ad possidẽ
dum: iacob vero et filij eius descende Gen. 21. a.
rũt in egyptũ. Misiq; moysen ⁊ aarõ Gen. 25. c.
⁊ percussi egyptum multis signis atq; Exo. 4. g.
portẽtis: eduxiq; vos ⁊ patres vestros
de egypto ⁊ venistis ad mare: psecutiq;
sunt egyptij patres vestros cum curri
bus ⁊ equitatu vsq; ad mare rubrum.

B Clamauerunt aūt ad dñm filij israel q̄
Exo.14.c. posuit tenebras inter vos ⁊ egyptios:
⁊ adduxit sup eos mare ⁊ operuit eos.
Uiderunt oculi vestri cuncta q̄ in egy-
pto fecerim: et habitastis i solitudine
multo tpe: ⁊ introduxi vos in terram
amorrei qui habitabat trans iordanē.
Cum q̄ pugnarent contra vos: tradidi
eos in manus vestras: ⁊ possedistis ter
Nu.22.a. ram eorū atq̄ interfecistis eos. Surre
xit aūt balach filius sephor rex moab
et pugnauit contra israelem. Misitq̄
et vocauit balaam filium beor vt male
diceret vobis: et ego nolui audire eū:
sed ecōtrario per illū benedixi vobis:
C et liberaui vos de manu eius. Transi-
stisq̄ iordanē ⁊ venistis ab hierico: pu
gnaueruntq̄ contra vos viri ciuitatis
eius amorreus ⁊ pherezeus et chana-
neus et etheus et gergezeus et eueus ⁊
hiebuseus: et tradidi illos in manꝰ ve
Exo.23.d. stras. Misiq̄ āte vos scabrones ⁊ eie-
Deu.7.c. ci eos de locis suis duos reges amor-
reorꝫ nō in gladio ⁊ in arcu tuo: dediq̄
vobis terrā in qua nō laborastis ⁊ vr-
bes quas nō edificastis vt habitaretis
in eis: vineas ⁊ oliueta que nō planta
Exhorta- stis. Nunc ergo timete dnm ⁊ seruite ei
tio ad ser- perfecto corde atq̄ verissimo: ⁊ aufer-
uiedū dño. te deos qbus seruierūt patres vestri i
1.reg.7.a. mesopotamia et in egypto: ac seruite
Tob.14.d. dño. Si aūt malum vobis videtur vt
D dño seruiatis. optio vobis datur. Eli-
gite hodie qḋ placet cui seruire potis-
simum debeatis. vtrū diis qbus seruie
rūt patres vestri in mesopotamia: an
diis amorreorū in quorū terra habita
tis. Ego aūt et domus mea seruiemus
dño. Respōditq̄ populus ⁊ ait. Absit
a nobis vt relinquamus dñm ⁊ seruia
mus diis alienis. Dñs deus noster ipse
eduxit nos et patres nostros de terra
egypti: de domo seruitutis: fecitq̄ vi
dentibus nobis signa ingentia: ⁊ custo-
diuit nos in omni via per quā ambu-
lauimus: ⁊ in cūctis pplis p quos trā-
siuimꝰ: ⁊ eiecit vniuersas gētes amor-
reum habitatorē terre quā nos intra-
uimus. Seruiemus igitur dño: qz ipse
E est deus noster. Dixitq̄ iosue ad popu
lū. Nō poteritis seruire dño: deus eñ
sanctus ⁊ fortis emulator est: nec igno
scet sceleribꝰ vestris atq̄ peccatis. Si
dimiseritis dñm ⁊ seruieritis diis alie
nis cōuertet se ⁊ affliget vos atq̄ sub-
uertet: postq̄ vobis prestiterit bona.
Dixitq̄ pplus ad iosue. Nequaq̄ ita vt
loqueris erit. sz dño seruiemus. Et io-
sue ad pplm. Testes inquit vos estis:
quia ipsi elegeritis vobis dominum vt
seruiatis ei. Responderuntq̄. Testes.
Nunc ergo ait. Auferte deos alienos
de medio vestrū: et inclinate corda ve-
stra ad dñm deum israel. Dixitq̄ popu F
lus ad iosue. Domino deo nostro ser-
uiemus: ⁊ obedientes erimus preceptis
eius. Percussit ergo iosue i die illo fe-
dus: et pposuit populo precepta atq̄
indicia in sichem. Scripsit quoq̄ oīa De federe
verba hec in volumine legis domini: ⁊ populi ad
tulit lapidem pergrandem: posuitq̄ dm per
eum subter quercū que erat in sanctua iosue.
rio domini: et dixit ad omnē populū.
En lapis iste erit vobis in testimoniū
quod audieritis omnia verba domini
que locutus est vobis: ne forte postea
negare velitis et mentiri domino deo De morte
vestro. Dimisitq̄ populū singulos in iosue.
possessionē suam. Et post hec mortuus G
est iosue filius nun seruus domini: cen
tum et decem annorum: sepelieruntq̄
eū in finibus possessionis sue in thain
nathsare que est sita in mōte ephraim
a septentrionali parte montis gaas.
Seruiuitq̄ israel domino cūctis die-
bus iosue et seniorum qui longo vixe-
rant tempore post iosue: et qui noue-
rant omnia opera domini que fecerat 13.q.2.c.
in israel. Ossa quoq̄ ioseph que tule- Debitū.
rant filij israel de egypto sepelierunt
in sichem in parte agri quem emerat
iacob a filijs emor patris sichem cen-
tum nouellis ouibus: ⁊ fuit in posses-
sionem filiorū ioseph. Eleazar quoq̄
filius aaron mortuus est. et sepelierūt
eum in gabaath phinees filij eius: que
data est ei in monte ephraim.

¶ Explicit liber Josue.

¶ Incipit liber sophtim quem
nos iudicum appellamus.

¶ C.S. Josue mortuo iudas ↄstituitꝰ
dux belli cū quo symeon ascēdit cōtra
chananeū: de adonibezech: de terra tra
dita caleb: de irriguo duplici: de gēti-
bus cū israel sub tributo. Capi.j.
Post mortem

A Post mortem iosue
consuluerunt filii israel do
minum dicētes. Quis ascē
det ante nos cōtra chana-
neū: ⁊ erit dux belli. Dixit-
q; dñs. Iudas ascēdet ecce tradidi ter-
ram in manu eius. Et ait iudas symeo
ni fratri suo. Ascēde mecū i sortē meā
⁊ pugna cōtra chananeū: vt ⁊ ego pgā
tecū in sortē tuā. Et abiit cū eo symeō.
Ascenditq; iudas ⁊ tradidit dñs cha-
naneū ac pherezeū in manꝰ eoꝝ: ⁊ per-
cusserūt in bezech decē milia viroꝝ. In
ueneruntq; adonibezech i bezech: ⁊ pu
gnauerūt cōtra eū ac pcusserūt chana-
neū ⁊ pherezeū. Fugit aūt adonibezech
quē psecuti cōprehēderūt cesis summi-
tatibus manuū eius ac pedum. Dixitq;
B adonibezech. Septuaginta reges am-
putatis manuum ac pedum summita-
tibus colligebant sub mensa mea cibo
rum reliquias: sicut feci ita reddidit
mihi dominus. Adduxeruntq; eum in
hierusalem et ibi mortuus est. Oppu-
gnantes ergo filii iuda hierusalē cepe-
runt eam: ⁊ percusserunt in ore gladii
tradentes cunctam incendio ciuitatē.
Et postea descendentes pugnauerunt
contra chananeū qui habitabat in mō
tanis ⁊ ad meridiem in campestribus.
Pergensq; iudas contra chananeum
Als ✝ verꝰ qui habitabat in hebron: cuius nomen
erat. ✝ fuit antiquitus cariatharbe: pcussit
Ios.15.c. sesai ⁊ haimā ⁊ tholmai: atq; inde pro
Als ✝ id est fectꝰ abiit ad habitatores dabir: cuius
ciuitas lite nomē vetus erat cariathsepher: id est
rarū super ciuitas literarum. Dixitq; caleb. Qui
est in textu. percusserit cariathsepher ⁊ vastauerit
C eam: dabo ei axam filiam meam vxorē.
Cumq; cepisset eam othoniel filius ce-
I.para.2.f. nē frater caleb minor: dedit ei axam fi-
liam suam coniugem. Quā pergentem
in itinere monuit vir suus vt peteret a
patre suo agrum. Que cum suspirasset
sedēs in asino: dixit ei caleb. Quid ha-
bes? At illa respondit. Da mihi benedi
ctionem quia terram arentem dedisti
mihi: da ⁊ irriguam aquis. Dedit ergo
ei caleb irriguum superius ⁊ irriguum
inferius. Filii autē cinei cognati moysi
ascenderunt de ciuitate palmarū cum
filiis iuda in desertū sortis eius quod
est ad meridiem arath: ⁊ habitauerunt
D cum eo. Abiit autem iudas cum symeo
Ios.15.d. ne fratre suo: ⁊ percusserant simul cha
naneum qui habitabat in sephat: ⁊ in-
terfecerunt eum. Vocatumq; est nomē
vrbis horma: id est anathema. Cepitq;
iudas gazan cum finibus suis: ⁊ asca-
lonem atq; accaron cū terminis suis.
Fuitq; dominus cum iuda ⁊ montana
possedit: nec potuit delere habitatores
uallis: quia falcatis curribus abunda
bant. Dederuntq; caleb hebron. sicut
dixerat moyses qui deleuit ex ea tres fi
lios enach. Iebuseū autem habitato Ios.15.g.
rem hierusalem non deleuerunt filii 11.q.3.cap.
beniamin: habitauitq; iebuseus cum nolito.j.
filiis beniamin in hierusalem vsq; in
presentem diem. Domus quoq; ioseph E
ascendit in bethel: fuitq; dominus cū
eis. Nam cum obsiderent vrbem que
prius luza vocabatur viderunt homi-
nem egredientē de ciuitate: dixeruntq;
ad eum. Ostende nobis introitum ciui
tatis et faciemus tecum misericordiā.
Qui cum ostendisset eis percusserunt
vrbem in ore gladii: hominem autem
illum ⁊ omnem cognationem eius di-
miserunt. Qui dimissus abiit in terrā
ethim: ⁊ edificauit sibi ciuitatem voca
uitq; eam luzam que ita appellatur
vsq; in presentē diē. Manasses quoq; F
non deleuit bethsan ⁊ thanach cum vi-
culis suis ⁊ habitatores dor ⁊ ieblaam
et mageddo cum viculis suis: cepitq;
chananeus habitare cum eis. Postq;
autem confortatus est israel: fecit eos
tributarios ⁊ delere noluit. Ephraim
etiā non interfecit chananeum qui ha-
bitabat in gazer: sꝫ habitauit cū eo. Za-
bulon nō deleuit habitatores cethron
⁊ naalon: sed habitauit chananeus in
medio eius: factusq; est ei tributarius.
Aser quoq; non deleuit habitatores
accho ⁊ sidonis alab ⁊ achazib ⁊ alma ⁊
aphech ⁊ rooh. habitauitq; in medio
chananei habitatoris illius terre: nec
interfecit eū. Neptali quoq; nō deleuit G
habitatores bethsemes ⁊ bethanath: ⁊
habitauit inter chananeū habitatorē
terre fuerūtq; ei ✝ bethsemite ⁊ betha- Als ✝ beth
nite tributarii. Arctauitq; amorreus samite.
filios dan in monte nec dedit eis locū
vt ad planiora descēderēt habitauitq;
in mōte hares qd interpretatur testatio
in hailon ⁊ salabim. Et aggrauata est
manus domus ioseph: factusq; est ei tri
butarius. Fuit aūt terminꝰ amorrei ab
ascēsu scorpiōis petra ⁊ supiora loca.
¶ C.B. Mittitur angelus ad locū fle-
tum: peccat israel ⁊ traditur hostibus
⁊ penitet ⁊ liberatur Capi.ii.

A
Als. gal galgala.


Scenditq; angelus domini de galgalis ad locum flentiū et ait. Eduxi vos de egypto et introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris et pollicitus sum vt nō facerē irritū pactum meū vobiscū in sempiternum: ita dūtaxat vt nō feriretis fedus cū habitatoribus terre huius et aras eorū subuerteretis: et noluistis audire vocē meā. Cur hoc fecistis? quobrem nolui delere eos a facie vestra: vt habeatis hostes et dij eorū sint vobis in ruinā. Cūq; loqueretur angelus dñi hec verba ad oēs filios israel: eleuauerūt vocē suā et fleuerunt. Et vocatū est nomē loci illius locus flentiū siue lacrimarū: immolaueruntq; ibi hostias dño. Dimisit ergo iosue populū et abierunt filij israel vnusquisq; in possessionē suā vt obtinerēt eā seruieruntq; dño cūctis diebus eius et seniorū qui longo post eū vixerūt tpe: et nouerāt oīa opera dñi que fecerat cū israel. Mortuus est aūt iosue filius nū famulus dñi centū et decē annorū: et sepelierūt eū in finibus possessionis sue in thānathsare in mōte ephraim: a septētrionali plaga montis gaas. Oīsq; illa generatio cōgregata est ad patres suos: et surrexerūt alij qui nō nouerunt dñm et opera que fecerat cū israel. Feceruntq; filij israel malum in conspectu dñi et seruierunt baalim ac dimiserunt dñm deū patrum suorum qui eduxerat eos de terra egypti: et secuti sunt deos alienos deos quoq; populorū qui habitabant in circuitu eorū et adorauerūt eos: et ad iracūdiā concitauerunt dñm dimittentes eum et seruientes baal et astaroth. Iratusq; dñs cōtra israel: tradidit eos in manus diripientium qui ceperunt eos: et vendiderunt hostibus qui habitabāt per gyrū: nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quocūq; pergere voluissent manus dñi sup eos erat sicut locutus est et iurauit eis: et vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dñs iudices qui liberarēt eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt fornicātes cum dijs alienis et adorantes eos. Cito deseruerunt viam per quā ingressi fuerant patres eorum et audientes mandata dñi oīa fecere cōtraria. Cumq; dñs iudices suscitaret: in diebus eorum flectebatur misericordia: et audiebat afflictorū gemitus et liberabat eos de cede vastantiū. Postq̄ autem mortuus esset iudex reuertebantur et multo faciebant maiora q̄ fecerant patres eorum: sequētes deos alienos seruientesq; eis et adorātes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas: et viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusq; est furor domini in israel: et ait. Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorū et vocem meā audire contempsit: et ego nō delebo gētes quas dimisit iosue. et mortuus est vt in ipsis experiar israel vtrum custodiant viam domini et ambulēt in ea sicut custodierunt patres eorū an non. Dimisit ergo dominus omnes natiōes has et cito subuertere noluit nec tradidit in manus iosue.

Minos cretensibus leges dedit.

Jos. 7. d.

Linus thebeus optimus musicus.

Als. magna.

B
Amphion musicus claret.

J. 2. a. et 4. a. et 6. a.

Als. de dijs.

C
Zetus musicus āphionis fratris interfector.


D

Sachoma ro bint historicus insignis.

Als. vt.

Als. manibus.

¶ C. S. Nominanī gētes derelicte ad exercitādū isrl' sed et ipsi cū eis cōnubia iungūt: tradunī aūt israelite in man⁹ chusanrasathaim regis mesopotamie octo annis quos liberat othoniel: post hoc pmit eos eglon rex moab decem et octo annis q̄s liberat aioth: post hūc sangar filius anath defendit israel percutiens sexcentos vomere. Capitu. iij.


E sunt gentes quas dñs dereliquit vt erudiret in eis israelem et oēs qui nō nouerāt bella chananeorum: et postea discerent filij eorum certare cum hostibus: et habere consuetudinē pliādi quinq; satrapas philistinorū: oēmq; chananeū et sidoniū atq; eueum qui habitabat in mōte libano de monte baal hermon vsq; ad introitū emath. Dimisitq; eos vt in ipsis experiretur israelem: vtrum audirent mandata domini que preceperat patribus eorū per manū moysi an nō. Itaq; filij israel habitauerūt in medio chananei et ethei et amorrei et pherezei et euei et iebusei et duxerūt vxores filias eorū: ipsiq; filias suas filijs eorū tradiderūt: et seruierūt dijs eorū. Fecerūtq; malū i cōspectu dñi et obliti sunt dei sui: seruiētes baalim: et astaroth. Iratusq; contra israel dominus tradidit eos in man⁹ chusanrasathaim regis mesopotamie seruierūtq; ei octo annis. Et clamauerūt ad dominum qui suscitauit eis saluatorem: et liberauit eos othoniel videlicet filiū cenez fratrem caleb minorem: fuitq; in eo spiritus domini et iudicauit israel. Egressusq; est ad pugnam et tradidit dominus in manus ei⁹ chusan-

Als. habitabant.

23. q. 5. c. remittunī. §. fin. vss. per scientes.

B

rasathaim regem syrie: et oppressit eũ.
Quieuitqꝫ terra quadraginta annis: et
mortuus est othoniel filius cenẽ. Ad-
J.eodẽ. c.ã. diderunt autem filii israel facere ma-
eodem. lum in conspectu domini qui cõforta-
uit aduersum eos eglon regem moab:
quia fecerunt malũ in conspectu eius.
Phrigie re- Et copulauit ei filios ammon et ama-
gni sub tan lech: abiitqꝫ et percussit israel atqꝫ pos
talo princi- seditvrbem palmarum. Seruieruntqꝫ
pium. filii israel eglon regi moab decẽ et octo
annis: et postea clamauerunt ad domi-
num. Qui suscitauit eis saluatorem vo-
als. ✠ abod. cabulo ✠ aioth filium gera filii gemini
qui vtraqꝫ manu pro dextra vtebatur.
Miseruntqꝫ filii israel per illũ mune-
ra eglon regi moab. Qui fecit sibi gla-
dium ancipitem habentẽ in medio ca-
pulũ lõgitudinis palme manus et ac-
cinctus est eo subter sagum in dextro
C femore. Obtulitqꝫ munera eglon regi
moab: erat autẽ eglon crassus nimis.
Cũqꝫ obtulisset ei munera prosecutus
est socios qui cũ eo venerãt: et reuersus
de galgalis vbi erant idola: dixit ad re
Tantal⁹ co gẽ. Uerbum secretũ habeo ad te o rex.
rinthiorum Et ille imperauit silẽtium. Egressisqꝫ
rex claret. oibus qui circa eum erãt ingressus est
aioth ad eũ. Sedebat autem in estiuo
cenaculo solus: dixitqꝫ. Uerbũ dei ha-
beo ad te. Qui statim surrexit de thro-
als. ✠ abod. no. Extenditqꝫ ✠ aioth sinistram ma-
num et tulit sicã de dextro femore suo
infixitqꝫ eam in ventrem eius tã vali-
de vt capulus sequeretur ferrũ in vul-
nere: ac pinguissimo adipe stringeret.
Nec eduxit gladium: sed ita vt percus-
serat reliquit in corpore: statimqꝫ per
secreta nature: alui stercora prorupe-
als. ✠ abod. runt. ✠ Aioth autẽ clausis diligentissi
me ostiis cenaculi et obfirmatis sera p
Als ✠ post posticum ✠ egressus est. Seruiqꝫ regis
eum. ingressi viderunt clausas fores cenacu
D li atqꝫ dixerunt. Forsitan purgat aluũ
in estiuo cenaculo. Expectantesqꝫ diu
donec erubescerent: et videntes qđ nul-
lus aperiret tulerunt clauem et aperien
tes inuenerũt dominum suum in terra
als. ✠ abod. iacentẽ mortuum. ✠ Aioth autẽ dum
illi turbarentur effugit et pertransiit
locum idolorum vnde reuersus fuerat.
Pelops rex Uenitqꝫ in seirath: et statim insonuit
a quo pelo- buccina in monte ephraim descende-
ponesus p- runtqꝫ cum eo filii israel ipso in frõte
uicia nomẽ gradiente. Qui dixit ad eos. Sequimi
accepit. ni me. Tradidit enim dominus inimi-
cos nostros moabitas i manus nostras.

Descenderuntqꝫ post eum et occupaue-
runt vada iordanis que transmittunt
in moab: et non dimiserunt trãsire quẽ
q̃: sed percusserunt moabitas in tem-
pore illo circiter decẽ milia omnes ro-
bustos et fortes viros. Nullus eorum eua ã.eodem.
dere potuit. Humiliatusqꝫ est moab in
die illo sub manu israel et quieuit ter-
ra octoginta annis a pliis. Post hũc
fuit sangar fili⁹ ✠ anath qui percussit Alias ✠ fa-
de philistiim sexcẽtos viros vomere et naph.
ipse quoqꝫ defendit israel. Iliõ edifica
¶ Capitulũ Quartum. De delbora pro- tur a laome
phetissa et pugna barach contra sisarã donte rege.
ducẽ milicie iabin. Sisara a iabel vxo
re aber cinei occiditur. Capitulum. iiii.

Addideruntqꝫ filii israel fa- A
cere malum in conspectu do- ã. 2. b. et. 7.
mini post mortem aioth: et a. et. j. 6. a.
tradidit illos dominus in i. regũ. 2. b.
manus iabin regis chanaan 15. q. 2. §. i.
qui regnauit in asor: habuitqꝫ ducem l. ff. indicũ.
exercitus sui nomine sisaram. Ipse au in glo.
tem habitabat in aroseth gẽtium. Cla-
maueruntqꝫ filii israel ad dominum.
Nongentos eñ habebat falcatos cur-
rus et per viginti annos vehemẽter op
presserat eos. Erat autẽ delbora pro- Perse⁹ rex
phetis vxor lapidoth: q̃ iudicabat po claret. et ar-
pulũ in illo tẽpore: et sedebat sub pal- deã i italia
ma que nomine illius vocabatur in- vrbẽ condi
ter rama et bethel in monte ephraim: dit.
ascẽdebantqꝫ ad eam filii israel in om
ne iudicium. Que misit et vocauit ba-
rach filiũ abinoem de cedes neptalim.
Dixitqꝫ ad eũ. Precepit tibi dominus
deus israel. Uade descende et duc exer-
citum in montem thabor: tollesqꝫ te-
cum decem milia pugnatorum de filiis
neptalim et de filiis zabulon. Ego autẽ
adducã ad te in loco torrẽtis cison si-
saram principem exercitus iabin et cur
rus ei⁹ atqꝫ omnem multitudinem: et
tradã eos in manu tua. Dixitqꝫ ad eã
barach. Si venis mecũ vadã: si nolue-
ris venire mecum non pergam. Que di B
xit ad eum. Ibo quidem tecum: sed in fesulana tu
hac vice victoria nõ reputabit tibi: qr scie ciuitas
in manu mulieris tradet sisara. Sur- conditur.
rexit itaqꝫ delbora et perrexit cũ barach
in cedes. Qui accersitis zabulon et ne-
ptalim ascendit cum decem milib⁹ pu
gnatorum habẽs delboram in comita
tu suo. Aber autem cineus recesserat Sibilla sa-
quondã a ceteris cineis fratrib⁹ filiis mia claret.
suis obab cognati moysi: et ✠ tetende- Als ✠ teten
rat tabernacula vsqꝫ ad vallẽ q̃ vocat derant.

fennim τ erat iuxta cedes. Nunciatūq;
est sisare ꝙ ascendisset barach filius
abinoem in mōtem thabor cum delbo
ra: et congregauit nongētos falcatos
currus et omnē exercitū de aroseth gē
tium ad torrētem cison. Dixitq; delbo
ra ad barach. Surge hec est enim dies
in qua tradidit dñs sisaram in manus
tuas. En ipse ductor est tuus. Descēdit
itaq; barach de monte thabor et decē
C milia pugnatorū cum eo. Perterruitq;
dñs sisarā τ oēs curr⁹ ei⁹ vniuersamq;
multitudinem in ore gladij ad conspe
ctū barach: intantū vt sisara de curru
desiliēs pedibus fugeret τ barach pse
queret fugiētes currus τ exercitū vsq;
ad aroseth gentium et ois hostiū mul
titudo vsq; ad internitionem caderet.
Sisara autē fugiens peruenit ad ten
toriū iabel vxoris aber cinei. Erat au
tem pax inter iabin regē asor: et domū
aber cinei. Egressa igit̄ iabel in occur
sum sisare dixit ad eū. intra ad me dñe
mi ne timeas. Qui ingressus taberna
culū ei⁹ τ opert⁹ ab ea pallio: dixit ad
eā. Da mihi obsecro paululū aque: q2
sitio valde. Que aperuit vtrē lactis: et
dedit ei bibere: et operuit illū. Dixitq;
D sisara ad eam. Sta ante ostium taber
naculi: τ cū venerit aliquis interrogās
te et dicēs: nūquid hic est aliquis? Re
spondebis. Nullus est. Tulit itaq; ia
hel vxor aber clauum tabernaculi assu
mēs pariter τ malleum: τ ingressa ab
scondite τ cū silētio posuit supra tem
pus capitis eius clauum: percussumq;
malleo defixit in cerebrū vsq; ad terrā
qui soporē morti sociās defecit: τ mor
tuus est. Et ecce barach sequens sisarā
veniebat: egressaq; iabel in occursum
25. q. 5. §. fi. in fin. ei⁹ dixit ei. Ueni τ ostēdā tibi virū quē
queris. Qui cum intrasset ad eam: vi
dit sisaram iacentem mortuū: et clauū
infixum in tempore eius. Humiliauit
ergo de⁹ in die illo iabin regē chanaā
coram filijs israel qui crescebāt quoti
die et forti manu opprimebāt iabin re
gem chanaan: donec delerent eum.

¶ C. B. De cantico qđ cecinerūt delbo
ra et barach post victoriam. Cap. v.

B 

Cecineruntq; delbora τ ba
rach filius abinoem in illo
die dicētes. Qui sponte ob
tulistis de israel animas ve
stras ad periculum: benedi
cite domino. Audite reges aurib⁹ per
cipite principes. Ego sum ego sum que
domino canam: psallam domino deo
israel. Domine cū exires de seir: τ tran Herculeslo
sires per regiōes edom: terra mota est nis fili⁹ vir
celiq; ac nubes distillauerunt aquis. imēsi robo
Montes fluxerūt a facie dñi: et synai ris claret.
a facie dñi dei israel. In diebus sangar
filij + anath in dieb⁹ iabel quieuerunt Als + sa
semite τ q̄ ingrediebant̄ per eas ambu naph.
lauerunt p calles deuios. Cessauerunt
fortes in israel et quieuerūt donec sur
geret delbora: surgeret mater in israel.
Noua bella elegit dñs τ portas hostiū
ipse subuertit. Clipeus τ hasta + si ap B
paruerunt in q̄draginta milib⁹ israel. Als + supe
Cor meum diligit principes israel: qui est si.
propria volūtate obtulistis vos discri Als + ascē
mini: bñdicite dño. Qui + ascēditis su distis.
per nitētes + asinos et sedetis + supra Als + asi
in iudicio: τ ambulatis in via: loquimi nas.
ni. Ubi collisi sunt curr⁹ τ hostiū suffo Als + supe
catus est exercitus ibi narrētur iustitie est super vel
dñi: τ + clemētia in + fortes israel. Tūc supra.
descēdit popul⁹ dñi ad portas τ obti Als + iusti
nuit principatū. Surge surge delbora tia.
surge surge et loquere canticū. Surge Als + por
barach τ apprehēde captiuos tuos fi tis.
li abinoē. Saluate sunt reliquie ppli.
Dñs in fortib⁹ dimicauit. Ex ephraim
deleuit eos in amalech: τ post eū ex bē
iamin in populos tuos: o amalech. De
machir principes descenderūt: τ de za Fabule tem
bulon qui exercitū ducerent ad bellan pore primū
dum. Duces isachar fuere cū delbora inuente.
et barach vestigia sunt secuti: qui qua C
si in preceps: ac baratrum se discrimi
ni dedit. Diuiso contra se rubē: magna
nimorum reperta est contentio. Quare
habitas inter + duos terminos vt au Als + supe
dias sibilos gregū. Diuiso contra se ru est duos.
ben: magnanimorum reperta est con Als + vbi
tentio. + Galaad trans iordanē quie duos habe
scebat et dan vacabat nauibus. Aser tur tuos.
habitabat in littore maris τ in portu Als + gad.
bus morabatur: zabulon vero τ nepta
lim obtulerunt animas suas morti in
regione morome. Uenerunt reges τ pu Placentia
gnauerunt. Pugnauerunt reges cha conditur.
naan in thāne iuxta aquas mageddō τ
tamen nihil tulere predantes. De celo
dimicatum est contra eos stelle manen
tes in ordine τ cursu suo aduersus sisa
rā pugnauerūt. Torrēs cison traxit ca Manetus
dauera eorū: torrēs cadumim torrens egyptius
cison. Conculca anima mea robustos. historicus.
Ungule equorum ceciderunt fugienti
bus impetu: et p̄ p̄cepss ruētib⁹ fortissi
mis hostiū. Maledicite terre meroz

D

dixit angelus domini: maledicite habi-
tatoribꝰ eius: q2 nõ venerũt ad auxiliũ
dñi in adiutoriũ fortissimoꝝ eiꝰ. Bñdi-
cta inter mulieres iabel vxor aber cinei:
et benedicat̃ i tabernaculo suo. Aquã
petẽti lac dedit: ⁊ in phiala principum
obtulit butyrũ. ✝ Sinistrã manũ mi-
sit ad clauum: ⁊ dextrã ad fabroꝝ mal
leos: percussitq3 sisaram querens in ca
pite vulneri locum ⁊ tẽpus valide per-
forans: inter pedes eius ruit: defecit et
mortuus est. Uoluebat̃ ante pedes eiꝰ:
⁊ iacebat exanimis ⁊ miserabilis. Per
fenestram respiciens: vlulabat mater
eiꝰ: ⁊ de cenaculo loquebatur. Cur mo
ratur regredi currus eius quare tarda
uerunt pedes quadrigarũ illius? Una
sapientior ceteris vxoribus eius hec so
crui verba rñdit. Forsitã nunc diuidit
spolia: et pulcherrima feminarũ eligit̃
ei. Uestes diuersoꝝ colorũ sisare tradũ
tur in predã. ⁊ supellex varia adornan
da colla congerit̃. Sic pereãt omnes
inimici tui dñe: qui aũt diligũt te: sicut
sol i ortu suo splẽdet ita rutilẽt. Quie
uitq3 terra per quadraginta annos.

Leuiti. i. d. ✝ Sinistrã nõ ẽ de tex-tu sed addi-tũ ab inter-prete.

Hicꝰ rex pl le iudã pri-mus inuenit ⁊ piceuũ p-uinciaz a se uocauit.

¶ C.S. Israel a madian opprimitur de gedeone et sacrificio eiꝰ: de ara baal destructa: de signo dato in vellere.

Capitulum. vj.

A

S. 2. b. et. 3. a. ⁊. 4. a.

Fecerunt autẽ filij israel
malum in conspectu do
mini: qui tradidit illos
in manus madian septẽ
annis et oppssi sunt val
de ab eis. Feceruntq3 si-
bi antra et speluncas in
mõtibus ⁊ munitissima ad repugnan-
dum loca. Cumq3 seuisset israel ascẽde-
bat madian ⁊ amalech ceteriq3 oriẽta
lium nationum ⁊ apud eos figẽtes tẽ-
toria sicut erãt in herbis cuncta vasta
bant vsq3 ad introitum gaze: nihilq3
omnino ad vitam pertinens relinque-
bant in israel. Nõ oues: non boues: nõ
asinos. Ipsi enim: ⁊ vniuersi greges eo-
rum veniebant cum tabernaculis suis
et instar locustarum vniuersa comple-
bant: innumera multitudo hominum
et camelorum quicquid tetigerant de-
uastantes. Humiliatusq3 est israel val-
de in ꝯspectu madian. Et clamauit ad
dominum postulans auxilium contra
madianitas. Qui misit ad eos virum
prophetam ⁊ locutus est. Hec dicit do
minus deus israel. Ego vos feci cõscẽ
dere de egypto: et eduxi vos de domo

thirenꝰ ibi rene pascic et mari no-mẽ indidit.

B

Penestrina vrbs cõdit̃.

seruitutis: et liberaui de manu egyptio
rum et omniũ inimicorum qui affilge-
bant vos. Eieciq3 eos ad introitum ve
strũ ⁊ tradidi vobis terrã eoꝝ: et dixi.
Ego dñs deus vester. Ne timeatis deos
ammorreorũ in quorum terra habita-
tis. Et noluistis audire vocem meam.
Uenit autem ✝ angelus domini et se-
dit sub quercu que erat in ephra: ⁊ per-
tinebat ad ioas patrem familie ezri.
Cumq3 gedeon filius eiꝰ excuteret: atq3
purgaret frumenta in torculari vt fu-
geret madian apparuit ei angelus do-
mini et ait. Dominus tecum virorũ for
tissime. Dixitq3 ei gedeon. Obsecro mi
domine: si dñs nobiscum est: cur ergo
apprehenderũt nos hec oĩa? Ubi sunt
mirabilia eius que narrauerũt patres
nostri atq3 dixerunt de egypto eduxit
nos dñs? Nunc aũt dereliquit nos do-
minus et tradidit in ✝ manu madian.
Respexitq3 ad eum dñs ⁊ ait. Uade in
hac fortitudine tua et liberabis israel
de manu madiã. Scito ꝙ miserim te.
Qui respondens ait. Obsecro mi dñe
in ꝗ liberabo israel? Ecce familia mea
infima est in manasse: et ego minimus
in domo patris mei. Dixitq3 dñs. Ego
ero tecũ: ⁊ percuties madian quasi vnũ
virũ. Et ille. Si inueni inquit gratiaz
corã te da mihi signũ ꝙ tu sis ꝗ loque
ris ad me. Ne recedas hic donec reuer-
tar ad te portãs sacrificium ⁊ offerens
tibi. Qui rñdit. Ego prestolabor aduẽ
tum tuũ. Ingressus est itaq3 gedeon et
coxit hedũ et de farine modio azymos
panes: carnesq3 ponẽs i canistro et ius
carniũ mittẽs in ollã tulit omnia sub
quercu ⁊ obtulit ei. Cui dixit angelus
dñi. Tolle carnes et azymos panes et
pone supra petrã illã ⁊ ius desup fun-
de. Cumq3 fecisset ita: extẽdit angelus
domini summitatem virge quam tene-
bat in manu et tetigit carnes et panes
azymos: ascẽditq3 ignis de petra ⁊ car
nes azymosq3 panes ꝯsumpsit angelꝰ
aũt dñi euanuit ex oculis eiꝰ. Uidẽsq3
gedeõ ꝙ esset angelꝰ domini: ait. Heu
mi domine deus quia vidi angelum do
mini facie ad faciem. Dixitq3 ei domi-
nus. Pax tecũ. Ne timeas non morie-
ris. Edificauit ergo ibi gedeon altare
dño: vocauitq3 illud domini pax vsq3
in presentem diẽ. Cumq3 adhuc esset in
ephra ꝗ est familie ezri: nocte illa dixit
dominus ad eum. Tolle taurũ patris
tui: et alterum taurum annorum septẽ

Superest ✝ angelꝰ dñi q2 et supra positis sub intelligit̃.

C

Als ✝ ma-nibus. 1. regũ. 12. d.

D

Dicemarũ regni princi pium.

1. q. 1. c. cum scriptum.

E

Mercuriꝰ liricꝰ floret.

destruesq; arā baal que est patris tui:
et nemus quod circa aram est succide:
et edificabis altare dño deo tuo i sum-
mitate petre huius: super quam ante
sacrificium posuisti: tollesq; taurum
scđm et offeres holocaustū super struē
F lignoꝝ q̄ de nemore succideris. Assum-
ptis ergo gedeon decem viris de seruis
suis: fecit sicut preceperat ei dominus.
Timens autem domum patris sui et
homines illius ciuitatis: per diem no-
luit facere: sed omnia nocte cōpleuit.
Cumq; surrexissent viri oppidi ei⁹ ma-
ne: viderunt destructam aram baal lu-
cumq; succisum et taurum alterum im-
positum super altare quod tunc edifi-
Infra.15.b. catū erat. Dixeruntq; ad inuicē. Quis
hoc fecit? Cumq; perquirerēt auctorē
facti: dictum est: gedeon filius ioas fe-
cit hec oīa. Et dixerunt ad ioas. Pro-
duc filium tuū huc vt moriatur: quia
destruxit aram baal & succidit nemus.
Quibus ille respōdit. Nūquid vltores
estis baal vt pugnetis pro eo: q̄ aduer-
sarius est eius moriatur antequā lux cra-
Sibilla eri- stina veniat. Si deus est vindicet se de
threa. eo qui suffodit aram ei⁹. Ex illo die vo-
catus est gedeon hierobaal eo quod di-
xisset ioas vlciscatur se de eo baal qui
G suffodit aram eius. Igitur oīs madian
et amalech et orientales populi cōgre-
gati sunt simul et transeuntes iorda-
nem castrametati sunt in valle iezrael.
Spiritus autē domini induit gedeon:
qui clangens buccina conuocauit do-
mum abiezer vt sequeretur se. Misitq;
nuncios in vniuersum manassen: qui et
ipse secutus est eum. Et alios nuncios
in aser et zabulon et neptalim qui oc-
currerunt ei. Dixitq; gedeon ad dñm.
Si saluum facies per manū meā popu-
lum israel sicut locutus es: ponā hoc
vellus lane in area. Si ros in solo vel-
lere fuerit & in omni terra siccitas: sciā
q̄ p manū meā sicut locutus es: libera-
bis israel. Factūq; est ita. Et de nocte
consurgens expresso vellere conchā rore
impleuit. Dixitq; rursus ad dñm. Ne
irascat̄ furor tuus contra me si adhuc se-
mel tēptauero signum querēs in vellere
oro vt solū vellus siccū sit & oīs terra
rore madens. Fecitq; domin⁹ nocte il-
la vt postulauerat & fuit siccitas in so-
lo vellere: & ros in omni terra.

¶ C. S. De phatiōe populi ad aquas: de somnio narrato in castris madiā: & lagenis vacuis cōplosis: de lucernis in medio lampadarū & tubis: de oreb et zeb interfectis ab ephraim. Cap. vij.

Igitur hierobaal qui et B
gedeon de nocte cōsur-
gēs et omnis populus
cū eo venit ad fontem
qui vocatur arad. Erāt
autem castra madiā in
valle ad septētrionalē
plagam collis excelsi. Dixitq; domin⁹
ad gedeon. Multus tecum est popul⁹
nec tradetur madian in manus eius ne
glorietur cōtra me israel & dicat: meis vi-
rib⁹ liberatus sum. Loquere ad popu- Deut.20.b.
lum & cunctis audiētib⁹ predica. Qui 1.Mac.3.g
formidolosus & timidus est reuertat̄.
Recesseruntq; de mōte galaad & reuer-
si sunt ex populo viginti duo milia vi-
rorum et tantum decem milia remanse-
rūt. Dixitq; dominus ad gedeon. Ad-
huc populus multus est. Duc eos ad
aquas & ibi phabo illos: & de quo dixe-
ro tibi vt tecū vadat ipse pergat: quem
ire prohibuero: reuertatur. Cumq; de- B
scendisset populus ad aquas: dixit do-
min⁹ ad gedeon. Qui ÷ manu & lingua Ab ÷ usq; ÷
lambuerint aquas sicut solent canes est manu.
lambere separabis eos seorsum: qui au-
tem curuatis genib⁹ biberint in altera
parte erunt. Fuit itaq; numerus eorum
qui manu ad os proijciētes aquas lam-
buerāt trecenti viri: omnis autem reli-
qua multitudo flexo poplite biberat.
Et ait dominus ad gedeon. In trecen-
tis viris qui lambuerunt aquas libera-
bo vos & tradam in manu tua madiā:
Omnis autē reliqua multitudo reuer-
tatur in locum suum. Sumptis itaq; C
pro numero cibariis et tubis: omnem
reliquam multitudinem abire prece-
pit ad tabernacula sua: & ipse cum tre-
centis viris se certamini dedit. Castra
autem madian erant subter in valle.
Eadem nocte dixit dominus ad eum.
Surge et descende in castra: quia tra-
didi eos in manu tua. Sin autem so-
lus ire formidas descendat tecum pha-
ra puer tuus. Et cum audieris quid lo-
quantur: tunc confortabuntur manus
tue & securior ad ostium castra descen-
des. Descendit ergo ipse et phara puer
eius in partem castrorum vbi erāt ar-
matorum vigilie. Madian autem et D
amalech & omnes oriētales populi fu-
si iacebant in valle vt locustarum mul-
titudo. Cameli autem innumerabiles
erant sicut arena q̄ iacet in littore ma-

ris. Cūq; venisset gedeon narrabat ali
quis somnium proximo suo: et in hūc
modum referebat quod viderat. Uidi
somnium: τ videbatur mihi quasi sub
cinericius panis ex ordeo volui: τ in ca
stra madiā descendere. Cūq; peruenis
set ad tabernaculum: percussit illud
atq; subuertit τ terre funditus coequa
uit. Respondit is cui loquebatur. Nō est
hoc aliud nisi gladius gedeonis filij
ioas viri israelite. Tradidit enim dn̄s
in manus eius madian τ omnia castra
eius. Cumq; audisset gedeon somnium
et interpretationē eius: adorauit: et re
uersus est ad castra israel: et ait. Sur
gite tradidit enī dn̄s in manus nostras
castra madian. Diuisitq; trecentos vi
ros in tres partes τ dedit tubas in ma
nibus eorū lagenasq; vacuas ac lāpa
des in medio lagenarum. Et dixit ad
eos. Quod me facere videritis: hoc fa
cite. Ingrediar partem castrorū. Et qđ
fecero sectamini. Quādo personuerit
tuba in manu mea: vos quoq; per ca
strorū circuitum clangite τ cōclamate
domino τ gedeoni. Ingressusq; est ge
deō τ trecēti viri qui erāt cū eo in par
tem castrorum incipientibus vigilijs no
ctis medie: et custodibus suscitatis ce
perunt buccinis clangere: τ complode
re inter se lagenas. Cūq; per gyrū ca
strorū in tribus personarēt locis τ hy
drias confregissent: tenuerūt sinistris
manibus lampades et dextris sonan
tes tubas clamaueruntq;: gladius domi
ni τ gedeonis stātes singuli i loco suo
per circuitum castrorum hostiliū. Om
nia itaq; castra turbata sunt: et voci
ferantes: vlulantesq; fugerunt. Et ni
hilominus insistebant trecēti viri buc
cinis personātes. Immisitq; dominus
gladium in omnibus castris τ mutua
se cede trūcabāt fugiētes vsq; ad beth
seca τ crepidinem abelmeula in theb
bath. Conclamantes aūt viri israel de
neptalim τ aser τ omni manasse perse
quebantur madiā. Et dedit dominus vi
ctoriam populo israel in die illa. Mi
sitq; gedeon nuncios in omnē mōtem
ephraim dicēs. Descēdite in occursum
madian et occupate aquas vsq; beth
bera atq; iordanem. Clamauitq; ois
ephraim et preoccupauit aquas + atq;
iordanem vsq; bethbera. Apprehen
sosq; duos viros madiā: oreb τ zeb in
terfecit oreb in petra oreb: zeb vero in
torculari zeb. Et persecuti sunt madian

Margin notes (left column): Mars ios nis filius dei li deus a gē tibus appel latus claret. — E — J.9.f. Egeā mare ab egeo rege deno minatur. — F — Thebes regel filius claret. — G — Als + sup est atq; ior danem. — Esa.10.f. 23.q.5.§.

capita oreb et zeb portantes ad gedeō
trans fluenta iordanis.

¶ C. M. Uiri ephraim contra gedeon:
insurgūt zebee τ salmana occisis a ge
deone: de viris soccoth τ phanuel occi
sis: dantur gedeoni inaures: τ de septua
ginta filijs gedeonis: et de abimelech
nato de cōcubina: τ de morte gedeon.

Capitulum. viij.

nerũt philisthim in pugnam.
Egressus est naꝙ israel ob
uiam philisthim in bellũ: ꝛ cas
trametat⁹ est iuxta lapidem
adiutorij. Porro philisthim venerũt in
aphec: ꝛ instruxerũt aciē ↄtra isrl̃. Ini
to aũt certamine terga vertit isrl̃ phi
listeis: ꝛ cesi sunt i illo certamine pas
sim p agros quasi quatuor milia viro
rũ. Et reuersus est pp̃ls ad castra. Dixe
rũtꝙ maiores natu ad isrl̃. Quare per
cussit nos dñs hodie corã philisthim?
Afferam⁹ ad nos de silo arcam federis
dñi et veniat in mediũ nostri vt saluet
B nos de manu inimicorũ nostrorũ. Mi
sit ergo pp̃ls in silo et tulerũt inde ar
cam federis dñi exercituũ sedētis sup
cherubim. Erãtꝙ duo filij heli cũ arca
federis dñi ophni ꝛ phinees. Cũꝙ ve
nisset archa federis dñi in castra: voci
ferat⁹ est ois isrl̃ clamore grandi ꝛ ↄso
nuit terra. Et audierũt philisthim vocē
clamoris: dixerũtꝙ. Quenã est hec vox
clamoris magni i castris hebreorũ? Et
cognouerunt ꝙ arca dñi venisset in ca
stra. Timuerũtꝙ philisthim dicentes.
Uenit de⁹ in castra. Et ingemuerũt di
Al's ✝ ꝛ dixe cētes ✝. Ue nobis. Nõ em̃ fuit ta ta ex
runt. ultatio heri ꝛ nudiustertius. Ue nobis.
Quis nos saluabit de manu deorꝫ sub
limium istorꝫ? Hi sunt dij q̃ percusserunt
egyptũ oi plaga in deserto. Cõfortami
ni et estote viri philisthim ne seruiatis
Al's ✝ vobis hebreis sicut et illi seruierũt nobis ✝.
Cõfortamini ꝛ bellate. Pugnauerunt
ergo philisthim ꝛ cesus est isrl̃ et fugit
vnusq̃sꝙ in tabernaculũ suũ. Et facta
est plaga magna nimis: et ceciderũt de
isrl̃ triginta milia peditum: ꝛ arca dei
capta est. Duo q̃ filij heli mortui sunt C
ophni ꝛ phinees. Currēs aũt vir de bē 2. Reg. i. a.
iamin ex acie venit in silo in die illa:
scissa veste ꝛ cõspersus puluere caput.
Cũꝙ ille venisset: heli sedebat sup sel
lã ↄ viã expectãs. Erat em̃ cor eius pa
uēs p arca dñi. Uir autē ille postq̃ in
gressus est nũciauit vrbi: ꝛ vlulauit ois
ciuitas. Et audiuit heli sonitũ clamo
ris: dixitꝙ. Quis est hic sonitus tumul
tus hui⁹? At ille festinauit ꝛ venit ꝛ nũ s. 3. a.
ciauit heli. Heli aũt erat nonaginta et
octo annorꝫ: ꝛ oculi ei⁹ caligauerãt ꝛ vi
dere nõ poterat. Et dixit ad heli. Ego
sum q̃ veni de plio: ꝛ ego q̃ de acie fugi
hodie. Cui ille ait. Quid actum est fili
mi? Rñdēs autē ille q̃ nũciabat. Fugit
inq̃t isrl̃ corã philisthim ꝛ ruina magna
facta est in pp̃lo. Insup et duo filij tui s. 2. b.
mortui sunt ophni et phinees et arca
dei capta est. Cũꝙ ille noiasset arcam
dei: cecidit de sella retrorsum iuxta
ostiũ: ꝛ fractis ceruicib⁹ mortu⁹ ē. Se
nex em̃ erat vir ꝛ grãdeuus: et ipē iudi
cauit isrl̃ q̃draginta annis. Nur⁹ autē D
ei⁹ vxor phinees pregnãs erat vicinaꝙ 1. q. 4. §. itē
partui: ꝛ audito nuncio ꝙ capta esset pctõ. ʒ. itē
arca dei: et mortuus esset socer suus et pctõ filiorꝫ
vir suus: incuruauit se ꝛ peperit. Irrue heli.
rãt em̃ in eã dolores subiti. In ipo aũt 37. dist. c. le
momēto mortis ei⁹ dixerũt ei q̃ stabãt gant.
circa eã. Ne timeas qr̃ filiũ peperisti: q̃ 47. di. §. ne
non respondit eis neꝙ aiaduertit. Et cesse. de ijs
vocauit puerũ icaboth ✝ dicēs. Trãsla mo. c. licet
ta est gloria dñi de israel: quia capta heli.
est arca dei. Et pro socero suo ꝛ pro vi 23. q. 3. §. 1.
ro suo ait. Translata est gloria dei ab ibi. iudei
israel eo ꝙ capta esset arca dei. capti.
¶ C. B. Arca domini iuxta dagon col Al's ✝ ica
locatur: dagon ante arcam cadēs pro bod.
sternitur. Iterumꝙ cadēs caput ꝛ ma 2. q. 5. c. re
nus eius abscinduntur: flagellant phi mittunt. et
listhim in secretiori parte natium: quia c. se. in fi.
arca detinetur: alij moriuntur. 2. q. 1. §. itē

Capitulum. v. ab aliquo.


Hilisthim aũt tulerũt arcã A
dei ꝛ asportauerunt eã a la
pide adiutorij in azotum.
Tuleruntꝙ philisthim arcã
dei: et intulerũt eã in tēplũ
dagõ: ꝛ statuerũt eã iuxta dagon. Cũꝙ
surrexissent diluculo azotij altera die:
ecce dagõ iacebat pnus i terra añ arcã

dñi. Et tulerūt dagō ꝛ restituerūt eum i locū suū. Rursumq; mane die altera cōsurgētes inuenerūt dagō iacētē sup B faciē suam in terra corā arca dñi. Caput aūt dagō et due palme manuū ei⁹ abscise erant sup limen. Porro dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hāc cām nō calcant sacerdotes dagō: ꝛ oēs q̄ ingrediunt̄ tēplū ei⁹ sup limē dagō i azoto vsq; i hodiernū ps. 77. diē. Aggrauata est aūt manus dñi sup azotios: et demolitus est eos. Et pcussit in secretiori parte natiū azotū et fines ei⁹. Et ebullierūt ville ꝛ agri i medio regionis illius: ꝛ nati sunt mures: Al's ✝ azoti. et facta est cōfusio mortis magna in ciuitate. Uidētes aūt viri azoth ✝ huius C cemodi plagā dixerūt. Nō maneat arca dei israel apud nos: qm̄ dura est manus eius sup nos ꝛ sup dagō deū nr̄m. Et mittētes congregauerūt oēs satrapas philistinorū ad se: ꝛ dixerūt. Quid s. 6. a. faciemus de arca dei israel? R̄nderunt gethei. Circūducat arca dei isrl̄. ꝛ circūduxerūt arcā dei israel. Illis aūt circūducentib⁹ eā fiebat manus dñi dei p singulas ciuitates interfectionis magne nimis: ꝛ pcutiebat viros vniuscuiusq; vrbis a paruo vsq; ad maiorē: et cōputrescebāt pminētes extales eoꝝ. D Inierūtq; gethei cōsiliū: et fecerūt sibi sedes pelliceas. Miserūt ergo arcā dñi in accaron. Cūq; venisset arca dñi dei in accaron: exclamauerunt accaronite dicentes. Adduxerūt ad nos arcā dei israel vt iterficiat nos et ppl'm nr̄m. Miserūt itaq; ꝛ cōgregauerūt oēs satrapas philistinoꝝ. Qui dixerunt. Dimittite arcā dei israel ꝛ reuertat̄ i locum suū vt nō interficiat nos cū pplo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus et grauissima valde manus dñi dei. Uiri quoq; qui mortui non fuerāt percutiebantur in secretiori parte natium: ꝛ ascendebat vlulat⁹ vniuscuiusq; ciuitatis in celum.

¶ C. S. De remissione arce cum muneribus: de vaccis ducētib⁹ plaustrū ꝛ vitulis earum domi relictis: bethsamite quia vident arcam percutiuntur: nuncios mittunt in cariathiarim. Cap. vj.

B Al's ✝ philisthim. Fuit ergo arca dñi in regiōe philistinoꝝ ✝ septē mēsib⁹. Et post hec vocauerūt philisthim sacerdotes et diuinos dicētes. Quid faciem⁹ s. 5. a. de arca dei? Indicate nobis quō remittamus eam in locū suū. Qui dixerunt. Si remittitis arcā dei israel nolite dimittere eam vacuā: sed quod debetis reddite ei p peccato: et tūc curabimini et scietis quare non recedat manus ei⁹ a vobis. Qui dixerunt. Quid est qd̄ p delicto reddere debeamus ei? Responderūtq; illi. Iuxta numerū prouinciarū philistinorū quinq; anos aureos facietis et quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit oibus vobis et satrapis vr̄is. Facietisq; similitudines ✝ Al's ✝ similitudinem. B anoꝝ vestroꝝ ꝛ similitudines ✝ muriū qui demoliti sunt terrā: ꝛ dabitis deo israel gloriā si forte releuet manū suā a vobis: et a diis vr̄is et a terra vestra. Quare aggrauatis corda vr̄a sicut aggrauauit egyptus et pharao cor suum. Exo. 12. c. Nōne postq̄ percussus est tunc dimisit eos ꝛ abierūt? Nūc ergo arripite ꝛ facite plaustrum nouum vnū: ꝛ duas vaccas fetas quibus nō est impositum iugum iungite in plaustro ꝛ recludite vitulos earū domi. Tolletisq; arcam domini ꝛ ponetis in plaustro et vasa aurea que exoluistis ei pro delicto ponetis in capsellam ad latus eius: ꝛ dimittite eā vt vadat ꝛ aspicietis. Et si quidem p viā finiū suorū ascenderit cōtra bethsames ipse fecit nobis hoc malum grāde: sin autē minime scient⁹ quia nequaq̄ manus eius tetigit nos: sed casu accidit. C Fecerūt ergo illi hoc modo: et tollentes duas vaccas que lactabāt vitulos iūxerūt ad plaustrū vitulosq; earū cōcluserūt domi. Et posuerūt arcam dei sup plaustrū: et capsellā q̄ habebat mures aureos et similitudinem anoꝝ. Ibāt autē in directū vacce p viā que ducit bethsames ꝛ itinere vno gradiebant̄: pergētes ꝛ mugiētes ꝛ nō declinabāt neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Sed ꝛ satrape philisthim sequebantur vsq; ad terminos bethsames. Porro bethsamite metebāt triticū in valle. Et eleuantes oculos viderūt arcā: ꝛ gauisi sunt cū vidissent. Et plaustrū venit in agrū iosue bethsamite: et stetit ibi. Erat autē ibi lapis magnus et sciderūt ligna plaustri: vaccasq; imposuerunt sup ea holocaustū domino. Leuite aūt deposuerūt arcam dei ꝛ capsellā que erat iuxta eam in qua erant vasa aurea: ꝛ posuerūt sup lapidē grādem. D Uiri autem bethsamite obtulerunt holocausta: ꝛ immolauerūt victimas in die illa dño. Et quinq; satrape

philistinorũ viderũt: et reuersi sunt in accaron in die illa. Hi sunt autẽ ani aurei quos reddiderũt philisthiim pro delicto dño. Azotus vnũ: gaza vnũ: ascalon vnũ: geth vnũ: accaron vnum: et mures aureos scdm numerũ vrbium philisthiim quinq3 prouinciarum ab vrbe murata vsq3 ad villã q̃ erat absq3 muro: et vsq3 ad abel magnũ sup quẽ posuerũt arcã dñi q̃ erat vsq3 in die illa in agro iosue bethsamitis. Percussit autẽ dñs de viris bethsamitibus: eo q̃ vidissent arcã dñi: et percussit de pplo septuaginta viros et quinquaginta milia plebis. Luxitq3 pplus eo q̃ dñs percussisset plebẽ plaga magna. Et dixerunt viri bethsamitę. Quis poterit stare in conspectu dñi dei sancti huius? Et ad quẽ ascendet a nobis? Miserũtq3 nũcios ad habitatores cariathiarim dicentes. Reduxerunt philisthiim arcã dñi: descẽdite et reducite eam ad vos.

¶ C.S. De transitu arce in cariathiarim: de federe populi ad dñm iudicio samuelis q̃ iudicauit populũ: de oblatiõe samuelis: et de humilitate philisthiim et pace israel. Capitulum. vij.

A Venerũt ergo viri cariathiarim: et reduxerũt arcã dñi: et intulerunt eã in domũ + aminadab in gabaa. Eleazarũ autẽ filiũ eius sanctificauerunt vt custodiret arcam domini. Et factum est ex qua die mansit arca domini cariathiarim multiplicati sunt dies. Erat quippe iã annus vicesimus. Et requieuit omnis domus israel post dominum. Ait autem samuel ad vniuersam domũ israel dicens. Si in toto corde vestro reuertimini ad dñm: auferte deos alienos de medio vestri + baalim et astaroth: et
B preparate corda vestra domino: et seruite ei soli: et eruet vos de manu philisthiim. Abstulerunt ergo filij israel baalim et astaroth: et seruierunt domino soli. Dixit autem samuel. Congregate vniuersum israel in masphat: vt orem pro vobis dñm. Et cõuenerũt in masphat. Hauserũtq3 aquã et effuderunt in conspectu dñi: et ieiunauerũt in die illa atq3 dixerunt. Tibi peccauimus domine +. Iudicauitq3 samuel filios isrl in masphat. Et audierunt philisthiim qđ congregati essent filij israel in masphat: et ascenderũt satrape philisthinorum ad israel. Quod cum audissent filij israel: timuerunt a facie philisthinorum. Dixerũtq3 ad samuelem. Ne cesses pro nobis clamare ad dñm deũ nostrũ vt saluet nos de manu philisthinorum. Tulit aũt samuel agnũ lactẽtem vnũ: et obtulit illũ holocaustũ integrũ dño. Et clamauit samuel ad dñm pro
C isrl: et exaudiuit eũ dñs. Factũ est autẽ cũ samuel offerret holocaustũ dño philisthiim inire preliũ cõtra israel. Intonuit aũt dñs fragore magno in die illa super philisthiim et exterruit eos et cesi sunt a filijs israel. Egressiq3 filij israel de masphat: psecuti sunt philisteos et percusserunt eos vsq3 ad locũ qui erat subter bethchar. Tulit autẽ samuel lapidem vnum et posuit eum inter masphat et inter sen: et vocauit nomen loci illius lapis adiutorij. Dixitq3. Huc
D vsq3 auxiliatus est nobis dñs. Et humiliati sunt philisthiim nec apposuerũt vltra vt venirẽt i terminos israel. Facta est itaq3 manus dñi super philisteos cunctis diebus samuelis: et reddite sunt vrbes quas tulerant philisthiim ab israel israeli: ab accaron vsq3 geth et terminos suos. Liberauitq3 isrl de manu philisthinorum: eratq3 pax inter israel et amorreum. Iudicabat quoq3 samuel israel cunctis diebus vite sue: et ibat p singulos annos circuiens bethel et galgala et masphat: et iudicabat israelem in supradictis locis. Reuertebaturq3 in ramatha: ibi enim erat domus eius: et ibi iudicabat israelẽ. Edificauit etiam ibi altare dño.

¶ C.S. De filijs samuelis q̃ declinãt ad auariciam: et populus petijt regẽ quibus ius regis predicitur.

Capitulum. viij.

A Factũ est autẽ cũ senuisset samuel: posuit filios suos iudices sup isrl. Fuitq3 nomẽ filij eius primogeniti iohel: et nomẽ secũdi abia iudicũ i bersabee. Et nõ ãbulauerũt filij illius in vijs eius: sz declinauerũt post auariciã: acceperũtq3 munera et puerterunt iudiciũ. Cõgregati ergo vniuersi maiores natu isrl venerũt ad samuelẽ in ramatha: dixeruntq3 ei. Ecce tu senuisti: et filij tui non ambulant in vijs tuis. Constitue nobis regẽ vt iudicet nos: sicut et vniuerse habẽt nationes. Displicuitq3 sermo i oculis samuelis eo q̃ dixissent: da nobis regẽ vt iudicet nos. Et orauit samuel ad do B

Marginalia: A | al's + domo | Ios. 24. c. | Al's + vestrum. | B | al's + dño. | C Eccl. 46. d. | D Adlegia ciuitas pdif. | Anchona ciuitas cõditur. | A | 35. dis. c. ab exordio. in glo. | Osee. 13. c.

minū. Dixit autē dñs ad samuelē. Audi vocem populi in oibus que loquūtur tibi. Non enī te abiecerunt sȝ me: ne regnē super eos. Iuxta omnia opera sua que fecerūt a die qua eduxi eos de egypto vsqȝ ad diem hanc: sicut dereliquerunt me: et seruierūt dijs alienis: sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorū audi. Verūtamen contestare eos ꝛ predic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaqȝ samuel omnia verba domini ad populum qui petierat ✝ a se regem: et ait. Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet et ponet in curribus suis: facietqȝ sibi equites et precursores quadrigarum suarum: et constituet sibi tribunos et cēturiones: ꝛ aratores agrorum suorum: et messores segetum: et fabros armorum et curruum suorū. Filias quoqȝ vestras faciet sibi vnguentarias et focarias et panificas. Agros quoqȝ vestros et vineas et oliueta optima tollet: et dabit seruis suis. Sed et segetes vestras et vinearū reditus addecimabit vt det eunuchis ꝛ famulis suis. Seruos etiam vestros et ancillas et iuuenes optimos et asinos auferet et ponet in opere suo. Greges quoqȝ vestros addecimabit: vosqȝ eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quē elegistis vobis: ꝛ non exaudiet vos dominus in die illa: quia petistis vobis regem ✝. Noluit autem populus audire vocem samuelis ✝ sed dixerunt. Nequaqȝ. Rex enim erit super nos et erimus nos quoqȝ sicut oēs gentes: ꝛ iudicabit nos rex noster: et egredietur ante nos ac pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit samuel omnia verba populi: et locutꝰ est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad samuelem. Audi vocem eorum et cōstitue super eos regem. Et ait samuel ad viros israel. Vadat vnusquisqȝ in ciuitatem suam.

Als ✝ poposcerant vel petierunt. C

D Als ✝ deficit i die ista Als ✝ samuel. j.10.c.

¶ Capituli Sūmarium. De saule et inquisitione asinarum: ꝛ de aductu eius ad samuelē: de armo dextro dato sauli in conuiuio samuelis. Capi. ix.



Et erat vir de beniamin nomine cis filius abiel: filij seor ✝ filij bechor ✝ filij sarech: filij alphia: filij viri iemini fortis robore. Et erat ei filiꝰ vocabulo saul electus: et bonus: et non erat vir de filijs israel melior illo. Ab humero et sursum eminebat super omnē populum.

B Als ✝ seon Als ✝ becorath.

1.pa.8.a. j.10.c.

Perierāt aūt asine cis patris saul. Et dixit cis ad saul filiū suū. Tolle tecum vnum de pueris: et consurgēs vade et quere asinas. Qui cum transissent per montem ephraim et per terram salisa et non inuenissent: transierunt etiam per terram salim et nō erāt: sed et per terram iemini: et minime repererunt. Cum autem venissent in terram suph et nō inuenissent: dixit saul ad puerum qui erat cū eo. Veni et reuertamur ne forte dimiserit pater meus asinas et sollicitus sit ꝓ nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei est in ciuitate hac vir nobilis: omne quod loquitur sine ambiguitate venit. Nūc ergo eamus illuc si forte indicet nobis de via nostra ꝓpter quam venimus. Dixitqȝ saul ad puerū suum. Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei ✝? Panis defecit in sitarchijs nris: et sportulam non habemus vt demus homini dei: nec quicqȝ aliud. Rursum puer respondit sauli et ait. Ecce inuēta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini dei vt indicet nobis viā nostram. Olim in israel sic loquebatur vnusquisqȝ vadens consulere deum. Venite et eamus ad vidētem. Qui enī propheta dicitur hodie: vocabatur olim videns. Et dixit saul ad puerum suū. Optimus sermo tuus. Veni eamus. Et ierunt in ciuitatē in qua erat vir dei. Cūqȝ ascenderent cliuum ciuitatis inuenerūt puellas egredientes ad hauriendam aquā et dixerunt eis. Nū hic est videns? Que respōdentes dixerunt illis. Hic est. Ecce ante te festina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem: quia sacrificium est hodie populi i excelso. Ingredietes vrbē statim inuenietis eum anteqȝ ascendat excelsum ad vescēdum. Neqȝ enim comesturus est populus donec ille veniet: quia ipse benedicet hostie: et deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite: quia hodie reperietis eū. Et ascenderunt in ciuitatē. Cumqȝ illi ambularent in medio vrbis: apparuit samuel egrediens obuiam eis vt ascēderet in excelsum. Dñs autē reuelauerat auriculā samuelis ante vnū diē qȝ veniret saul dicens. Hac ipsa hora que nunc est cras mittā virū ad te de terra beniamin: et vnges eū ducē sup ꝑplm meū israel. Et saluabit populū meum

Als ✝ supple est dei.

B 1.q.1.c. indices.

3.reg.2.f. et.18.d.

C

de manu philistinoꝝ: q: respexi pplm
meū. Venit em̄ clamor eoꝝ ad me. Cum
qꝫ aspexisset samuel saulem dn̄s dixit
ei. Ecce vir quē dixerā tibi: iste dn̄abit
pplo meo. Accessit aūt saul ad samue-
lē in medio porte ⁊ ait. Indica oro mi
bi vbi est domus videntis? Et r̄ndit sa
muel sauli dicēs. Ego sum vidēs. Ascē
Als. ✝ comedetis. de ante me in excelsum vt comedas ✝
mecum hodie: ⁊ dimittam te mane: et
oīa que sunt in corde tuo indicabo ti-
bi. Et de asinis quas nudiustertius p-
didisti ne sollicitus sis: q: inuēte sunt.
Et cuius erūt optima queqꝫ isrl̄: nōne
Als. ✝ super est omni. tibi ⁊ oi ✝ domui patris tui? Respon-
dit aūt saul ⁊ ait. Nūquid nō filius ie-
D mini ego sum de minima tribu israel:
et cognatio mea nouissima īter oēs fa
milias de tribu beniamin. Quare ergo
locut⁹ es mihi sermonē istū? Assumēs
itaqꝫ samuel saulē ⁊ puerū eius intro-
duxit eos in tricliniū: et dedit eis lo-
cum in capite coꝝ qui fuerāt inuitati.
1.q.1.c. iudices. Erant em̄ quasi triginta viri. Dixitqꝫ sa
muel coco. Da partē quā dedi tibi et p̄
44. disti. c. quando. 1. cepi vt reponeres seorsum apud te. Le
Ar. de sacr. uauit aūt cocus armum et posuit ante
vnct. c. vnico. saul. Dixit samuel. Ecce qđ remāsit po
ne ante te et comede: q: de īdustria ser
uatū est tibi qñ populū vocaui. Et co-
medit saul cū samuele in die illa: ⁊ de-
✝ Hebrei non habēt straruitqꝫ saul in solario ⁊ dormiuit. sed greci addunt. scēderūt de excelso in oppidū: ⁊ locu-
tus ē cū saule ī solario strauitqꝫ ✝ saul
in solario et dormiuit. Cūqꝫ mane sur
rexissent et iā dies luceret: vocauit sa-
muel saulē in solario dicēs. Surge et
dimittā te: et surrexit saul. Egressiqꝫ
sunt ambo: ipse vꝫ et samuel. Cūqꝫ de-
scenderent in extrema parte ciuitatis
samuel dixit ad saul. Dic puero vt an-
tecedat nos et trāseat. Tu aūt subsiste
paulisper vt indicem tibi verbū dn̄i.

¶ C. X. De vnctione saulis in regem: ⁊ signis datis sibi: et precepto expecta-
tionis: et de pphetatione saulis: et de
confirmatione regni eius: populi sor-
te in masphat. Capitu. x.

B

j.16.c. Ulit aūt samuel lenticulā
78. dist. c. 1. in ver. exē-plo. in glo. olei: ⁊ effudit super caput
eius et deosculatus est eū:
et ait. Ecce vnxit te dn̄s su
per hereditatē suā in prin
cipem: et liberabis pplm
suū de manibus inimicorū eius qui in
2.q.7. §. itē obiicitur. circūitu ei⁹ sunt. Et hoc tibi signū: q:
vnxit te dn̄s in p̄ncipem. Cūqꝫ abieris
1.q.1.c. sam hodie a me: inuenies duos viros iuxta

sepulchrū rachel ī finib⁹ beniamin in cēd. et. c. do
meridie: salientes magnas foueas: di- minus. 7. c.
centqꝫ tibi. Inuēte sunt asine ad quas pphetans se. n. 2. g.
ieras pquirēdas: et intermissis pater
tuus asinis sollicitus est p vobis et di Lacedemo
cit. Quid faciā de filio meo? Cūqꝫ abie niorum re-
ris inde et vltra trāsieris ⁊ veneris ad gnum orit.
quercū thabor: inuenient te ibi tres viri Corinthio
ascendētes ad deū in bethel vnus por- rum regnū
tās tres hedos: et alius tres tortas pa oritur.
nis: et alius portans lagenā vini. Cūqꝫ
te salutauerint: dabūt tibi duos panes
et accipies de manu eorum. Post hec
venies in collem domini vbi est statio
philistinorum. Et cū ingressus fueris B
ibi vrbem obuium habebis gregem p-
phetarum descēdentium de excelso: et
ante eos psalteriū et tympanū ⁊ tybiā
et citharam: ipsosqꝫ pphetātes: et insi-
liet in te spūs dn̄i et pphetabis cū eis:
et mutaberis ī virū aliū. Qñ ergo eue-
nerint signa hec omnia tibi: fac quecūqꝫ Tarentum
inuenerit manus tua: q: dominus tecū ciuitas a
est. Et descendes ante me in galgala. troianis fū
Ego quippe descendā ad te vt offeras datur.
oblationem: ⁊ immoles victimas paci
ficas. Septem diebus expectabis do- j. 13. b.
nec veniam ad te: ⁊ ostendam tibi qđ
facias. Itaqꝫ cū auertisset humerū suū
vt abiret a samuele: īmutauit ei deus
cor aliud: ⁊ venerūt oīa signa hec in die
illa. Veneruntqꝫ ad p̄dictū collē: ⁊ ecce
cuneus prophetarum obuius ei. Et in j. 11. b.
siluit super eum spiritus domini: ⁊ p-
phetauit in medio eorum. Vidētes au
tem omnes qui nouerant eum heri et C
nudiustertius qđ esset cum pphetis ⁊ j. 19. d.
pphetaret: dixerunt ad inuicē. Quenā Als. ✝ in pphetis.
res accidit filio cis? Num ⁊ Saul inter
pphetas ✝? R̄nditqꝫ ali⁹ ad alterū di- Als. ✝ quis
cens. Et cis ✝ pater eius ✝. Propterea Als. ✝ eorū
versum est in prouerbium: Num ⁊ saul
inter prophetas? Cessauit autem pro- Pisarum ci
phetare et venit ad excelsum. Dixitqꝫ uitas a gre
patru⁹ saul ad eū ⁊ ad puerū ei⁹. Quo cis condit.
abiistis? Qui r̄nderūt. Querere asinas. Turonēs.
Quas cū nō repperissemus venim⁹ ad ciuitas a
Samuelē. Et dixit ei patruus su⁹. In- bruto con
dica mihi qđ dixerit tibi samuel? Et ditur.
ait saul ad patruū suū. Indicauit no-
bis q: inuente essent asine. De sermone
autē regni nō indicauit ei quē locutus
fuerat ei samuel. Et cōuocauit samuel
populū ad dn̄m in masphat ✝: ⁊ ait ad Als. ✝ maspha.
filios israel. Hec dicit domin⁹ deus is
rael. Ego eduxi israel de egypto: ⁊ erui
vos de manu egyptiorum et de manu
omnium

oīm regū q̄ affligebāt vos. Uos autem
hodie piecistis dn̄m deū vr̄m q̄ solus
saluauit vos d̄ vniuersis malis ꝛ tribu
3.R.6. et.3. 12.c. lationib⁹ vr̄is: ꝛ dixistis. Nequaꝗ̄: sed
regē cōstitue sup nos. Nūc ḡ state corā
dn̄o p trib⁹ vr̄as ꝛ p familias. Et ap-
plicuit samuel oēs trib⁹ isrl̄: ꝛ cecidit
sors sup tribū beniamin. Et applicuit
tribū bēiamin ꝛ cognatiōes ei⁹: ꝛ ceci-
D dit sors sup cognationē methri: ꝛ pue-
nit vsq; ad saul filiū cis. Quesierūt ḡ eū
3.7.a. ꝛ nō est inuēt⁹ illic. Et cōsuluerūt post
hec dn̄m vtrū nam venturus esset illuc.
Rn̄ditq; dn̄s. Ecce abscōditus est do-
mi. Cucurrerūt itaq; ꝛ tulerūt eū inde:
stetitq; in medio populi et altior fuit
vniuerso populo ab humero ꝛ sursū.
Et ait samuel ad oēm pplm. Certe vi-
detis quē elegit dn̄s qm̄ nō sit similis
illi in oī pplo. Et clamauit oīs ppls ꝛ
ait. Uiuat rex. Locutus est aūt samuel
ad pplm legē regni: ꝛ scripsit in libro:
et reposuit corā dn̄o: ꝛ dimisit samuel
oēm pplm singulos in domū suā. Sed
et saul abijt in domū suā in gabaa. Et
abijt cū eo pars exercitus quoꝝ tetige-
rat deus corda. Filij ṽo belial dixerūt.
Nū saluare nos poterit iste? Et despe-
xerunt eum ꝛ nō attulerūt ei munera.
Ille vero dissimulabat se audire.

¶ C.S. De naas obsidēte iabes gala-
ad: de victoria saulis: de aliqb⁹ dicēti-
bus vn̄ saluare poterit iste: d̄ inouatio
ne regni ei⁹: saul regnat i galgala. C.xi

A De naas volēte eruere oculos dextros viris iabes galaad.



T factū est quasi post men
sem: ascēdit naas ammoni-
tes ꝛ pugnare cepit aduer
sum iabes galaad. Dixerūt
q; oēs viri iabes ad naas.
Habeto nos federatos et
seruiemus tibi. Et rn̄dit ad eos naas
ammonites. In hoc feriā vobiscū fed⁹
vt eruā oīm vr̄m oculos dextros: ponā
q; vos opprobriū in vniuerso. Et dixe-
rūt ad eū seniores iabes. Concede no-
bis septē dies vt mittam⁹ nuncios ad
vniuersos terminos isrl̄: ꝛ si nō fuerit
q̄ defendat nos egrediemur ad te. Ue-
nerūt ḡ nūcij in gabaa saulis: ꝛ locuti
B sunt verba hec audiēte pplo. Et leua-
Saul victoriosissime liberauit eos a potestate naas. uit oīs ppls vocē suā ꝛ fleuit. Et ecce
saul veniebat sequens boues de agro ꝛ
ait. Quid habet popul⁹ quod plorat?
Et narrauerūt ei verba virorū iabes.
Et insiluit sp̄us dn̄i in saul cum audis-
set verba hec: ꝛ iratus est furor eius ni-
mis. Et assumens vtrūq; bouē cōcidit
in frusta: misitq; in oēs terminos isrl̄
per manum nunciorum dicens. Quicū-
q; non exierit et secutus fuerit saul et
samuel: sic fiet bobus eius. Inuasit er-
go timor dn̄i pplm: et egressi sunt quasi
vir vnus: ꝛ recēsuit eos in bezech. Fue-
runtq; filioꝝ israel trecēta milia: viro-
rū aūt iuda triginta milia. Et dixerūt
nūcijs qui venerāt. Sic dicetis viris C
qui sunt in iabes galaad. Cras erit vo-
bis salus cum incaluerit sol. Uenerūt
ergo nūcij ꝛ annūciauerūt viris iabes.
Qui letati sunt et dixerunt. Mane exi-
bimus ad vos: ꝛ facietis nobis oē qđ
placuerit vobis. Et factum est cū dies
crastinus venisset: cōstituit saul pplm
in tres ptes. Et ingressus est media ca-
stra in vigilia matutina: ꝛ pcussit am-
mon vsq; dū incalesceret dies. Reliqui
aūt dispersi sunt: ita vt nō relinqrent
ex eis duo pariter. Et ait ppls ad sa- D
muelē. Quis est iste q̄ dixit saul nō re- De innouatione regni saul in galgala.
gnabit sup nos? Date viros ꝛ interficie-
mus eos. Et ait saul. Non occidet̄ quisq̄
in die hac: q2 hodie fecit dn̄s salutē in
israel. Dixit aūt samuel ad pplm. Ue-
nite ꝛ eamus in galgala: ꝛ innouemus
ibi regnū. Et perrexit oīs ppls in gal-
gala: ꝛ fecerūt ibi regē saul corā dn̄o i
galgala. Et immolauerūt ibi victimas
pacificas corā dn̄o. Et letatus est ibi
saul: et cuncti viri israel nimis.

¶ C.S. De innocentia et mā suetudi-
ne samuelis: de correptiōe populi: de
signis datis de celo. Capi.xij.



Dixit aūt samuel ad vniuer- A
sum isrl̄. Ecce audiui vocē
vestrā iuxta oīa que locuti
estis ad me: ꝛ constitui sup
vos regē. Et nunc rex gra-
dit ante vos. Ego aūt senui ꝛ incanui.
Porro filij mei vobiscū sunt. Itaq; cō- De mā suetudine samuelis.
uersatus corā vobis ab adolescentia
mea vsq; ad hāc diē: ecce p̄sto sum. Lo-
quimini de me corā dn̄o et corā christo
eius vtrum bouē cuiusq̄ tulerim aut
asinum. Si quēpiā calumniatus sum:
si oppressi aliquem: si de manu cuiusq̄
munus accepi: et contēnā illud hodie
restituāq; vobis. Et dixerunt. Non es
calūniat⁹ nos: neq; oppressisti: neq; tu
listi de manu alicuius q̄ppiā. Dixitq;
ad eos. Testis est dn̄s aduersum vos: ꝛ Eccl. 36.b
testis christus ei⁹ in die hac: q2 nō inue
neritis in manu mea quippiā. Et dixe- B
rūt. Testis. Et ait samuel ad populū.
Dominus qui fecit moysen et aaron:

De correptiõe ppl'i ingrati beneficij dei.
Gen.46.a.

et eduxit patres nostros de terra egy-
pti adest. Nũc ergo state vt iudicio cõ-
tendã aduersum vos corã dño de omi-
bus misericordijs dñi quas fecit dñs
vobiscũ z cũ patribus vestris: quõ ia-
cob ingressus est in egyptũ: z clamaue-
rũt patres vestri ad dñm: et misit dñs
moysen z aaron: et eduxit patres ve-
stros de egypto z collocauit eos i loco
hoc. Qui obliti sunt dñi dei sui z tra-
didit eos in manus sisare magistri mi-
litie regis asor: z in manu philistinorũ
z in manu regis moab: z pugnauerunt
aduersum eos. Postea clamauerũt ad
dñm z dixerunt. Peccauimus q: dere-
liquimus dñm: z seruiuimus baalim z
astaroth. Nunc ergo erue nos de manu
inimicorũ nostrorũ: z seruiemus tibi.
Et misit dñs hierobaal z badan z ba-
rach z iepthe z samuel: z eruit vos de
manu inimicorũ vestrorũ per circuitũ:
et habitastis cõfidẽter. Uidẽtes aũt q
naas rex filiorũ ammon venisset aduer-
sum vos dixistis mihi. Nequaq̃: sz rex
imperabit nobis: cũ dñs deus vester re-
gnaret in vobis. Nũc ergo presto est rex
vester quẽ elegistis z petistis. Ecce de-
dit vobis dñs regẽ. Si timueritis dñz
z serueritis ei: z audieritis vocẽ ei9:
z nõ exasperaueritis os dñi: eritis et
vos z rex qui imperat vobis sequẽtes
dñm deũ vestrũ. Si aũt nõ audieritis
vocẽ dñi: sed exasperaueritis sermões
ei9 erit manus dñi sup vos z super pa-
tres vestros. Sed z nũc state z videte
rem istã grandẽ quã facturus est dñs i
cõspectu vestro. Nũquid nõ messis tri-
tici est hodie? Inuocabo dñm et dabit
voces z pluuias: z scietis z videbitis
q: grãde malũ feceritis vobis i cõspe-
ctu dñi petẽtes sup vos regẽ. Et clama
uit samuel ad dñm: z dedit dñs voces
z pluuias in illa die. Et timuit oĩs po
pulus nimis dñm z samuel: dixitq; vni-
uersus pplš ad samuelẽ. Ora p seruis
tuis ad dñm deũ tuũ vt nõ moriamur.
Addidimus eñ vniuersis peccatis no
stris malũ vt peteremus nobis regem.
Dixit aũt samuel ad populũ. Nolite ti-
mere. Uos fecistis vniuersum malum
hoc. Uerũtñ nolite recedere a tergo
dñi: sz seruite dño in oĩ corde vr̃o: z no
lite declinare post vana que nõ prode-
runt vobis: neq; eruent vos quia vana
sunt: z nõ derelinquet dñs pplm suum
propter nomẽ suum magnum: q: iura
uit dominus facere vos sibi populum.

Judi.4.a.

C
Judi.6.a.

S.8.d.et S.10.c.

De malo q fecerũt filij isrl' petẽdo regẽ per signũ de celo et exhortatio ad seruiendũ domino z re...

D

Absit aũt a me hoc peccatũ i dño: vt ces-
sem orare p vobis: et docebo vos viã
bonã z rectã. Igit timete dñm z serui-
te ei in veritate z ex toto corde vestro.
Uidistis eñ magnifica q̃ i vobis gesse-
rit dñs: qđ si pseueraueritis in malicia
z vos z rex vester pariter peribitis.

¶ C. S. De philisteis percussis a saule
z ionatha: z iterũ cõgregatis de filijs
israel qui absconderũt se in antris: de
holocausto saulis z de reprehẽsiõe ei9
a samuele: non stabit regnum eius: de
diuisione regni: de tribus cuneis phili-
stinorũ: de armorũ defectu in israel: nisi
in saule et ionatha. Capitulũ. xiij.

A
De philisteis. pcussis a saule z ionatha.

Filius vnius anni erat saul
cũ regnare cepisset: duob9
aũt annis regnauit super
israel. Et elegit sibi saul
tria milia de isrl'. Et erãt
cũ saul duo milia in mach-
mas: et in monte bethel: mille autem
cum ionatha in gabaa beniamin. Porro
ceterũ populum remisit vnũquẽq;
in tabernacula sua. Et percussit iona-
thas stationẽ philistinorũ q̃ erat in ga-
baa. Quod cum audissent philistijm.
Saul cecinit buccina i oĩ terra dicẽs.
Audiant hebrei. Et vniuersus israel
audiuit huiuscemodi famã: percussit
saul stationẽ philistinorũ. Et erexit se
israel aduersus philistijm. Clamauit
ergo populus post saul in galgala. Et
philistijm congregati sunt ad prelian
dum contra israel triginta milia cur-
ruũ: z sex milia equitũ: z reliquũ vul-
gus, sicut arena que est in littore maris
plurima. Et ascendentes castrametati
sunt in machmas ad orientem bethaue-
n. Quod cũ vidissent viri israel, se i
arto positos (afflictus eñ erat pplš)
absconderũt se in speluncis z in abdi-
tis: in petris q̃z z in antris: z in cister
nis. Hebrei aũt transierunt iordanem
in terram gad et galaad. Cumq; adhuc
esset saul in galgala: vniuersus pplš p
territus est q̃ sequebat eũ. Et expecta-
uit septẽ diebus iuxta placitũ samue-
lis: z non venit samuel in galgala. Dila
psusq; est popul9 ab eo. Ait ergo saul.
Afferte mihi holocaustũ z pacifica. Et
obtulit holocaustum. Cũq; complesset
offerẽs holocaustũ: ecce samuel9 venie-
bat. Et egressus est saul obuiã ei vt sa-
lutaret eum. Locutusq; est ad9 eum sa-
muel. Quid fecisti? Rñdit saul. Quia
vidi qđ populus dilaberetur a me z tu

B
Filij israel abscondũt se in antris fugientes philistijm.

S.10.b.
Saul in samuelis absentia offert: z ideo rephendit.

E

non veneras iuxta placitos dies. Porro philistijm cógregati fuerát í machmas: dixi. Nūc descēdēt philistijm ad me in galgala: τ faciē dñi nō placaui: necessitate cópulsus obtuli holocaustū dño. Dixitq; samuel ad saul. Stulte egisti nec custodisti mādata dñi dei tui quē precepi tibi. Qd si nō fecisses iam nunc preparasset dñs regnū tuū super israel in sempiternū. Sed neq̄q̄ regnum tuum vltra consurget. Quesiuit dominus sibi virum iuxta cor suum: τ precepit ei dominus vt esset dux super populum suū eo φ nō seruaueris que precepit dominus. Surrexit autē samuel τ ascendit de galgalis in gabaa beniamin. Et reliqui ppl'i ascēderunt post saul obuiā populo qui expugnabant eos veniētes de galgala in gabaa

Gen. 21. b. τ 1. para. 16. c

De diuisione regni saulis propter peccatum oblationis.

D in colle beniamin. Et recēsuit saul populum qui inuenti fuerāt cū eo quasi sexcētos viros τ saul τ ionathas filius eius: populusq; qui inuētus fuerat cū eis erat in gabaa bēiamin. Porro philistijm ɔsederāt in machmas. Et egressi sunt ad preliandū de castris philistinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam ephraim ad terram saul. Porro alius ingrediebatur per viam bethoron. Tertius autem vertebat se ad iter termini in terra sabaa: imminentis vallis seboim contra desertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra israel. Cauerant enim philistijm ne forte facerent hebrei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis israel ad philistijm: vt exacueret vnusquisq; vomerem suum et ligonem et securim et tridentem et sarculum. Retuse itaq; erant acies vomerum et ligonum τ tridentium τ securium vsq; ad stimulū corrigēdum. Cumq; venisset dies prelij non est inuētus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum saul et ionatha excepto saul et ionatha filio eius. Egressa est autem statio philistijm vt transcenderet in machmas.

Defect' armoꝝ in isrl' et fabroꝝ.

¶ C. S. De ionatha et armigero eius qui ascendunt ad philistijm: dat signū armigero φ tradatur philistijm in manus eorum in modo loquendi: de victoria eius: de adiuratiōe populi facta a saule: de melle gustato a ionatha q̄ forte deprehenditur: τ a morte per pplm liberatur. Nomina generis saulis: et quorundam de familia. Capi. xiiij.



Et accidit in quadā die: vt diceret ionathas fili' saul ad adolescētem armigerū suū. Ueni τ transeamus ad stationem philistinorum: que est trans locum illum. A

Patri autē suo hoc ipsum nō indicauit. Porro saul morabatur in extrema parte gabaa sub malogranato: q̄ erat in agro gabaa: et erat populus cum eo quasi sexcētorum viroꝝ. Et achias filius achitob fratris icabod filij phinees qui ortus fuerat ex heli sacerdote dñi in silo: portabat ephot. Sed et popul' ignorabat quo isset ionathas. Erant autem inter ascensus per quos nitebatur ionathas transire ad stationem philistinorum: eminētes petre ex vtraq; parte: τ quasi in modū dentiū scopuli hincinde prerupti. Nomē vni boses: τ nomen alteri sene. Unus scopulus prominēs ad aquilonē ex aduerso machmas: τ alter ad meridiē cōtra gabaa. Dixit autē ionathas ad adolescentem armigerum suū. Ueni transeamus ad stationē incircūcisoꝝ horum si forte faciat dñs p nobis: quia nō est dño difficile saluare vel in multis vel in paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac omnia que placent animo tuo. Perge B quo cupis: τ ero tecum vbicūq; volueris. Et ait ionathas. Ecce nos transimus ad viros istos. Cūq; apparuerimus eis: si taliter locuti fuerit ad nos: manete donec veniamus ad vos: stem' in loco nostro: nec ascēdamus ad eos. Si aūt dixerint: ascēdite ad nos: ascēdamus ad eos: quia tradidit eos dominus in manib' nostris. Hoc erit nobis signū. Apparuit igitur vterq; stationi philistinorum. Dixeruntq; philistijm. En hebrei egrediuntur de cauernis: in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statiōe ad ionathā. et ad armigerum suum. Dixeruntq;. Ascendite ad nos τ ostendemus vobis rem. Et ait ionathas ad armigeꝝ suū. Ascendamus. Sequere me. Tradidit enim dñs eos in manus israel. Ascendit aūt ionathas manibus τ pedibus reptans: τ armiger eius post eū. Itaq; cum vidissent faciē ionathe: alij cadebant ante ionatham: alios armiger ei' interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima: qua percussit ionathas τ armiger eius quasi viginti viroꝝ in media parte iugeris: quā par boū in die

De victoria ionathe cōtra philistijm: et signo eius.

Judith. 14. c.

1. mac. 4. b.

arare consueuit. Et factum est miracu
lum in castris ⁊ per agros. Sed ⁊ oīs
populus stationis eorum qui ierāt ad
predandum obstupuit: et conturbata
E sunt castra. Et accidit quasi miraculū
a deo. Et respexerūt speculatores saul
qui erāt in gabaa bēiamin: ⁊ ecce mul
titudo prostrata: et huc illucq̧ diffu
giens. Et ait saul populo qui erat cū
eo. Requirite et videte q̄s abierit ex no
bis. Cūq̧ requisissent repertum est nō
Philistijm debellātur a saule. adesse ionathā ⁊ armigeꝝ eius. Et ait
saul ad achiā. Applica arcā domini.
Erat enī ibi arca domini in die illa cū
filijs israel. Cumq̧ loqueretur saul ad
sacerdotem tumultus magn⁹ exortus
est in castris philistinoꝝ. Crescebatq̧
paulatim ⁊ clarius resonabat. Et ait
saul ad sacerdotem. Cōtrahe manum
tuam. Conclamauit ergo saul ⁊ omnis
populus qui erat cū eo: ⁊ venerūt vsq̧
ad locū certaminis. Et ecce versus fue
rat gladius vniuscuiusq̧ ad primum
suum: ⁊ cedes magna nimis. Sed ⁊ he
brei qui fuerāt cum philistijm heri et
nudiustertius: ascēderātq̧ cum eis in
castris: reuersi sunt vt essent israel: et
his qui erāt cū saul ⁊ ionatha. Omnes
quoq̧ israelite qui se abscōderant in
monte ephraim audiētes qđ fugissent
philistei: sociauerunt se cū suis in pre
D lio. Et erāt cum saul quasi decē milia
virorum: ⁊ saluauit dns deus israel in
die illa. Pugna autē peruenit vsq̧ ad
bethauē. Et viri israel sociati sūt sibi
in die illa. Adiurauit autē saul popu-
Preceptum de nō comedēdo ante victoriā et vesperum. lū dicēs. Maledictus vir qui comede
rit panē vsq̧ ad vesperꝝ donec vlciscar
de inimicis meis. Et non manducauit
vniuersus populus panem. Omnisq̧
terre vulgus venit in saltū: i quo erat
mel sup faciē agri. Ingressus est itaq̧
populus saltum ⁊ apparuit fluens mel:
nullusq̧ applicuit manum ad os suū.
Timebat enim populus iuramētum.
Jonathas filius saul comedit mel. Porro ionathas nō audierat cū adiu
raret pater eius pplm. Extēditq̧ sum
mitatē virge quā habebat in manu: et
intinxit in fauum mellis. Et cōuertit
manū suā ad os suū: ⁊ illuminati sunt
oculi ei⁹. Rñdensq̧ vnus de pplo ait.
Iureiurādo cōstrinxit pater tu⁹ pplm
dicēs. Maledict⁹ vir q̄ comederit pa
nē hodie. Defecerat autē populus. Di-
xitq̧ ionathas. Turbauit pater meus
terrā. Vidistis ipi: q2 illūīati sunt ocu
li mei: eo ꝙ gustauerim paululum de

melle isto: quantomagis si comedisset
ppls de preda inimicoꝝ suoꝝ quā rep
perit. Nōne maior plaga facta fuisset
E in philistijm. Percusserūt ergo in die
illa philisteos a machmis vsq̧ ad hai-
lon. Defatigatus est aūt ppls nimis: ⁊
versus ad predā tulit oues ⁊ boues et
vitulos: ⁊ mactauerūt in terra. Come
ditq̧ ppls cū sanguine. Nunciauerūt
aūt sauli dicētes: ꝙ ppls peccasset do
mino comedens cū sanguine. Qui ait.
Preuaricati estis. Voluite ad me iam
nūc saxū grāde. Et dixit saul. Dispgi-
mini in vulgus ⁊ dicite eis: vt adducat
ad me vnusquisq̧ bouē suū ⁊ arietē: ⁊
occidite sup istō ⁊ vescimini: ⁊ nō pec
cabitis dño comedentes cū sanguine.
Adduxit itaq̧ oīs ppls vnusq̄sq̧ bo-
uē in manu sua vsq̧ ad noctē: ⁊ occide
rūt ibi. Edificauit āt saul altare dño.
Tūcq̧ pmū cepit edificare altare dño.
Et dixit saul. Irruam⁹ sup philisteos
nocte: ⁊ vastem⁹ eos vsq̧ dū illucescat
mane: nec relinquamus ex eis virū. Di
xitq̧ ppls. Oē qđ bonū tibi videtur in
F oculis tuis: fac. Et ait sacerdos. Acce-
damus huc ad deum. Et cōsuluit saul
dñm dicēs. Nū psequar philistijm? Si
trades eos in manus israel? Et nō rñ-
dit ei in die illa. Dixitq̧ saul. Applica
te huc vniuersos angulos ppli: ⁊ scito
te et videte p quē acciderit pctm hoc
hodie. Viuit dñs saluator isrl: q2 si p
ionathā filiū meū factū est absq̧ retra
ctatione morie͛. Ad qđ nullus cōtradixit 22. q. 2. c. Ho-
ei de omni pplo. Et ait ad vniuersum rif. §. cpo.
israel. Separamini vos in partē vnā:
⁊ ego cū ionatha filio meo ero i parte
altera. Rñditq̧ popul⁹ israel ad saul.
Qđ bonū tibi videt in oculis tuis fac.
Et dixit saul ad dñm deuꝫ israel. Dñe 3. q. 7. §. fi.
deus israel da iudiciū: quid est ꝙ non 22. q. 2. §. 2.
rñderis seruo tuo hodie? Si i me aut
in ionatha filio meo est iniquitas hec:
da ostensionem: aut si hec iniquitas est
in pplo tuo: da sanctitatē. Et deprehē
sus est ionathas ⁊ saul: ppls āt exiuit. G
Et ait saul. Mittite sortē inter me et Jonathas
inter ionathā filiū meū: ⁊ capt⁹ est io- gustauit
nathas. Dixit aūt saul ad ionathā. In- mel: ⁊ ideo
dica mihi q̄d feceris. Et indicauit ei saul pr su⁹
ionathas: ⁊ ait. Gustās gustaui in sum vult occide
mitate virge q̄ erat in manu mea pau- re: sed a po
lulum mellis: ⁊ ecce ego morior. Et ait pulo libe
saul. Hec faciat mihi deus et hec ad- ratur.
dat: q2 morte morieris ionatha. Dixit
q̧ populus ad saul. Ergo ne ionathas

j.22.c.

moriet: qui fecit salutē hāc magnā in israel? Hoc nephas est. Uiuit dñs si ceciderit capill' de capite ei' i terrā: q2 cū deo opat' ē hodie. Liberauit ergo populus ionathā: vt nō moreret. Recessitq; saul: nec psecut' est philisthijm. Porro philisthijm abiert i loca sua. At saul cōfirmato regno sup israel: pugnabat p circuitū aduersum oēs inimicos eius: ɔtra moab t filios ammō t edom t reges soba t philisteos: t q̄cūq; se verterat supabat. Congregatoq; exercitu pcussit amalech: t eruit israel de manu vastatorū ei'.

De filijs saul regis.

Fuerūt aūt filij saul ionathas t iessui t melchisua t nōia duarū filiarum eius: nomē primogenite merob: et nomen minoris michol: t nomen vxoris saul achinoē filia achimaas. Et nomē principis militie eius abner fili' ner patruelis saul. Porro cis fuerat pater saul: t ner pater abner fili' abiel. Erat autem bellum potens aduersum philisteos oībus diebus saul. Nam quecūq; viderat saul virum fortem t aptum ad prelium sociabat eum sibi.

S.9.a. 1. Par.8.c.

¶C.XV. De pcepto dato sauli vt deleret amalech: de trāsgressiōe ei': q2 pepercit agag regi: de cōmendatiōe obediētie: de expulsiōe saulis de regno: samuel luget saul. Capitulum.xv.

A

Dat preceptū saul de occidendo amalech vt fecit.



Et dixit Samuel ad saul. Me misit dñs vt vngerem te i regē sup ppl'm ei' israel. Nunc ergo audi vocē dñi. Hec dicit dñs exercituū. Recensui quecūq; fecit amalech israeli: quomodo restitit ei in via cum ascenderet de egypto. Nūc ergo vade et pcute amalech: et demolire vniuersa eius. Non parcas ei: t non cōcupiscas ex reb' ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierē: t paruulum atq; lactētem: bouem et ouem: camelum et asinum.

Exod.17.c. 1.q.4.c. ecclesia. 24. q.3.§.1.

Precepit itaq; saul populo t recēsuit eos quasi agnos ducēta milia peditum: t decem milia virorū iuda. Cumq; venisset saul vsq; ad ciuitatem amalech: tetēdit insidias in torrēte.

B

Dixitq; saul cineo. Abite: recedite: atq; discedite ab amalech ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti mīam cum omnibus filijs israel: cum ascenderent de egypto. Et recessit cineus de medio amalech. Percussitq; saul amalech ab euila: donec venit ad assur q̄ est e regiōe egypti. Et apprehēdit agag regem amalech viuū. Omne aūt vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit saul et ppl's agag et optimis gregib' oiū t armentorū vestibus et arietib': t vniuersis que pulcra erant: nec voluerūt disperdere ea. Quicquid vero vile fuit t reprobum hoc demoliti sunt.

De transgressiōe precepti parcēdo agag t alijs t punitione.

C

Factū est aūt vbū dñi ad samuel dicēs. Penitet me q̄ cōstituerim saul regē: quia dereliquit me: et verba mea opere non impleuit. Cōtristatusq; est samuel. t clamauit ad dominū tota nocte. Cumq; de nocte surrexisset samuel vt iret ad saul mane nūciatū est samueli: eo q̄ venisset saul i carmelū: t erexisset sibi fornicem triumphalē: et reuersus trāsisset: descēdissetq; in galgala. Uenit ergo samuel ad saul: t saul offerebat holocaustū dño de initijs predarū: q̄ attulerat ex amalech.

D

Et cum venisset samuel ad saul: dixit ei saul. Benedictus tu dño. Impleui verbū dñi. Dixitq; samuel. Et que est hec vox gregū q̄ resonat in auribus meis: et armētorū quam ego audio. Et ait saul. De amalech adduxerūt ea. Pepcit enī popul' melioribus ouib' t armētis: vt immolarent dño deo tuo: reliqua vero occidimus. Ait aūt samuel ad saul. Sine me et indicabo tibi q̄ locut' sit dñs ad me nocte. Dixitq; ei. Loquere. Et ait samuel. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis: caput in tribub' israel factus es? Unxit te dñs in regē super israel: t misit te dñs i viā t ait. Uade t interfice peccatores amalech: t pugnabis cōtra eos vsq; ad internitionem eorum.

E

Quare ergo non audisti vocem domini: sed versus ad predā es: t fecisti malum i oculis domini? Et ait saul ad samuelē. Immo audiui vocem domini: t ambulaui in via p quā misit me dñs: t adduxi agag regē amalech: et amalech interfeci. Tulit autē de pda populus: oues et boues primitias eorum q̄ cesa sunt: vt immolet dño deo suo in galgalis. Et ait samuel. Nunquid vult dominus holocausta et victimas: et non potius vt obediatur voci dñi? Melior est enim obedientia q̄ victime: et auscultare magis q̄ offerre adipem arietum q̄m quasi peccatum ariolādi est repugnare: t quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Pro eo ergo q̄ abiecisti sermonē domini: abiecit te dñs ne sis rex.

Melior est obediētia q̄ victime. Eccle.4.d.

F

Dixitq; saul ad samuelem. Peccaui q2 preuaricatus sum sermonē dñi et verba tua: timēs populum t obediens vo

ei eoꝝ. Sed nūc porta q̄so pctm̄ meū
et reuertere mecū vt adorem dn̄m. Et
ait samuel ad saul. Nō reuertar tecū:
q2 p̄iecisti sermonē domini: ⁊ proiecit
Saul p̄na- tur ī pte re gno suo qd diuidit̄ p- pter pctm̄. 1.28.c.
te dn̄s ne sis rex in israel. Et cōuersus
est samuel vt abiret. Ille autem appre
hēdit summitatem pallij eius q̄ ⁊ scis-
sa est. Et ait ad eū samuel. Scidit dn̄s
regnum israel a te hodie: ⁊ tradidit il
lud pximo tuo meliori te. Porro triū
phator in isrl̄ nō parcet: ⁊ penitudine
nō flectetur. Neq3 eni homo est vt agat
penitentiā. At ille ait. Peccaui. Sed
nunc honora me corā senioribus ppl̄i
mei ⁊ corā israel: ⁊ reuertere mecū: vt
adorē dn̄m deū tuū. Reuersus ergo sa
muel secutus est saulē et adorauit saul
E
dn̄m. Dixitq3 samuel. Adducite ad me
23.q.5.c. reos. Samuel occidit a- gag regē. 2.q.7. cap. nos si. 9. ītē dauid.
agag regē amalech: ⁊ oblat⁹ est ei agag
pinguissimus tremens. Et dixit agag.
Siccine separat amara mors. Et ait
samuel. Sicut fecit absq3 liberis mu-
lieres gladi⁹ tu⁹: sic absq3 liberis erit
inter mulieres mater tua: et in frusta
cōcidit eū samuel corā dn̄o i galgalis.
Abijt aūt samuel in ramatha: saul ve-
ro ascēdit in domū suā in gabaa et nō
vidit samuel vltra saul vsq3 ad diem
mortis sue. Uerūtamē lugebat samuel
saul: qm̄ dominum penitebat q2 consti
tuisset regem saul super israel.

¶ C. S. De vnctione dauid in regē in
domo patris sui: de spiritu nequam
qui vexabat saul: de dauid qui percu-
tiebat citharam. Capitulum. xvi.

A
De vnctiōe dauid in re gē p samue lem. De pe. di. 1. c. predixe- rat.
DIxitq3 dominus ad samue
lem. Usq3quo tu luges saul
cum ego proiecerim eū ne
regnet super israel. Imple
cornu tuum oleo ⁊ veni vt
mittam te ad isai bethleemitem. Pro
uidi eni in filijs eius mihi regē. Et ait
samuel. Quo vadā. Audiet enim saul
et interficiet me. Et ait domin⁹. Uitu
lum de armento tolles in manu tua et
dices. Ad immolādum domino veni ⁊
vocabis isai ad victimam: ⁊ ego osten
dā tibi quid facias: ⁊ vnges quencūq3
monstrauero tibi. Fecit ergo samuel
sicut locutus est ei dominus. Uenitq3
in bethleem ⁊ admirati sunt seniores
ciuitatis: occurrentes ei: dixeruntq3.
2 Reg. 2.c. Leuit. 20.b
Pacific⁹ ne est ingressus tuus. Et ait.
Pacificus. Ad immolandum domino
veni. Sāctificamini et venite mecum
vt immolem. Sāctificauit ergo isai ⁊
filios eius: ⁊ vocauit eos ad sacrificiū.

Cūq3 igressi essent: vidit heliab et ait.
Num corā domino est christus eius?
B
Et dixit dominus ad samuelem. Ne re
spicias vultum eius neq3 altitudinem
stature eius: quoniam abieci eum: nec
iuxta intuitū hominis ego iudico. Ho
mo enim videt ea que parēt: dominus
autem intuetur cor. Et vocauit isai a-
minadab: ⁊ adduxit eū corā samue-
le. Qui dixit. Nec hūc elegit dominus.
Adduxit autē isai samma: de quo ait.
Etiam hunc non elegit dominus. Ad-
duxit itaq3 isai septē filios suos corā
samuel. Et ait samuel ad isai. Non ele-
git domin⁹ ex istis. Dixitq3 samuel ad
isai. Nunquid iam completi sunt filij.
Qui respōdit. Adhuc reliquus est par
uulus ⁊ pascit oues. Et ait samuel ad
isai. Mitte: ⁊ adduc eum. Nec enim di
scūbemus priusq3 huc ille veniat. Mi
sit ergo ⁊ adduxit eum. Erat autem ru
fus et pulcher aspectu: decoraq3 facie:
et ait dn̄s. Surge ⁊ vnge eum: ipse est
C
enim. Tulit ergo samuel cornu olei: et
vnxit eum in medio fratrum eius. Et
directus est spiritus domini a die illa
in dauid ⁊ deinceps. Surgēsq3 samuel 3.10.a.
abijt in ramatha. Spiritus autē dn̄i Psal. 77.
recessit a saul: et exagitabat eū spirit⁹ Act. 13.d.
nequam a dn̄o. Dixeruntq3 serui saul
ad eū. Ecce spiritus dn̄i malus exagi- De sp̄ū ne-
tat te. Iubeat dn̄s nr̄ rex et serui tui quā vexāte
qui coram te sunt: querent hominem saul.
scientem psallere cithara: vt quādo ar
ripuerit te sp̄s dn̄i malus psallat ma
nu sua: ⁊ leuius feras. Et ait saul ad ser
D
uos suos. Prouidete ergo mihi aliquē
bene psallētē: ⁊ adducite eū ad me. Et
respondēs vnus de pueris ait. Ecce vi
di filium isai bethleemitē scientē psal
lere: ⁊ fortissimum robore: ⁊ virū belli
cosum: ⁊ prudētē in verbis: ⁊ virū pul
chrum: ⁊ dn̄s est cū eo. Misit ergo saul
nūcios ad isai dicēs. Mitte ad me da
uid filiū tuū qui est in pascuis. Tulit
itaq3 isai asinū plenū panib⁹ ⁊ lagenā
vini ⁊ hedū de capris vnū: et misit per
manū dauid filij sui sauli: et venit da-
uid ad saul ⁊ stetit corā eo. At ille dile Saul mi
xit eū nimis: et factus est ei⁹ armiger. sit ad da-
Misitq3 saul ad isai dicens. Stet da- uid vt sua
uid in cōspectu meo. Inuenit eni gratiā citbara li-
in oculis meis. Igit̄ q̄ncūq3 sp̄s dn̄i beret eū a
malus arripiebat saul: dauid tollebat vexatione
citharā: ⁊ percutiebat manu sua: ⁊ refo- demonum.
cillabat saul et leuius habebat. Rece-
debat enim ab eo spiritus malus.

¶C.S. De bello philistijm cõtra isrl: de victoria dauid cõtra goliã. Ca.xvij.

A De bello philistijm cõtra isrl. Congregãtes autẽ philistijm agmina sua in prelium: conuenerunt in sochoth iude: et castrametati sunt inter socoth ⁊ azecha in finib9 dommim. Porro saul ⁊ filij isrl cõgregati venerũt in valle therebinthi: ⁊ direxerũt aciẽ ad pugnãdũ cõtra philistijm. Et philistijm stabant supra mõtem ex parte hac: ⁊ israel stabat supra montẽ ex altera parte: vallisq; erat inter eos.
domũ dñi et nõ poterãt sacerdotes sta
re et ministrare pp̃ter nebulã. Imple-
uerat enĩ gloria dñi domũ dñi. Tũc ait Bñdictio tẽpli p salomonẽ.
salomõ. Dñs dixit vt habitaret in ne-
bula. Edificãs edificaui domũ in habi
taculũ tuũ firmissimũ solium tuum in 2. para. 6.
sempiternũ. Conuertitqz rex faciẽ suã
et bñdixit oĩ ecclesie israel. Oĩs enim
ecclesia isrl̃ stabat. Et ait salomõ. Be-
nedict⁹ dñs deus israel q locutus est
ore suo ad dauid patrẽ meũ: et in mani
bus ei⁹ pfecit dicẽs. A die q eduxi po
pulũ meũ isrl̃ de egypto nõ elegi ciui-
tatẽ de vniuersis tribub⁹ isrl̃: vt edifi
caret dom⁹ et esset nomẽ meũ ibi: sed
elegi dauid vt eẽt sup pplm meũ israel.
Uoluitqz dauid pr̃ meus edificare do
mũ noĩ dñi dei isrl̃: et ait dñs ad dd pa
trẽ meũ. Qd cogitasti in corde tuo edi 1. q. 7. c. 2.
ficare domũ noĩ meo: bñ fecisti hoc ipm Oratio p exauditiõe orantiũ in templo.
mẽte tractãs. Uerũtamẽ tu nõ edifica
bis mihi domũ: sed filius tuus q egre-
dietur de renibus tuis ipse edificabit
domũ nomini meo. Cõfirmauit domi
nus sermonẽ suũ quẽ locutus est. Ste
tiqz p dauid pr̃e meo: et sedi sup thro-
num israel sicut locutus est dñs: et edi-
ficaui domũ nomini domini dei isrl̃: et

cōstitui ibi locū arce in qua fedus dñi est qđ percussit cū patrib⁹ nostris: quādo egressi sunt de terra egypti. C Stetit aūt salomō ante altare dñi in ꝯspectu ecclesie isrl̄: ꝛ expandit manus suas in celū: ꝛ ait. Dñe deus israel nō est similis tui deus i celo desuper: ꝛ sup terrā deorsum: qui custodis pactum ꝛ misericordiā seruis tuis qui ambulāt corā te in toto corde suo: qui custodisti seruo tuo dauid patri meo que locut⁹ es ei. Ore locutus es ꝛ manibus perfecisti: vt hec dies pbat. Nūc igit̄ dñe deus israel cōserua famulo tuo dauid patri meo que locutus es ei: dicēs. Nō auferetur de te vir corā me qui sedeat sup thronum israel: ita tñ si custodierint filij tui viā suā: ꝛ ambulēt coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc dñe deus israel firmentur verba tua que locutus es seruo tuo dauid patri meo. Ergo ne putandum est ꝙ vere deus habitet super terram. Si eñ celum ꝛ celi celorū te capere nō possunt: ꝙ̄tomagis domus hec quā edificaui tibi. Sed respice ad orationē serui tui ꝛ ad preces eius dñe deus meus. Audi hymnū ꝛ orationē quā seruus tu⁹ orat corā te hodie: vt sint oculi tui aperti super domū hāc nocte ac die super domū de qua dixisti: erit nomē meū ibi: vt exaudias orationē quā orat i loco isto ad te seruus tu⁹: vt exaudias deprecationē serui tui ꝛ populi tui isrl̄ quodcūqȝ orauerit in loco isto: ꝛ exaudies in loco habitaculi tui i celo: ꝛ cū exaudieris ꝓpitius eris. D Si peccauerit hō in proximum suū et habuerit aliquod iuramētū quo teneatur astrictus: ꝛ venerit ꝓpter iuramentū corā altari tuo in domū tuā: tu exaudies in celo et facies ꝛ iudicabis seruos tuos: condemnans impiū ꝛ reddens viā suā sup caput eius: iustificāsqȝ iustū ꝛ retribuēs ei fm̄ iustitiam suam. Si fugerit ppl̄s tuus israel inimicos suos: qꝛ peccaturus est etiam tibi: ꝛ agētes penitentiā et cōfitētes nomini tuo venerint: ꝛ adorauerint ꝛ deprecati te fuerint in domo hac exaudi in celo: ꝛ dimitte pctm̄ populi tui israel: ꝛ reduces eos in terram quā dedisti patrib⁹ eoꝝ. Si clausum fuerit celū ꝛ nō pluerit ꝓpter peccata eoꝝ: ꝛ orantes in loco isto penitētiam egerint nomini tuo: ꝛ a peccatis suis cōuersi fuerint ꝓpter afflictionē suā: exaudi eos in celo: ꝛ dimitte pctā seruorum tuoꝝ ꝛ populi tui israel: et ostende eis viam bonam per quā ambulent: ꝛ da pluuiā super terrā quā dedisti populo tuo i possessionē. Fames si oborta fuerit i terra: aut pestilētia: aut corruptus aer: aut erugo: aut locusta vel rubigo: ꝛ afflixerit eū et inimicus eius portas obsidēs oīs plaga vniuersa infirmitas: cūcta deuoratio: ꝛ īprecatio que acciderit oīm homini de populo tuo israel si quis cognouerit plagā cordis sui: et expāderit manus suas in domo hac: tu exaudies in celo in loco habitatiōis tue: ꝛ repropiciaberis ꝛ facies vt des vnicuiqȝ fm̄ oēs vias suas: sicut videris cor eius: qꝛ tu nosti solus cor oīm filiorum hominū: vt timeāt te cūctis diebus quibus viuunt super faciem terre quā dedisti patribus nostris. Insuper ꝛ alienigena q non est de populo tuo israel: cū venerit de terra longinqua ꝓpter nomen tuū: audietur enim nomen tuū magnum: ꝛ manus tua fortis: ꝛ brachium tuū extētum vbiqȝ. E Cum venerit ergo ꝛ orauerit in hoc loco: tu exaudies in celo in firmamēto habitaculi tui: ꝛ facies oīa pro quibus inuocauerit te alienigena vt discant vniuersi populi terraꝝ nomen tuum timere sicut populus tuus israel: ꝛ probent: qꝛ nomen tuum inuocatum est super domum hanc quā edificaui. Si egressus fuerit populus tu⁹ ad bellum contra inimicos suos ꝑviā quocunqȝ miseris eos: orabunt te contra viā ciuitatis quā elegisti: ꝛ contra domum quam edificaui nomini tuo: ꝛ exaudies in celo orationes eorū ꝛ preces eorum ꝛ facies iudicium eorū. Qꝺ si peccauerint tibi (non est enim homo qui nō peccet) ꝛ iratus tradideris eos inimicis suis: ꝛ captiui ducti fuerint in terram inimicorum longe vel ꝓpe: et egerint penitentiam in corde suo in loco captiuitatis: ꝛ cōuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua dicentes. Peccauimus: inique egim⁹: impie gessimus: et reuersi fuerint ad te i vniuerso corde suo: ꝛ tota anima sua in terra inimicoꝝ suoꝝ ad quam captiui ducti fuerit: ꝛ orauerit te cōtra viā terre sue quā dedisti patribus eorū et ciuitatis quā elegisti: ꝛ tēpli qđ edificaui nomini tuo: exaudies in celo in firmamēto solij tui orationes eoꝝ ꝛ preces eoꝝ: ꝛ facies iudicium eorum: ꝛ ꝓpiciaberis ppl̄o tuo qui peccauit tibi: et omnib⁹

Marginalia: F.2.a. — De iuramēto in ecclesia. 2.par. 6.d. — De exauditione petētium. — Contra siccitatē terre. — Contra famem. — 2.q.5.c.cōsuluisti. 18.q.2.c.ꝑnitiosa. De cōse.di. i.c.fina. — De exauditione alienigene. — Exauditio ꝓ victoria belli. — 2.para.6.g Eccl'ia.8.c 1.Joan.1.d. — Daniel.9.c

iniquitatibus eorum quibus preuaricati sunt in te: et dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint: vt misereantur eis.

F Populus enim tuus est: et hereditas tua quos eduxisti de terra egypti de medio fornacis ferree: vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui et populi tui israel: et exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hereditatem de vniuersis populis terre sicut locutus es per moysen seruum tuum: quando eduxisti patres nostros de terra egypti domine deus. Factum est autem cum compleuisset salomon orans dominum omnem orationem et deprecationem hanc: surrexit de conspectu altaris domini. Utrumque enim genu in terram fixerat et manus expanderat in celum. Stetit ergo et benedixit omni ecclesie israel voce magna dicens. Benedictus dominus deus qui dedit requiem populo suo israel iuxta omnia que locutus est. Non cecidit ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis que locutus est per moysen seruum suum. Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris: non derelinquens nos neque proijciens sed inclinet corda nostra ad se vt ambulemus in vniuersis vijs eius: et custodiamus mandata eius et cerimonias eius et iudicia quecunque mandauit patribus nostris: et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino appropinquantes domino deo nostro die ac nocte: vt faciat iudicium seruo suo: et populo suo israel per singulos dies: vt sciant omnes populi terre: quia dominus ipse est deus: et non est vltra absque eo. Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino deo nostro vt ambulemus in decretis eius: et custodiamus mandata eius sicut et hodie. Igitur rex et omnis israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactauitque salomon hostias pacificas quas immolauit domino: boum viginti duo milia: et ouium centum viginti milia. Et dedicauerunt templum domini rex et filij israel. In die illa sanctificauit rex medium atrij quod erat ante domum domini. Fecit quippe holocaustum ibi et sacrificium et adipem pacificorum: quoniam altare ereum quod erat coram domino minus erat et capere non poterat holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum. Fecit ergo salomon in tempore illo festiuitatem celebrem et omnis israel cum eo multitudo magna ab introitu emath vsque ad riuum egypti coram domino deo nostro septem diebus et septem diebus: id est quatuordecim diebus: et in die octaua dimisit populos. Qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua letantes: et alacri corde super omnibus bonis que fecerat dominus dauid seruo suo: et israel populo suo.

Bndictio salomonis supra ecclesia israel.

G Immolantur victime: et dedicatur templum festiuitate celebri.

De consecratione dist. i. c. fecit ergo salomon. et c. solemnitates.

¶ C. S. De apparitione secunda domini ad salomonem: de oppidis datis hiram a salomone: pharao dat gazer in dotem filie: salomon edificat ciuitates: omnem populum populo israel excepto facit tributarios: de filijs israel neminem seruire compulit: classem mittit in ophir ad aurum reportandum. Capitulum. ix.



Factum est autem cum perfecisset salomon edificium domus domini: et edificium regis: et omne quod optauerat et voluerat facere: apparuit ei dominus secundo sicut apparuerat ei in gabaon. Dixitque dominus ad eum. Exaudiui orationem tuam et deprecationem tuam quam deprecatus es coram me. Sanctificaui domum hanc quam edificasti vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum: et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis et in equitate: et feceris omnia que precepi tibi: et iudicia mea et legitima mea seruaueris: ponam thronum regni tui super israel in sempiternum: sicut locutus sum dauid patri tuo dicens. Non auferetur vir de genere tuo de solio israel. Si autem auersione auersi fueritis vos et filij vestri non sequentes me: nec custodientes mandata mea et cerimonias quas proposui vobis: sed abieritis et colueritis deos alienos: et adoraueritis eos auferam israel de superficie terre quam dedi eis: et templum quod sanctificaui nomini meo proijciam a conspectu meo: eritque israel in prouerbium et in fabulam cunctis populis: et domus hec erit in exemplum. Omnis qui transierit per eam stupebit et sibilabit et dicet. Quare fecit dominus sic terre huic et domui huic. Et respondebunt. Quia dereliquerunt dominum deum suum qui eduxit patres eorum de terra egypti et secuti sunt deos alienos et coluerunt eos et adorauerunt eos: idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. Expletis autem annis viginti postquam edificauerat salomon duas domos. i. domum domini et domum regis: hiram rege tyri prebente regi salomoni ligna cedrina et abiegna et aurum iuxta omne quod opus habuerat:

A 2. paral. 7. c. Secunda apparitio domini ad salomonem cui fit promissio petitionum ob seruantibus legem. De pe. di. 2. c. si enim.

B

Deut. 29. c. Hier. 22. c.

tunc dedit salomō hirā viginti oppi-

Salomon dat hirā regi viginti oppida.

da in terra galilee. Et egressus ē hirā
de tyro vt videret oppida q̄ dederat ei
salomō ꝛ nō placuerūt ei: ꝛ ait. Hecci
ne sūt ciuitates quas dedisti mihi fra

C

ter? Et appellauit eas terram chabul
vsq3 in diē hanc. Misit quoq3 hirā ad
regē salomonē centūviginti talēta au
ri. Hec est summa expēsarū quā obtu-
lit rex salomō ad edificādā domū dn̄i
ꝛ domū suā: ꝛ mello ꝛ murū hierusalē

pharao dat dotem vxori salomonis.

et heser et mageddo et gazer. Pharao
rex egypti ascēdit ꝛ cepit gazer: succē
dit q3 eā igni: ꝛ chananeū q̄ habitabat
in ciuitate interfecit ꝛ dedit eā ī dotē
filie sue vxori salomonis. Edificauit
ergo salomō gazer ꝛ bethorō inferiorē
et balaad ꝛ palmirā in terra solitudi-
nis: ꝛ oēs vicos qui ad se ꝑtinebāt: et
erāt absq3 muro: muniuit et ciuitates
curruū ꝛ ciuitates equitū: ꝛ quodcūq3
ei placuit: vt edificaret in hierusalē et
in libano et in oī terra potestatis sue.
Uniuersū ppl'm q̄ remāserat de amor
reis ꝛ de ethels ꝛ phereseis ꝛ eueis et

Alienigene et filij isrl' fiūt tributarij.

iebuseis: q̄ nō sunt de filijs isrl'. Horū
filios qui remāserāt in terra: quos nec
nō potuerāt filij israel exterminare fe
cit salomō tributarios vsq3 ī diē hāc.

D

De filijs aūt israel nō ɔstituit rex salo
mon seruire quēꝙ: s3 erāt viri bellato
res ꝛ ministri ei⁹: ꝛ ꝓcipes ꝛ duces et

De prepositis salomonis.

ꝓfecti curruū ꝛ equoꝝ. Erāt aūt princi
pes super omnia opera salomonis pre
positi quingentiquinquaginta qui ha
bebant subiectum populum: et statu-
tis operibus imperabāt. Filia autem
pharaonis ascendit de ciuitate dauid
in domum suam quam edificauerat ei
salomon. Tunc edificauit mello. Offe
rebat quoq3 salomon tribus vicibus
per annos singulos holocausta: et pa-
cificas victimas sup altare quod edi-
ficauerat domino: et adolebat thymia

De classe salomonis.

ma coram domino. Perfectumq3 est tē
plum. Classem quoq3 fecit rex salomō
in asiongaber que est iuxta hailā ī lit-
tore maris rubri in terra idumee. Mi
sitq3 hiram in classe illa seruos suos vi
ros nauticos et gnaros maris cum ser
uis salomonis. Qui cum venissent in
ophir sumptum inde aurum quadrin-
gentorum viginti talentorum detule-
runt ad regem salomonem.

¶ Ca. X. Uenit regina saba hierl'm et
obstupescit: dat et accipit munera: fe-
cit rex salomon ducēta scuta aurea et
thronum eburneum: de classe regis et
abundantia et equis. Capitulum. x.

A



Ed et regina saba audita
fama salomonis ī nomine

8. q. i. ca. vereor.

domini venit tētare eū in
enigmatib⁹. Et īgressa hie

De regina saba veniēte ad salomonem.

rusalē multo cū comitatu
et diuitijs camelis portan
tib⁹ aromata ꝛ aurū infinitū nimis et

2. para. 9. d
Mat. 12. b.
Luce. 11. d.

gemmas preciosas venit ad regem sa-
lomonem: et locuta est ei vniuersa que
habebat ī corde suo. Et docuit eam sa
lomon omnia verba que proposuerat.
Non fuit sermo qui regem posset late-
re ꝛ non responderet ei. Uidens autē
regina saba omnem sapientiam salo-
monis: et domū quam edificauerat: et
cibos mense eius: et habitacula seruo-
rū: et ordines ministrantium vestesq3
eorū: et pincernas: ꝛ holocausta que of
ferebat in domo domini: non habebat

Regina saba admiratur sapientiā salomonis: diuitias: ꝛ magnificētiā.

vltra spiritum: dixitq3 ad regem. Ue-
rus est sermo quē audiui in terra mea
super sermonibus tuis ꝛ super sapien
tia tua: et non credebam narrantibus
mihi donec ipse veni ꝛ vidi oclis meis:
et ꝓbaui qd media pars mihi nūciata
non fuerit. Maior est sapientia ꝛ ope

B

ra tua ꝙ rumor quem audiui. Beati vi
ri tui ꝛ beati serui tui qui hic stant co
ram te semper: et audiunt sapientiam
tuam. Sit dominus de⁹ tuus benedi-
ctus cui cōplacuisti et posuit te super
thronū israel: eo quod dilexerit domi
nus israel in sempiternum: ꝛ cōstituit
te regē vt faceres iudicium et iustitiā.
Dedit ergo regi cētūviginti talēta au-
ri: ꝛ aromata multa nimis et gemmas
preciosas. Non sunt allata vltra aro-
mata tam multa ꝙ ea que dedit regi-
na saba regi salomoni. S3 ꝛ classis hi
ram que portabat aurum de ophir at-
tulit ex ophir ligna tina multa nimis
et gemmas preciosas. Fecitq3 rex de li
gnis tinis fulcra domus domini et do
mus regie: ꝛ cytharas lyrasq3 cantori-
bus. Non sunt allata huiusmodi ligna
tina neq3 visa vsq3 in ꝑsentē diem. Rex
aūt salomō dedit regine saba oīa que
voluit et petiuit ab eo: exceptis his q̄
vltro obtulerat ei munere regio. Que
reuersa est ꝛ abijt in regionē suam cū
seruis suis. Erat autem pondus auri

C

quod offerebatur salomoni per annos
singulos sexcentorumsexagintasex ta-
lentorū auri: excepto eo qd offerebant
viri qui super vectigalia erant ꝛ nego

ciatores vniuersiq; scuta vendentes: et
omnes reges arabie: ducesq; terre. Fe-
cit quoq; rex salomon ducēta scuta de
auro purissimo. Sexcētos auri siclos
dedit in laminas scuti vnius: et trecē-
tas peltas ex auro pbato. Trecenteq;
mine auri: vnam peltam vestiebāt. Po
suitq; eas rex in domo saltus libani.
Fecit etiam rex salomō thronū de ebo
re grandem et vestiuit eum auro fuluo
nimis qui habebat sex grad⁹. Et sum-
mitas throni rotūda erat in parte po
steriori: et due man⁹ hinc atq; inde te-
nentes sedile: et duo leones stabāt iu-
xta manus singulas: et duodecim leun
culi stantes super sex gradus hinc atq;
inde. Non est factum tale opus in vni-
uersis regnis. Sed et omnia vasa de
quibus potabat rex salomon erāt au-
rea et vniuersa supellex domus saltus
D libani de auro purissimo. Non erat ar
gentum nec alicuius precij putabatur
in dieb⁹ salomonis: quia classis regis
per mare cū classe hirā semel per tres
annos ibat in tharsis deferēs inde au-
rum ⁊ argentū: ⁊ dentes elephantorū:
2.para.9.c. et simias et pauos. Magnificatus est
ergo rex salomon sup oēs reges terre
diuitijs ⁊ sapientia. Et vniuersa terra
desiderabat vultum salomonis: vt au-
diret sapientiā eius quā dederat de⁹
in corde eius. Et singuli deferebant ei
munera: vasa argentea et aurea: vestes
et arma bellica: aromata q́z et equos
et mulos per annos singulos. Congre
gauitq; salomō currus et equites ⁊ fa
cti sunt ei mille quadringenti currus
et duodecim milia equitum: et dispo-
suit eos p ciuitates munitas: ⁊ cum re
ge in hierusalem. Fecitq; vt tāta esset
abundantia argenti in hierusalē quan
ta ⁊ lapidū ⁊ cedrorū prebuit multitu
dinē quasi sycomoros que nascūtur in
cāpestribus. Et educebantur equi sa-
lomoni de egypto ⁊ de choa. Negocia-
tores cū regis emebāt de choa ⁊ statu
to precio perducebāt. Egrediebat̃ au-
tem quadriga ex egypto sexcētis siclis
argenti: ⁊ equos centūquinquaginta.
Atq; in hunc modū cūcti reges ethco-
rum ⁊ syrie equos venundabant.

¶ C.S. De septingētis vxoribus ⁊ tre
cētis ocubinis regis per quas salomō
pûaricatus est: cōminat̃ ei dn̄s: ⁊ susci
tat aduersarios ei adad razon et hie-
roboā: de cōcisione regni: de ahia pro-
pheta ad hieroboam misso: salomō vo
luit interficere hieroboam: sed fugit:
de morte salomonis. Capitulum.xi.


Ex autem salomon adama A
uit mulieres alienigenas Numerus
multas: filiam quoq; pha- vxorū et cō
raonis ⁊ moabitidas ⁊ am cubinar̃ sa
monitidas: idumeas et sy- lomonis: ⁊
donias et ethçeas: de gentibus super p eas idola
quibus dixit dn̄s filijs israel. Non in- trantis.
gredimini ad eas: neq; de illis īgredia̅ Eccli.47.c
tur ad vestras. Certissime enim auer- Exo.34.b.
tent corda vestra: vt sequamini deos Deut.22.c.
earū. His itaq; copulatus est salomon
ardentissimo amore. Fueruntq; ei vxo-
res quasi regine septingente: et concu-
bine trecente. Et auerterunt mulieres
cor eius. Cumq; iam esset senex: depra- Cant.6.a.
uatum est cor eius per mulieres: vt se-
queretur deos alienos: nec erat cor ei⁹
perfectum cum domino deo suo: sicut
cor dauid patris eius. Sed colebat sa
lomon astarthen deam sidoniorum et
chamos deum moabitarum ⁊ moloch
idolum ammonitarum. Fecitq; salo- B
mon quod non placuerat coram domi
no: ⁊ nō adimpleuit vt sequeretur do-
minum sicut dauid pater eius. Tunc
edificauit salomon phanum chamos
idolo moab in monte qui est cōtra hie
rusalem: ⁊ moloch idolo filiorum am-
mon. Atq; in hunc modum fecit vni-
uersis vxoribus suis alienigenis que
adolebant thura et immolabant dijs
suis. Igitur iratus est domin⁹ salomo In punitio
ni quod auersa esset mens eius a do- ne idola-
mino deo israel qui apparuerat ei se- trie salo-
cundo: et p̄ceperat de verbo hoc ne se- monis p̄di
queretur deos alienos: ⁊ non custodi- cit̃ diuisio
uit que mandauit ei dominus. Dixit regni ⁊ sus
itaq; dominus salomoni. Quia habui scitat̃ ɔtra
sti hoc apud te et non custodisti pactū salomonē
meum et precepta mea que mandaui adad.
tibi disrūpens scindam regnum tuuz:
⁊ dabo illud seruo tuo. Verūtamen in
diebus tuis nō faciam propter dauid
patrem tuum. De manu filij tui scindā C
illud: nec totum regnum auferam: sed
tribum vnam dabo filio tuo propter
dauid seruū meum: ⁊ hierusalē quam
elegi. Suscitauit autem dominus ad-
uersarium salomoni adad idumeum de
semine regio: qui erat in edom. Cum
enim esset dauid in idumea: et ascen-
disset ioab princeps militie ad sepe-
liendum eos qui fuerant interfecti: et
occidisset omne masculinum in idu-
mea. Sex cū mēsibus ibi moratus est

ioab ⁊ oīs isrl̄ donec īterimeret omne
masculinū in idumea. Fugit adad ipe
et viri idumei de seruis patris eius cū
eo: vt ingrederetur egyptū. Erat autē
adad puer paruulus. Cūqꝫ surrexissēt
D de madian venerunt in pharam. Tule
runtqꝫ secū viros de pharan ⁊ introie-
runt egyptū ad pharaonē regē egypti.
Qui dedit ei domū ⁊ cibos cōstituit: ⁊
terrā delegauit. Et inuenit adad grāz
corā pharaone valde: intantū vt daret
ei vxorem sororem vxoris sue germanā
taphnes regie. Genuitqꝫ ei soror taph-
nes genebath filiū ⁊ nutriuit eū taph-
nes in domo pharaonis. Eratqꝫ gene-
bath habitās apud pharaonē cū filijs
eiꝰ. Cūqꝫ audisset adad in egypto dor
misse dauid cū patribꝰ suis: ⁊ mortuū
esse ioab ꝑncipē militie dixit pharao-
ni. Dimitte me vt vadā in terrā meam.
Gen. 30. d. Dixitqꝫ ei pharao. Qua enī re apd̄ me
Razon a indiges vt queras ire in terrā tuā? At
deo suscita ille rn̄dit. Nulla. Sed obsecro te vt di
tur contra mittas me. Suscitauit quoqꝫ ei deus
salomonē aduersariū razō filiū eliadā q̄ fugerat
ppt̄ pctm̄ adadezer regē soba dn̄m suū: ⁊ congre
suum. gauit cōtra eū viros ⁊ factus est prin-
E ceps latronū cū īterficeret eos dauid:
abierūtqꝫ damascū ⁊ habitauerūt ibi:
et ꝯstituerūt eū regē ī damasco: eratqꝫ
aduersariꝰ israel cūctis diebꝰ salomo
nis. Et hoc est malū adad ⁊ odiū cōtra
Hieroboā israel: regnauitqꝫ ī syria. Hieroboam
cōtra salo- quoqꝫ filiꝰ nabath euphrateus de sare-
monem. da seruus salomonis cuius mater erat
noīe serua: mulier vidua leuauit manū
ꝯtra regē. Et hec est cā rebellionis ad-
uersus eū: qꝛ salomō edificauit mello:
et coequauit voraginē ciuitatis dauid
patris sui. Erat aūt hieroboā vir for-
tis et potens. Uidēsqꝫ salomon adole
scentē bone indolis et industrium: cō-
stituerat eū ꝑfectū super tributa vni-
uerse domꝰ ioseph. Factū est igitur in
tp̄e illo vt hieroboā egrederet̄ de hie-
rusalē: et inueniret eū ahias silonites
Ahias pro ꝓpheta ī via opertꝰ pallio nouo. Erāt
pheta diui aūt duo tm̄ in agro. Apprehēdensqꝫ
sit pallium ahias palliū suū nouū quo opertus erat
ī xij. ꝑtes ī scidit ī duodecim partes: et ait ad hie
signum di- roboā. Tolle tibi decē scissuras. Hec
uisionis re enī dicit dn̄s deus israel. Ecce ego scin
gni salomo dā regnū de manu salomonis: et dabo
nis. tibi decē tribꝰ. Porro vna tribꝰ rema
F nebit ei propter seruum meū dauid et
hierusalē ciuitatē quam elegi ex omni
bus tribubꝰ israel: eo quod dereliquē-

rit me: et adorauerit astarthē deā sydo
niorū: ⁊ chamos deū moab: et moloch
deū filiorū ammon: et nō ambulauerit
in vijs meis vt faceret iustitiā coram
me: ⁊ precepta mea et iudicia sicut da-
uid pater eius. Nec auferā oē regnū
de manu eius: sed ducē ponā eū cūctis
diebus vite sue: propter dauid seruum
meū quē elegi: qui custodiuit mādata
mea et precepta mea. Auferā autem re Promittit
gnum de manu filij eiꝰ: ⁊ dabo tibi de- hieroboā
cem tribus: filio autē eius dabo tribū decem par-
vnam: vt remaneat lucerna dauid ser- tes regni ex
uo meo cūctis diebus coram me in hie hortando
rusalem ciuitate quā elegi: vt esset no- ad ꝑcepta.
men meū ibi. Te autē assumā ⁊ regna- G
bis sup oīa q̄ desiderat aīa tua: erisqꝫ
rex super israel. Si igit̄ audieris om-
nia q̄ precepero tibi: ⁊ ambulaueris in
vijs meis: et feceris qd̄ rectū est coram
me custodiens mandata mea et prece-
pta mea sicut fecit dauid seruus meus
ero tecū et edificabo tibi domū fidelē
quomodo edificauit dauid domum: et
tradā tibi israel: ⁊ affligā semē dauid
super hoc: verūtamen non cunctis die
bus. Uoluit ergo salomon interficere
hieroboam. Qui surrexit ⁊ aufugit in
egyptū ad sesac regem egypti: ⁊ fuit in
egypto vsqꝫ ad mortē salomonis. Re- 2. para. 9. g
liquū aūt verborū salomonis et oīa q̄
fecit ⁊ sapiētia eius: ecce vniuersa scri
pta sunt in libro verborum dierum sa Salomon
lomonis. Dies aūt quos regnauit salo moritur: et
mon in hierusalē sup omnē israel qua roboā sur-
draginta anni sunt. Dormiuitqꝫ salo- rogatur.
mon cū patribꝰ suis: et sepultus est in
ciuitate dauid p̄ris sui: regnauitqꝫ ro
boam filius eius pro eo.

¶ C. S. De roboā qui consilio vsus est
iuuenum: ⁊ tm̄ super duabus tribubus
rex constituitur: hieroboam autem su
per decem tribus: de semeia propheta
ad roboam misso: de vitulis aureis quos
fecit hieroboam. Capitulum. xij.

H
VEnit autē roboā in sichē. Il- 2. pa. 10. a.
lic enī cōgregatꝰ erat oīs po Roboā cru
pulus israel ad cōstituendū delitate
eū regē. At vero hieroboam vsus et cōsi
filius nabath cū adhuc esset lio iuuenū
in egypto profugus a facie regis salo- ꝑdit decē
monis: audita morte eius reuersus est ꝑtes regni.
de egypto. Miserūtqꝫ ⁊ vocauerūt eū.
Uenit ergo hieroboā ⁊ oīs multitudo
israel: ⁊ locuti sunt ad roboā dicētes.
Pater tuus durissimū iugū imposuit
nobis: tu itaqꝫ nunc imminue paululū

de imperio patris tui durissimo: et de
iugo grauissimo qd imposuit nobis: et
seruiemus tibi. Qui ait eis. Ite vsqz ad
tertiā diē et reuertimini ad me. Cūqz
abiisset ppls iniit cōsiliū rex roboam
cū seniorib⁹ q̄ assistebant corā salomo
B ne patre ei⁹ dum adhuc viueret: et ait
eis. Qd datis cōsiliū vt respondeā po
pulo? Qui dixerunt ei. Si hodie obe-
dieris populo huic et seruieris: et peti
tioni eorū cesseris: locutusqz fueris ad
16.q.1.c. co- eos verba lenia: erunt tibi serui cūctis
dicēdia. diebus. Qui dereliquit cōsiliū senum
qd dederāt ei: et adhibuit adolescētes
q̄ nutriti fuerant cū eo: et assistebāt il-
li: dixitqz ad eos. Qd mihi datis consi
liū vt respondeā populo huic? q̄ dixe-
rūt mihi: leuius fac iugū qd imposuit
pater tuus sup nos? Et dixerūt ei iuue
C nes q̄ fuerāt cū eo. Sic loquere popu-
2.paralī.10.c lo huic q̄ loquuti sunt ad te: dicentes.
Pater tuus aggrauauit iugū nr̄m: tu
releua nos. Sic loqueris ad eos. Mi-
nim⁹ digitus me⁹ grossior est dorso pa
tris mei. Et nunc pater me⁹ posuit sup
vos iugū graue: ego aūt addā sup iugū
vestrū. Pater meus cecidit vos flagel-
lis: ego aūt cedā vos scorpionib⁹. Ue-
nit ergo hieroboā: et ois popul⁹ ad ro
boā die tertia sicut locutus fuerat rex
D dicens. Reuertimini ad me die tertia.
Rn̄ditqz rex pplo dura: derelicto cōsi-
lio seniorū qd ei dederāt: et locutus est
eis ſm cōsiliū iuuenum dicens. Pater
me⁹ aggrauauit iugū vestrū: ego autē
addā iugo vestro. Pater meus cecidit
vos flagellis: ego aūt cedā vos scorpio
nib⁹. Et nō acquieuit rex populo: qm̄
auersatus fuerat eū dn̄s vt suscitaret
verbū suū qd locutus fuerat in manu
2.paralī.10.d abie silonite ad hieroboam filium na
bath. Uidēs itaqz popul⁹ q̄ noluisset
eos audire rex rn̄dit ei dicēs. Que no-
bis pars in dauid: vel q̄ hereditas in fi
lio isai? Uade in tabernacula tua isrl̄:
nūc vide domum tuam dauid. Et abiit
E isrl̄ i tabernacula sua. Sup filios aūt
israel quicūqz habitabāt in ciuitatib⁹
iuda regnauit roboam. Misit ergo ro
boam adurā qui erat super tributa: et
lapidauit eum ois israel et mortu⁹ est.
Porro rex roboā festinus ascēdit cur-
7.q.1.c. de- rum et fugit in hierusalem: recessitqz
nicqz. israel a domo dauid vsqz in presentem
Hieroboā diem. Factū est autē cum audisset ois
cōstituitur israel quod reuersus esset hieroboam:
super oēm miserunt et vocauerūt eum cōgregato
cetu: et cōstituerūt eū regē sup omnem israel: tri-
israel: nec secutus est quippiā domum bu iuda et
dauid pter tribū iuda solā. Uenit aūt beiamin re
roboam hierusalem et cōgregauit vni- manētibus
uersam domū iuda et tribū beniamin solū ipsi ro
centūoctoginta milia electorū virorū boam.
et bellatorū: vt pugnarēt cōtra domū Tob.1.a.
israel: et reducerēt regnum roboā filio 2.para.11.f.
salomonis. Factus est autē sermo dn̄i Ecclesia.
ad semeiā virū dei: dicēs. Loqre ad ro 47.d.
boā filium salomonis regē iuda: et ad
omnē domū iuda et beniamin: et reli-
quos de populo dicēs. Hec dixit dn̄s.
Nō ascēdetis neqz bellabitis cōtra fra F
tres vestros filios israel: reuertat vir
in domū suā. A me eīm factū est verbū
hoc. Audierūt sermonē dn̄i: et reuersi Roboā pa
sunt de itinere sicut eis pceperat dn̄s. rat bellum
Edificauit aūt hieroboā sichem in mō ↄtra hiero
te ephraim: et habitauit ibi. Et egres- boā: sed re
sus inde edificauit phanuel. Dixitqz uocat a do
hieroboā in corde suo. Nūc reuertetur mino.
regnū ad domū dauid. Si ascenderit De vitulis
populus iste vt faciat sacrificia in do- aureis fact
mo dn̄i in hierl'm: et cōuertet cor ppli per hiero-
hui⁹ ad dn̄m suū roboā regē iuda: in- boā et ido-
terficiētqz me et reuertent ad eū. Et ex latria.
cogitato cōsilio fecit duos vitulos au-
reos: et dixit eis. Nolite vltra ascēdere Exo.32.b.
in hierusalē. Ecce dii tui israel qui te
eduxerūt de terra egypti: posuitqz vnū
in bethel: et alterū in dan: et factum est G.
verbū hoc in peccātū. Ibat eīm populus
ad adorandū vitulū vsqz in dan. Et fe
cit phana in excelsis: et sacerdotes de
extremis populi q̄ nō erāt de filiis le-
ui. Cōstituitqz diē solēnē in mēse octa
uo quintadecima die mēsis in similitu
dinē solēnitatis q̄ celebrabat in iuda.
Et ascēdēs altare similiter fecit in be-
thel: vt immolaret vitulis quos fabri
catus fuerat. Cōstituitqz in bethel sa 2.paralī.11.c.
cerdotes excelsorū que fecerat: et ascē
dit super altare quod extruxerat in be
thel: quintadecima die mensis octaui
quem finxerat de corde suo. Et fecit so
lennitatē filiis israel: et ascendit super
altare vt adoleret incensum.

¶C.S. De viro dei q̄ vēit i bethel: q̄ de
iosia nascituro prophetauit: signū dat
de effusiōe cinis: et man⁹ hieroboā q̄li-
ter aruit et restituta est: q̄ panē cum re
ge noluit comedere: a ppheta qdā re-
duct⁹ est: et cū eo panē comedit et a leo-
ne percussus est: q̄ leo et asinus stabant
iuxta cadauer: de sepultura eius facta
a propheta q̄ eū seduxerat. Capi.xiii.

A

Propheta dñi p̄dicit hierobo⁊ subuersionē idolorū et sacerdotū p signū.

[E]T ecce vir dei venit de iuda in sermone dñi in bethel: hieroboā stāte sup altare ⁊ thus iaciēte: ⁊ exclamauit contra altare in sermone domini: ⁊ ait. Altare altare: hec dicit dominus. Ecce fili⁹ nascetur domui dauid iosias nomine: et imolabit super te sacerdotes excelsoꝝ qui nunc in te thura succendūt: et ossa hominū sup te incēdet. Deditq̄ i illa die signū dicēs. Hoc erit signū qđ locut⁹ est domin⁹. Ecce altare scindet: et effundet cinis q̄ in eo est. Cūq̄ audisset rex sermonē hoīs dei quē inclamauerat contra altare in bethel: extēdit manū suā de altari dicēs. Apprehēdite eum. Et exaruit manus eius quā extēderat cōtra eū: nec valuit retrahere eam ad se. Altare quoq̄ scissum est: et effusus est cinis de altari: iuxta signū qđ predixerat vir dei i sermone dñi. Et ait rex ad virū dei. Dep̄care faciē dñi dei tui: et ora pro me vt restituat man⁹ mea mihi. Orauitq̄ vir dei faciē dñi: ⁊ reuersa est manus regis ad eū: et facta est sicut prius fuerat. Locutus est autē rex ad virū dei. Ueni mecū domū vt prandeas: et dabo tibi munera. Respōditq̄ vir dei ad regem. Si dederis mihi mediā partē dom⁹ tue non veniā tecū nec comedā panem: neq̄ bibā aquam in loco isto. Sic enī mādatū ē mihi i sermone dñi precipiētis: nō comedes panē neq̄ bibes aquā: nec reuerteris p viam qua venisti. Abijt ergo per aliam viā ⁊ nō est reuersus per iter quo venerat in bethel. Prophetes autem quidam senex habitabat in bethel ad quē venerūt filij sui: et narrauerunt ei oīa opera que fecerat vir dei illa die in bethel. Et verba que locutus fuerat ad regem narrauerūt patri suo. Et dixit eis pater eorū. Per quam viam abijt? Ostenderunt ei filij sui viā per quam abierat vir dei qui venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent ascendit et abijt post virum dei: et inuenit eum sedētē subtus therebinthuȝ. Et ait illi. Tu ne es vir dei qui venisti de iuda. Respondit ille. Ego sum. Dixitq̄ ad eum. Ueni mecum domuȝ vt comedas panem. Qui ait. Nō possum reuerti neq̄ venire tecuȝ nec comedā panē neq̄ bibam aquam in loco isto: quia locut⁹ est domin⁹ ad me in sermone domini dicēs. Non comedas panē et nō bibas aquā ibi: nec reuerteris per viam qua ieris. Qui ait illi. Et ego ꝓpheta sum similis tui. Et angelus locutus est mihi in sermone dñi dicens. Reduc eū tecū in domū tuā: vt comedat panē et bibat aquam. Fefellit eū et reduxit secū. Comedit ergo panem in domo eius: ⁊ bibit aquam. Cūq̄ sederēt ad mensam: factus est sermo dñi ad prophetā qui reduxerat eū. Et exclamauit ad virum dei q̄ venerat de iuda dicēs. Hec dicit dominus. Quia nō obediens fuisti ori domini: et non custodisti mandatū qđ precepit tibi dñs de⁹ tuus: ⁊ reuersus es: ⁊ comedisti panē ⁊ bibisti aquam in loco in quo p̄cepit tibi ne comederes panē neq̄ biberes aquam: non inferetur cadauer tuum in sepulchrū patrum tuorū. Cūq̄ comedisset et bibisset: strauit asinum suū propheta quē reduxerat. Qui cū abijsset: inuenit euȝ leo i via: ⁊ occidit. Et erat cadauer ei⁹ proiectum in itinere. Asinus autē stabat iuxta illum: et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri transeūtes viderūt cadauer proiectum in via: ⁊ leonē stantem iuxta cadauer. Et venerunt et diuulgauerunt in ciuitate: in qua ꝓphetes ille senex habitabat. Quod cū audisset propheta ille qui reduxerat euȝ de via: ait. Uir dei est qui inobediens fuit ori domini: et tradidit ei domin⁹ leoni: ⁊ confregit eum: ⁊ occidit iuxta verbū domini quod locutus est ei. Dixitq̄ ad filios suos. Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent et ille abijsset: inuenit cadauer eius proiectuȝ in via: ⁊ asinū ⁊ leonem stantes iuxta cadauer. Non comedit leo de cadauere: nec lesit asinū. Tulit quoq̄ prophetes cadauer viri dei: et posuit illud super asinum: et reuersus intulit in ciuitatē prophete senis vt plangerent eum: et posuit cadauer eius in sepulchro suo. Et planxerunt eum: heu heu mi frater. Cūq̄ planxissent eum: dixit ad filios suos. Cū mortuus fuero sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepult⁹ est: iuxta ossa ei⁹ ponite ossa mea. Profecto enim veniet sermo queȝ predixit in sermone dñi ꝯtra altare quod est in bethel: et contra omnia phana excelsorū q̄ sunt in vrbibus samarie. Post verba hec nō est reuersus hieroboā de via sua pessima: sed ecōtrario fecit de nouissimis populis sacerdotes excelsoꝝ.

Marginal notes:

A — Propheta dñi p̄dicit hierobo⁊ subuersionē idolorū et sacerdotū p signū.

2. reg. 23 b.

B — Hieroboā manus aruit q̄ apprehēdit prophetā: sed sanatur ad precem prophete.

Propheta iste habebat ex dei p̄cepto de nō comedēdo ⁊ nō redeūdo per eandē viā.

C — Prophetes bethel seduxit prophetā dei vt comedat secū ⁊ ꝯtra preceptuȝ.

D

Propheta dñi p̄dict⁹ occiditur a leone: ⁊ priuatur sepultura.

E

F

Propheta seducēs prophetā dñi.

G

Propter impenitentiā hierobo⁊ euertitur domus eius.

Quicūq3 volebat implebat manū suā:
et fiebat sacerdos excelsorū. Et ꝓpter
hāc causam peccauit dom⁹ hieroboā:
et euersa est ⁊ deleta de supficie terre.
¶ C. S. De prophetia abie ad vxorem
hieroboam: de morte abie filij eius: de
morte hieroboam: de regno nadab fi-
lij eius: de peccatis iude: de sesach re-
ge egypti: qui spoliauit hierusalē: de
scutis aureis ⁊ ereis: de morte roboā:
et regno filij eius. Capitulum. xiiij.

B Abias ꝓpheta ꝑdixit mortem abie: et graué delectionem regni hieroboā. 4. reg. 8. c.

In tpe illo egrotauit abia
fili⁹ hieroboā. Dixitq3 hie-
roboā vxori sue. Surge ⁊
commuta habitū ne cogno
scaris quod sis vxor hiero
boā: et vade in silo vbi est
abias ꝓpheta qui locutus est mihi q
regnaturus essem super populū hunc.
Tolle quoq3 in manu tua decem panes
et crustulā et vas mellis: et vade ad il-
lum. Ipse enī indicabit tibi quid euen
turum sit puero huic. Fecit vt dixerat
hieroboā vxor ei⁹: ⁊ cōsurgēs abijt in
silo: ⁊ venit in domum abie. At ille nō
poterat videre: quia caligauerant ocu
li eius pre senectute. Dixit autē domi-
nus ad abiam. Ecce vxor hieroboā in-
greditur: vt cōsulat te super filio suo
qui egrotat. Hec ⁊ hec loqueris ei. Cū
ergo illa itraret et dissimularet se esse
que erat audiuit abias sonitum pedū
ei⁹ introeūtis per ostium: ⁊ ait. Ingre
dere vxor hieroboam. Quare aliam te
esse simulas? Ego autem missus sum
ad te durus nuncius. Uade et dic hie-
roboā. Hec dicit dominus de⁹ israel.
Quia exaltaui te de medio populi: ⁊ de-
di te ducem super populū meū israel:
et scidi regnū domus dauid: et dedi il
lud tibi: et nō fuisti sicut seruus meus
C dauid qui custodiuit mandata mea: et
secutus est me in toto corde suo faciēs
quod placitum esset in cōspectu meo:
sed operat⁹ es male super omnes qui
fuerunt ante te: ⁊ fecisti tibi deos alie-
nos et cōflatiles vt me ad iracundiam
J. 16. b. 3. 21. f. ꝓuocares: me autē proiecisti post ter-
gum tuum. Idcirco ecce ego inducam
mala super domū hieroboam: ⁊ per-
cutiam de hieroboam mingentem ad
parietem et clausum et nouissimum in
israel: ⁊ mādabo reliquias dom⁹ hie-
roboam sicut mūdari solet fimus vsq3
ad purum. Qui mortui fuerint de hie-
roboam in ciuitate comedent eos ca-
nes: qui autem mortui fuerint in agro
vorabunt eos aues celi: q2 dominus lo
cutus est. Tu igitur surge ⁊ vade in do D
mum tuam: et in ipso introitu pedum
tuorū in vrbem morietur puer: ⁊ plan
get eū omnis israel: et sepeliet. Iste enī
solus inferetur de hieroboam in sepul
chrum: quia inuentus est super eo ser-
mo bon⁹ a domino deo israel in domo
hieroboam. Constituet autem sibi do-
min⁹ regem super israel qui percutiet
domum hieroboam in hac die ⁊ in hoc
tēpore: et percutiet domin⁹ de⁹ israel
sicut moueri solet harundo in aqua.
Et euellet isrl̄ de terra bona hac quam E
dedit patrib⁹ eorum: ⁊ ventilabit eos
trans flumen: quia fecerunt sibi lucos
vt irritarent dominum. Et tradet do-
minus deus israel ꝓpter peccata hie-
roboā q peccauit et peccare fecit isrl̄.
Surrexit itaq3 vxor hieroboā ⁊ abijt
et venit in thersa. Cūq3 illa ingredere
tur limen dom⁹ puer mortu⁹ est ⁊ sepe
lierūt eū. Et plāxit eum omnis israel
iuxta sermonem domini quē locutus
est in manu serui sui abie ꝓphete. Reli F
qua autē verborū hieroboā quomodo De morte
pugnauerit: ⁊ quō regnauerit ecce scri hieroboā ⁊
pta sunt in libro verborū dierū regum tempore re
israel. Dies aūt quib⁹ regnauit hiero- gni sui ac
boam viginti duo anni sunt. Et dormi ꝓ roboā.
uit hieroboā cū patribus suis: regna-
uitq3 nadab fili⁹ eius ꝓ eo. Porro ro-
boam filius salomonis regnauit in iu
da. Quadraginta ⁊ vnius anni erat ro
boā cū regnare cepisset: decē ⁊ septem
annos regnauit in hierusalē ciuitate
quā elegit dñs vt poneret nomē suum
ibi ex omnibus tribub⁹ israel. Nomen 2. para. 12. c
autem matris eius naama amanites. De idola-
Et fecit iudas malum coram domino: tria iude ⁊
et irritauerunt eum super omnibus q roboam ac
fecerāt patres eorum in peccatis suis eiusdē pu-
que peccauerunt. Edificauerunt enim nitione.
et ipsi sibi aras et statuas et lucos sup
omnem collem excelsum: ⁊ subter om-
nem arborem frōdosam: sed et effemi-
nati fuerūt in terra: feceruntq3 omnes
abominationes gētium quas attriuit
dñs ante faciē filiorū isrl̄. In quīto aūt G
anno regni roboā ascendit sesach rex
egypti in hierusalē et tulit thesauros
domus domini et thesauros regios et
vniuersa diripuit. Scuta quoq3 aurea
que fecerat salomō: pro qbus fecit rex
roboam scuta area: ⁊ tradidit ea in ma
num ducum scutariorum ⁊ eorum qui
excubabant aū ostiū dom⁹ regis. Cūq3

Roboā rex iude morit et regnat abia filius eius ꝑ eo.

ingrederet̃ rex in domū dñi portabant
ea q̃ precedi habebāt officiū: ⁊ postea
reportabāt ad armamētariū scutario
rū. Reliqua aūt sermonū roboā ⁊ om-
nia q̃ fecit: ecce scripta sunt ĩ libro ser
monū dierū regū iuda. Fuitq̄ bellū in
ter roboam ⁊ hieroboā cunctis diebꝰ.
Dormiuitq̄ roboā cū patribꝰ suis: et
sepultꝰ est cū eis in ciuitate dauid. No
men autem matris eiꝰ naama amani-
tes: et regnauit abia filius eius ꝑ eo.

¶ C. S. De abia q̃ fecit malum: ⁊ q̄ da
uid fecit rectum excepto sermone vrie
ethei: de pugna abie cum hieroboā: de
asa q̃ regnauit post abiā q̃ fecit rectū:
de prelio inter asa ⁊ baasa regē israel:
de adiutorio benadab regi asa: de mor
te asa: ⁊ de dolore pedum eius: de iosa
phat q̃ successit ei: de nadab rege filij
hieroboam occiso: de baasa qui regna
uit post eum qui percussit omnem do-
mum hieroboam. Capitulum. xv.

A

Abia rex iude regnat vitiose et morit.



Gitur in octauodecimo anno
regni hieroboā filij nabath:
regnauit abia sup iudā. Tri
bus annis regnauit in hieru
salē. Nomē matris eiꝰ maa-
cha filia abessalō: ambulauitq̄ in oībꝰ
peccatis patris sui q̃ fecerat ante eū: nec
erat cor eiꝰ perfectū cū dño deo suo si-
cut cor dauid pr̃is eiꝰ. Sed ꝓpter da-
uid dedit ei dñs deus suus lucernā in
hierusalē vt suscitaret filium eiꝰ post
eū: et staret ĩ hierusalē eo q̄ fecisset da
uid rectū ĩ oculis dñi: ⁊ nō declinasset
ab omnibus que preceperat ei cūctis
diebus vite sue: excepto sermone vrie
ethei. Attamen bellū fuit inter abiam
B et hieroboā oī tpe vite eius. Reliqua
autē sermonū abie ⁊ oīa q̃ fecit: nonne
hec scripta sunt in libro verboꝝ dierū
regū iuda. Fuitq̄ preliū inter abiā et
inter hieroboā. Et dormiuit abia cum
patribꝰ suis: ⁊ sepelierūt eū ĩ ciuitate
dauid: regnauitq̄ asa filiꝰ eiꝰ ꝑ eo. In
anno ergo vicesimo hieroboam regis
isrl̃ regnauit asa rex iuda: ⁊ quadragi
ta ⁊ vno anno regnauit in hierusalem.
Nomē matris eiꝰ maacha filia abessa-
lon: et fecit asa rectū ante ↄspectū dñi
sicut dauid pr̃ eiꝰ: ⁊ abstulit effemina-
tos de terra: purgauitq̄ vniuersas sor
des idoloꝝ q̃ fecerāt patres eiꝰ. Insup
et maacham matrem suam amouit: ne
esset princeps in sacris priapi ⁊ ĩ luco
C eius quē consecrauerat. Subuertitq̄
specum eius: ⁊ cōfregit simulacrū tur-

1 Paral. .4. a. De asa rege iude ṽtuoso.


pissimum et cōbussit in torrēte cedrō.
Excelsa aūt non abstulit. Veruntā cor
asa perfectū erat cum dño deo suo cun
ctis diebꝰ suis: et intulit ea que sancti
ficauerat pr̃ suus ⁊ vouerat in domum
dñi: argētum ⁊ aurum ⁊ vasa. Bellum
aūt erat inter asa ⁊ baasa regem israel
cūctis diebus eoꝝ. Ascēdit quoq̄ baa-
sa rex israel in iudā: ⁊ edificauit rama
vt nō posset q̄spiā egredi vel ĩgredi de
parte asa regis iude. Tollēs itaq̄ asa D
oē argētū ⁊ aurū qđ remāserat in the-
sauris domꝰ dñi: ⁊ ĩ thesauris domus
regie dedit illud in manꝰ seruoꝝ suoꝝ
⁊ misit ad benadab filiū tabrēmō filij
ezion regē syrie q̃ habitabat in dama-
sco dicēs. Fedus est inter me ⁊ te: ⁊ in-
ter patrē meū ⁊ patrē tuū: ideo misi ti
bi munera argētū ⁊ aurū: ⁊ peto vt ve-
nias ⁊ irritū facias fedus qđ habes cū
baasa rege israel: ⁊ recedat a me. Acq̃e
scēs benadab regi asa misit principes
exercitus sui in ciuitates israel: ⁊ ꝑcus
serunt ahion ⁊ dan et abel domū maa-
cha ⁊ vniuersam cenneroth: omnē sci E
terrā neptalim. Qđ cū audisset baasa
intermisit edificare rama: ⁊ reuersus est
in thersa. Rex aūt asa nūcium misit in
oēm iudā dicēs. Nemo sit excusatꝰ. Et
tulerūt lapides de rama ⁊ ligna eiꝰ q̃-
bus edificauerat baasa: et extruxit de
eis rex asa: gabaa: bēiamin: ⁊ maspha.
Reliq̄ aūt oīm sermonū asa: ⁊ vniuerse
fortitudines eiꝰ: ⁊ cūcta q̃ fecit: ⁊ ciui
tates quas extruxit: nonne hec scripta
sunt in libro verborum dierum regum 2.pa.10.b.
iuda? Veruntamē in tempore senectu-
tis sue doluit pedes: ⁊ dormiuit cū pa
tribus suis: ⁊ sepultꝰ est cum eis in ci- F
uitate dauid pr̃is sui. Regnauitq̄ io-
saphat filius eius pro eo. Nadab vero
filius hieroboā regnauit super israel
anno secūdo asa regis iuda: regnauit-
q̄ super israel duobꝰ annis: ⁊ fecit qđ
malum est in conspectu domini: ⁊ am-
bulauit in vijs patris sui: et in pecca-
tis eius quibꝰ peccare fecit israel. In-
sidiatus est autem ei baasa filius abie
de domo isachar: et ꝑcussit eū in gebe-
thon q̃ est vrbs philistinoꝝ. Siquidem
nadab ⁊ omnis israel obsidebant gebe
thō. Interfecit ergo illū baasa in anno
tertio asa regis iuda: ⁊ regnauit ꝑ eo. G
Cumq̄ regnasset percussit omnem do-
mum hieroboā. Non dimisit nec vnam
quidē animā de semine eiꝰ: donec dele
ret eum iuxta verbū dñi qđ locutꝰ fue-

De iosaphat rege iude: et nadab rege israel.

rat in manu serui sui ahie silonitis ꝓpter peccata hieroboã q̃ peccauerat: ⁊ q̃bus peccare fecerat israel: ⁊ propter delictũ quo irritauerat dñm deũ isrl'. Reliqua aũt sermonũ nadab ⁊ oĩa que operatus est: nõne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regũ israel. Fuitq̃ bellum īter asa ⁊ baasa regẽ israel cũctis diebus eoꝝ. Anno tertio asa regis iuda regnauit baasa fili⁹ ahie sup oẽs isrl' in thersa vigintiq̃tuor ãnis: ⁊ fecit malũ corã dño: ãbulauitq̃ ĩ via hieroboã ĩ pctis ei⁹ q̃b⁹ peccare fecit isrl'.

¶ C. S. De hieu ꝓpheta misso ad baasa: de morte baasa: ⁊ ꝙ baasa īterfecit hieu: cui successit hela fili⁹ ei⁹ quẽ occidit zãbri: ⁊ regnauit ꝓ eo q̃ postea semetipm succẽdit cũ obsideret eũ amri quẽ elegerat israel media pars ppl'i sequebat̃ thebni: preualuit tñ ppls q̃ erat cũ amri: de regno achab filio eius: de reedificatione hierico ab ahiel. C. xvj.

A — De hieu ꝓpheta ad baasam regem malũ qui moꝛit.



Factus est autẽ sermo dñi ad hieu filiũ anani ꝯ baasa dicẽs. Pro eo ꝙ exaltaui te de puluere ⁊ posui te ducẽ sup ppl'm meũ israel: tu aũt ambulasti in via hieroboã: ⁊ peccare fecisti ppl'm meũ isrl' vt me irritares in peccatis eoꝛũ: ecce ego demetã posterioꝛa baasa ⁊ posterioꝛa dom⁹ ei⁹: ⁊ faciã domũ tuã sicut domũ hieroboã filij nabath. (3.14.c. 3.2.f.) B Qui mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedent eum canes: ⁊ qui mortuus fuerit ex eo in regione comedent eũ volucres celi. Reliqua aũt sermonũ baasa ⁊ quecunq̃ fecit ⁊ prelia eius: nõne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regum isrl'. Dormiuit ergo baasa cũ patribus suis: sepultusq̃ est ĩ thersa: ⁊ regnauit hela filius eius ꝓ eo.

Hela regnat loco baase in israel.

Cũ autẽ in manu hieu filij anani ꝓphete verbum dñi factum esset cõtra baasa: ⁊ contra domũ eius: et cõtra omne malum qđ fecerat corã dño ad irritãdũ eũ in operibus manuũ suarũ: vt fieret sicut dom⁹ hieroboã: ob hanc causam occidit eũ: hoc est hieu filium anani ꝓphetã. C Anno vicesimosexto asa regis iuda regnauit hela filius baasa super israel in thersa duobus annis: ⁊ rebellauit cõtra eum seruus suus zambri dux medie partis equitũ. Erat aũt hela in thersa bibens et temulentus in domo arsa prefecti thersa. Irruens ergo zambri percussit et occidit eum anno vicesimoseptimo

Zãbri tyrãnus occidit hela: et regnat.

asa regis iuda: ⁊ regnauit ꝓ eo. Cumq̃ regnasset ⁊ sedisset super solium eius: percussit oẽm domũ baasa: ⁊ nõ dereliquit ex ea mingentẽ ad parietẽ ⁊ propinquos ⁊ amicos eius. Deleuitq̃ zãbri oẽm domũ baasa iuxta verbũ dñi (4. reg. 9. g.) quod locutus fuerat ad baasa ĩ manu hieu prophete ꝓpter vniuersa peccata baasa ⁊ pctã hela filij eius qui peccauerũt ⁊ peccare fecerũt israel ꝓuocantes dñm deũ israel in vanitatib⁹ suis. D Reliqua autẽ sermonũ hela ⁊ omnia que fecit: nõne hec scripta sunt ĩ libro verborum dierũ regũ israel? Anno vicesimo septimo asa regis iuda: regnauit zambri septẽ diebus in thersa. Porro exercitus obsidebat gebethõ vrbem philistinoꝛũ. Cũq̃ audisset rebellasse zãbri et occidisse regẽ fecit sibi regẽ omnis israel amri qui erat princeps militie super isrl' in die illa in castris. Ascendit ergo amri ⁊ oĩs israel cũ eo de gebethon ⁊ obsidebãt thersa. Uidẽs aũt zambri ꝙ expugnãda esset ciuitas ingressus est palatiũ et succendit se cum domo regia: ⁊ mortuus est in peccatis suis que peccauerat faciẽs malũ corã dño: ⁊ ambulans in via hieroboã: ⁊ in peccato eius quo fecit peccare israel. Reliqua aũt sermonum zambri ⁊ insidiarum eius et tyrannidis. nonne hec scripta sunt in libro verboꝛũ dierum regum israel? Tũc diuisus est popul⁹ israel in duas ptes. Media pars ppli sequebat̃ thebni filiũ gineth vt constitueret eum regem: ⁊ media pars amri. Preualuit aũt populus qui erat cum amri ppl'o qui sequebat̃ thebni filium gineth: moꝛtuusq̃ est thebni ⁊ regnauit amri. F Anno tricesimoprimo asa regis iuda regnauit amri sup isrl' duodecim annis. In thersa regnauit sex annis: emitq̃ mõtẽ samarie a somer duobus talentis argenti: et edificauit eũ: et vocauit nomẽ ciuitatis quã extruxerat nomine somer dñi mõtis samarie. Fecit aũt amri malum in cõspectu dñi et operatus est nequiter super oẽs qui fuerunt ante eum. Ambulauitq̃ in omni via hieroboã filij nabath: et in peccatis eius quibus peccare fecerat israel: vt irritaret dñm deũ israel in vanitatibus suis. Reliqua aũt sermonũ amri ⁊ prelia eius que gessit: nõne hec scripta sunt in libro verboꝛũ dierũ regum israel? Dormiuitq̃ amri cum patrib⁹ suis: ⁊ sepultus est in samaria: regna-

Amri cõstituitur rex israel a populo: et opprimitur zambri.

Regnũ isrl' diuiditur ĩ duos ĩ quorum amri sceleratissimus preualet thebni.

Moritur amri: post eũ achab filius regnat super isrl' vitiose et idolatre.

uitqꝫ achab filius eius ꝓ eo. Achab ꝟo
filius amri regnauit super israel ãno
tricesimooctauo asa regis iuda. Et re-
gnauit achab filius amri sup israel in
G samaria viginti ꝛ duobus annis. Et fe
cit achab filius amri malũ in ɔspectu
dñi sup oẽs q̃ fuerũt añ eũ. Nec suffe-
cit ei vt ambularet in pctis hieroboã
filij nabath: insup duxit vxorẽ iezabel
4.reg.10.d filiã methaal regis sidonioꝝ. Et abijt
ꝛ seruiuit baal ꝛ adorauit eũ: ꝛ posuit
arã baal i tẽplo baal qđ edificauerat i
samaria et plantauit lucũ. Et addidit
achab in opere suo irritãs dñm deum
israel sup oẽs reges isrł q̃ fuerũt ante
eũ. In dieb⁹ ei⁹ edificauit ahiel de be-
thel hierico. In abirã ꝑmitiuo suo fun
dauit eã: ꝛ in segub nouissimo suo po-
Josue.6.b. suit portas eius iuxta verbũ dñi quod
locutus fuerat i manu iosue filij nun.

¶ Ca. S. Uenit helias ad achab: claudit celũ ne pluat: pascitur a coruis: et postea a muliere sareptana suscipit: et farina de hydria non deficit nec lechitus olei minuitur: etiam eius filiũ suscitat helias. Capi. xvij.

A
De helia ꝓpheta tpe achab regis israel ꝛ siccitate terre.
j.18.c.
4.reg.5.c.
Jaco.5.c.

ET dixit helias thesbites d
habitatoribus galaad ad
achab. Uiuit dñs deus isrł
in cui⁹ cõspectu sto: si erit
annis his ros ꝛ pluuia nisi
iuxta oris mei ꝟba. Et fa-
ctũ est verbũ dñi ad eũ dicens. Recede
hinc ꝛ vade cõtra oriẽtẽ: et abscõdere
in torrente carith q̃ est cõtra iordanẽ:
et ibi de torrente bibes: coruisqꝫ ꝑce-
pi vt pascant te ibi. Abijt ergo ꝛ fecit
iuxta verbũ dñi. Cũqꝫ abisset sedit in
Helias pa- torrẽte carith q̃ est cõtra iordanẽ. Cor
scitur a cor ui q̃qꝫ deferebãt ei panẽ ꝛ carnes mane
uis. silr panẽ ꝛ carnes vesperi: et habebat
41.di.c.de- de torrẽte. Post dies autẽ aliquantos
litie. siccatus est torrẽs. non eñ pluerat sup
B terrã. Factus est ergo sermo dñi ad eũ
Lu.4.d. dicẽs. Surge et vade in sarepta sido-
Helias pa nioꝝ ꝛ manebis ibi. Precepi enim ibi
scitur a mu mulieri vidue vt pascat te. Surrexit ꝛ
liere sare- abijt in sarepta sidonioꝝ. Cũqꝫ venis-
ptana vi- set ad portã ciuitatis apparuit ei mu
dua: farina lier vidua colligẽs ligna ꝛ vocauit eã:
et oleũ que dixitqꝫ ei. Da mihi paululũ aque in va
clamore currebãt. In desertis habita-
B bant torrẽtiũ: ⁊ in cavernis terre vel
sup glareã. Qui inter huiuscemodi leta
bant̃: ⁊ esse sub sentibus delitias cõpu
tabãt. Filii stultorũ ⁊ ignobilium: ⁊ in
terra penitus nõ parẽtes. Nũc in eorum
cãticũ versus sum: ⁊ factus sum eis in
proverbiũ. Abominant̃ me et longe fu-
giũt a me: ⁊ faciẽ meã cõspuere nõ ve-
rent̃. Pharetrã enim suã aperuit ⁊ affli-
xit me: ⁊ frenũ posuit in os meum. Ad
dexterã oriẽtis calamitates mee illico
surrexerũt. Pedes meos subverterũt
et oppresserũt quasi fluctibus semitis
suis. Dissipaverũt itinera mea insidia
ti sunt mihi ⁊ prevaluerũt: ⁊ nõ fuit q
ferret auxiliũ. Quasi rupto muro ⁊ ap
C ta ianua irruerũt super me: ⁊ ad meas
miserias devoluti sunt: redactus sum
Al's ✝ abstulit. in nihilũ. ✝ Abstulit quasi ventum desi-
deriũ meũ: ⁊ velut nubes pertransiit
salus mea. Nũc aũt in memetipso mar
cescit aĩa mea: ⁊ possidẽt me dies affli
ctionis. Nocte os meũ perforat̃ dolo-
ribus: ⁊ qui me comedũt nõ dormiũt. In
multitudine eorũ cõsumitur vestimẽ-
tum meũ: ⁊ quasi capitio tunice succin
S.19.c. xerunt me. Cõparatus sum luto: ⁊ assi
milatus sum favillę ⁊ cineri. Clamabo
ad te: ⁊ non exaudies me: sto ⁊ non re-
spicis me. Mutatus es mihi in crude
D lem: ⁊ in duritia manus tue adversaris
mihi. Elevasti me: ⁊ quasi super ventũ
ponẽs elisisti me valide. Scio quia mor
ti trades me: ubi cõstituta est domus om
ni viventi. Verũtamẽ non ad cõsumptio
nem eorum emittis manum tuam: ⁊ si
corruerint ipse salvabis. Flebã quon-
Al's dã super eo qui afflictus erat: ⁊ cõpa-
tiebatur aĩa mea pauperi. Expectabã
bona: ⁊ venerunt mihi mala: prestola-
bar lucẽ: ⁊ eruperũt tenebre. Interio-
ra mea efferbuerunt absque ulla requie:
prevenerũt me dies afflictionis. Me-
rens incedebã sine furore cõsurgẽs: in
turba clamabã. Frater fui draconũ et
socius struthionũ. Cutis mea denigra-
ta est sup me: ⁊ ossa mea aruerunt pre
caumate. Versa est in luctum cithara
mea: ⁊ organũ meũ in vocem flentium.
¶ C. S. Catalogus virtutũ ipsius iob
ponitur: cum attestatione appetit te-
stem iudicem. Capi. xxxi.



Pepigi fedus cũ oculis me- B
is: ut ne cogitarẽ quidem de
virgine. Quã enim partẽ ha-
beret in me deus desup: et
hereditatẽ opes de excelsis?
Nunquid nõ perditio est ini-
quo: ⁊ alienatio operãtibus iniustitiã ✝? Al's ✝ iniqui
Nõne ipse cõsiderat vias meas: ⁊ cun- tatem.
ctos gressus meos dinumerat? Si am Prover.5.b.
bulavi in vanitate ⁊ festinavit in malo S.34.c.
pes meus: appẽdat me in statera iusta:
et sciat deus simplicitatẽ meã. Si decli
navit gressus meus de via: ⁊ si secutus ✝ Al's ✝ secu-
est oculus meus cor meũ: ⁊ si in manibus tum est ocu
meis adhesit macula: serã ⁊ alius come lum meum
dat: ⁊ progenies mea eradicet̃. Si dece-
ptum est cor meũ super muliere: ⁊ si ad
ostiũ amici ✝ mei insidiatus sum: scor Al's ✝ vicini.
tum alterius sit uxor mea: ⁊ sup illam
incurvent̃ alii. Hoc enim nefas est ⁊ iniq
tas maxima: ignis est usque ad perditio
nẽ ✝ devorãs: ⁊ oĩa eradicãs genimina. B
Si cõtẽpsi subire iudiciũ cũ servo meo: Al's ✝ con-
⁊ ancilla mea ✝ cũ disceptarẽt ✝ adver sumptionẽ.
sum me. Quid enim faciã cum surrexerit Al's ✝ ãcil-
ad iudicandũ deus: ⁊ cũ quesierit quid rñ- lis meis.
debo illi? Nunquid nõ in utero fecit me: Al's ✝ dispu
qui ⁊ illũ operatus est: ⁊ formavit me ✝ in tarent.
vulva unus? Si negavi quod volebãt pau Luce.16.a.
peribus: ⁊ oculos vidue expectare feci. Al's ✝ non
Si comedi buccellã meã solus et non habet me.
comedit pupillus ex ea: quia ab infantia
mea crevit mecũ miseratio: ⁊ de utero
matris mee egressa est mecũ. Si despe
xi pretereuntẽ: eo quod nõ habuerit indu-
mentũ: ⁊ absque operimẽto pauperem.
Si nõ benedixerũt mihi latera eius:
et de velleribus oviũ mearũ calefactus C
est. Si levavi sup pupillũ manũ meã:
etiam cũ viderẽ me in porta superiorẽ:
humerus meus a iunctura sua cadat: et
brachiũ meũ cũ suis ossibus cõfringa-
tur ✝. Semper enim quasi tumẽtes sup me Al's ✝ con-
fluctus timui deum: ⁊ põdus eius fer- teratur.
re non potui. Si putavi aurum robur
meũ: et obrizo dixi fiducia mea. Si le-
tatus sum super multis divitiis meis:
et quia plurima repperit manus mea.
Si vidi solem cũ fulgeret ⁊ lunã ince-
dentẽ clare: ⁊ letatũ est in abscondito
cor meũ: ⁊ osculatus sum manũ meam
ore meo: que est iniquitas maxima: et
negatio contra deum altissimum. Si
gavisus sum ad ruinã eius qui me ode
rat: et exultavi quod invenisset eum ma-

D lum. Non enī dedi ad peccandū guttur
meum: vt expeterē maledicens animā
eius. Si non dixerūt viri tabernaculi
De pe. di. i. mei: quis det de carnibus eius vt satu
c. agite. ibi. remur. Foris non māsit pegrin⁹: ostiū
scrubui. meū viatori patuit. Si abscōdi quasi
homo pctm̄ meū: et celaui in sinu meo
iniquitatem meā. Si expaui ad multi
tudinem nimiā: ⁊ despectio ꝓpinquo-
rum terruit me: ⁊ nō magis tacui: nec
egressus sum ostiū. Quis mihi tribuat
Als. ✠ adiu auditorē ✠ vt desideriū meū audiat oi
torem. potens: ⁊ librū scribat ipse q̄ iudicat:
De pe. dist. vt in humero meo portē illū: ⁊ circun-
2. c. dū san dem illū quasi coronā mihi. Per singu
cte. in pn. los gradus meos pnunciabo illum: et
quasi principi offerā eū. Si aduersum
me terra mea clamat: ⁊ cum ipsa sulci
eius deflent. Si fructus eius comedi
absq̃ pecunia: ⁊ animas agricolarum
eius afflixi: pro frumēto oriatur mihi
tribulus: et pro hordeo spina.

¶ C. S. Respondere iob tres viri omi
serūt: eo quod iustus sibi videretur: ta
cētibus amicis iob indignatur helin:
eorū insipientiam arguit: ⁊ suā iactat
prudentiam. Capi. xxxij.

B Omiserūt aūt tres viri isti
rūdere iob eo ꝙ iustus sibi
videret. Et irat⁹ indigna-
tusq̃ est heliu filius bara-
chel buzites de cognatiōe
rā. Iratus est aūt aduersū
iob: eo q̄ iustum se esse diceret coram
deo. Porro aduersum amicos ei⁹ indi
gnatus est eo ꝙ nō inuenissent rūsionē
rōnabilē: sed tm̄mō condēnassent iob.
Igit helin expectauit iob loquētē eo
Als. ✠ se. ꝙ seniores ✠ essent q̄ loquebant. Cum
aūt vidisset q̄ tres rūdere nō potuis-
Als. ✠ pos- sent ✠ iratus est vehemēter. Rūdensq̃
sent. helin filius barachel buzites: dixit. Iu
B nior sum tpe: vos aūt antiquiores: id-
ī. 12. b. circo demisso capite veritus sum indi
care vobis meā sententiam. Sperabā
enim q̄ etas prolixior loqueretur: ⁊ an-
norū multitudo doceret sapiētiā. Sz
vt video: spūs est in hoībus: ⁊ inspira
tio oīpotentis dat intelligētiam. Non
sunt lōgeui sapiētes nec senes intelli-
Als. ✠ dico gunt iudiciū. Ideo dicam ✠ audite me
Als. ✠ sciaz ostēdā vobis etiā ego meā sapiētiā ✠.
als. ✠ sniaz Expectaui enī sermones vestros: audi
C ui prudētiam vestrā donec disceptare
Als. ✠ disce mini ✠ sermonibus vestris: ⁊ donec pu
ptaretis. tabā vos aliquid dicere cōsiderabam.
Sed vt video nō est q̄ possit arguere
Job: ⁊ respondere ex vobis sermonib⁹
eius. Ne forte dicatis: inuenim⁹ sapiē-
tiam deus piecit eū nō hō. Nihil locu
tus est mihi: ⁊ ego non scōm sermones
vestros rūdebo illi. Extimuerūt nec rū
derunt vltra abstuleruntq̃ a se eloqui-
um ✠. Qm̄ igitur expectaui: ⁊ nō sunt Als. ✠ elo-
locuti: steterūt nec vltra respōderunt: quia.
respōdebo ⁊ ego partē meā: ⁊ ostendā D
sciam meā. Plenus sum enī sermonib⁹:
et coartat me spūs vteri mei. En venter
meus quasi mustum absq̃ spiraculo q̄
lagunculas nouas dirumpit. Loquar:
et respirabo paululum: aperiam labia
mea: ⁊ respondebo. Non accipiam per
sonam viri: ⁊ deum homini non equa-
bo. Nescio enim ꝙ diu subsistā: ⁊ si post
modicum tollat me factor meus.

¶ C. S. De helin qualiter deus loquit
vt erudiat: increpet ⁊ ppitiat: ⁊ trib⁹
diebus operetur: vbi qz de incarnatio
ne domini pphetauit. Capi. xxxiij.

Audi igit iob eloquia mea: B
et omnes sermones meos
ausculta. Ecce aperui os
meū: loquatur lingua mea
in faucibus meis. Simpli
ci corde meo sermōes mei:
et sententiam labia mea puram loquē
tur. Spiritus dei fecit me: et spiracu-
lum omnipotentis viuificauit me. Si
potes responde mihi ⁊ aduersus faciē
meam consiste: ecce et me sicut et te fe-
cit deus: et de eodem luto ego quoq̃
formatus sum. Ueruntamen miracu-
lum meum non te terreat: et eloquen- D
tia ✠ mea non sit tibi grauis ✠. Dixisti Als. ✠ elo-
ergo in auribus meis: et vocem verbo- quia.
rum tuorum audiui. Mūdus sum ego Als. ✠ gra-
et absq̃ delicto immaculatus: et non uia.
est iniquitas in me. Quia querelas in
me repperit: ideo arbitratus est me
inimicum sibi. Posuit in neruo pedes
meos: custodiuit oēs semitas meas. ī. 13. b.
Hoc est ergo in quo nō es iustificatus.
Respondebo tibi: quia maior sit deus
homine. Aduersus eum contendis: ꝙ
non ad omnia verba responderit tibi.
Semel loquitur ✠ deus: ⁊ scdo idipm Als. ✠ lo-
non repetit. Per somnium in visione quetur.
nocturna: quando irruit sopor super
homines ⁊ dormiūt in lectulo tūc ape
rit aures virorū: ⁊ erudiēs eos instruit C
disciplina: vt auertat hominez ab his
que fecit: et liberet eum de superbia:
eruens animam eius a corruptione et
vitam illius vt non trāseat in gladiū.

Increpat q̄z per dolorem in lectulo: ⁊
oīa ossa eius marcescere facit. Abomi
nabilis ei fit in vita sua panis: et aīe
illi⁹ cibus añ desiderabilis. Tabescet
caro eius: ⁊ ossa q̄ tecta fuerāt nudabū
tur. Appropinquabit corruptioni aīa
eius: ⁊ vita illi⁹ mortiferis. Si fuerit
pro eo angel⁹ loquēs vnū de similib⁹:
vt annūciet hoīs equitatē: miserebit̄ ei⁹
⁊ dicet. Libera eum vt nō descēdat in
D corruptionē. Inueni in quo ei ppitier.
Consumpta est caro eius a supplicijs:
reuertatur ad dies adolescētie sue. De
precabit̄ deū ⁊ placabilis ei erit: ⁊ vi-
debit faciē eius in iubilo: ⁊ reddet ho
mini iustitiā suā. Respiciet hoīes ⁊ di
cet. Peccaui ⁊ vere deliq̄: ⁊ vt eram di
gnus nō recepi. Liberauit aīam suā ne
pergeret in interitū: sed viuēs lucē vi-
deret. Ecce hec oīa operat̄ deus tribus
vicibus p singulos vt reuocet aīas eo-
rū a corruptione: ⁊ illuminet luce viuē
tiū. Attende iob ⁊ audi me: ⁊ tace dū
ego loquor. Si aūt habes quid loqua-
ris respōde mihi loquere. Uolo eīn te
apparere iustū. Quod si non habes: au
di me: tace ⁊ docebo te sapientiam.

¶ C. S. Laudat heliu equitatē dei: iu-
stitiā considerantem ⁊ vltionē: incre-
pat iob flagella. Capi. xxxiiij.

A

S. 2. b.



Ronūciās itaq̄ heliu: etiā
hec locutus est. Audite sa-
piētes verba mea: ⁊ erudi-
ti auscultate me. Auris eīn
verba pbat: ⁊ guttur escas
gustu dijudicat. Iudicium
eligamus nobis: ⁊ inter nos videamus
q̄d sit melius: q̄ dixit iob: iustus sum
⁊ deus subuertit iudiciū meū. In iudi
cando eīn me mendaciū est: ⁊ violenta
B sagitta mea absq̄ vllo peccato. Quis
est vir vt est iob: qui bibit subsannatio
nē quasi aquā: qui gradit̄ cum operan
tibus iniquitatem ⁊ ambulat cum vi-
ris impijs? Dixit eīn. Non placebit vir
deo etiam si cucurrerit cū eo. Ideo vi
ri cordati audite me absit a deo impie
tas: ⁊ ab omnipotente iniq̄tas. Opus
eīn hominis reddet ei: ⁊ iuxta vias sin
gulorum restituet eis. Uere enim deus
non condemnabit frustra: nec omnipo
tens subuertet iudicium. Quem consti
tuit alium super terram: aut quem po-
suit super orbem quem fabricatus est.
Si direxerit ad eū cor suum: spiritum
illius ⁊ flatū ad se trahet. Deficiet oīs
caro simul: ⁊ homo in cinerem reuerte
tur. Si habes ergo intellectū audi q̄d
dicitur: ⁊ ausculta vocem eloquij mei.
Nunquid qui nō amat iudicium sana-
ri ✝ potest? Et quō tu eū qui iustus es Als ✝ sana
in tantum condemnas? Qui dicit regi re.
apostata: qui vocat duces impios. Qui
non accipit personas principum: nec
cognouit tyrānum cum disceptaret cō
tra pauperē. Opus enim manuū eius
sunt vniuersi. Subito morientur: ⁊ in E
media nocte turbabuntur ✝ populi: ⁊ Als ✝ con-
pertransibunt ⁊ offerent violētū absq̄ turbabuntur.
manu. Oculi enim eius super vias ho- S. 31. a.
minum: ⁊ omnes gressus eorum consi- Prouer. 5. b
derat. Nō sunt tenebre: ⁊ nō est vmbra
mortis: vt abscondātur ibi qui operā
tur iniquitatem. Neq̄ eīn vltra in ho-
minis potestate est vt veniat ad deum
in iudicium. Conteret multos ⁊ innu-
merabiles: ⁊ stare faciet alios pro eis.
Nouit enim opera eorum: ⁊ idcirco in
ducet noctem ⁊ cōterentur. Quasi im-
pios percussit eos in loco videntium.
Qui quasi de industria recesserunt ab
eo: ⁊ oēs vias ei⁹ intelligere noluerūt
vt peruenire facerēt ad eum clamorem
egeni: ⁊ audiret vocem pauperū. Ipso
enim concedente pacē quis est qui cō- Als ✝ sub.
dēnet? Ex quo absconderit vultū ✝ q̄s 8. q. i. c. au-
est qui contēpletur eum? Et super gen dacter. ca.
tes ⁊ super oēs homines. Qui regnare i. in glo. S.
facit hominem hypocritam ppter pec potestas.
cata populi. Quia ergo ego locut⁹ sū D
ad deū: te q̄z non prohibebo ✝. Si er- Als ✝ pro-
raui tu doce me. Si iniquitatem locu hibeo.
tus sum: vltra non addam. Nunquid a Als ✝ expe
te deus expetit ✝ eam: q̄ displicuit ti- tet.
bi. Tu eīn cepisti loqui ⁊ nō ego. Quod si
quid nosti melius loquere. Uiri intelli
gentes loquantur mihi: et vir sapiens
audiat me. Iob autē stulte locutus est:
et verba illi⁹ nō sonāt disciplinā. Pa
ter mi pbetur iob vsq̄ ad finē. Ne desi
nas ab hoīe iniq̄tatis: q̄ addidit ✝ sup Al ✝ addet
peccata sua blasphemiā. Inter nos in
terim cōstringatur ✝ et tūc ad iudiciū Als ✝ con-
prouocet sermonibus suis deum. stringatur.

¶ C. S. Non deo sed homini prodest
aut nocet pietas aut impietas homi-
nis: q̄ p iusto iudicio deus differt vin
dictam. Capi. xxxv.

A



Gitur heliu hec rursum locu
tus est. Nunq̄d equa videt̄ ti-
bi tua cogitatio vt diceres
iustior deo sum? Dixisti enim.
Nō tibi placet quod rectum
est: vel quid tibi pderit si ego peccaue
ro. Itaq̄

ro. Itaq; ego rñdebo sermonibus tuis
⁊ amicis tuis tecū. Suspice celū et in-
B tuere: et contēplare ethera ꝙ altior te
i.q. + c. ho-mini. sit. Si peccaueris quid ei nocebis? Et
si multiplicate fuerint iniquitates tue
qd facies cōtra eū? Porro si iuste eges
ris qd donabis ei: aut qd de manu tua
accipiet? Homini q similis tui est noce
Al's + ini-quitas. bit + impietas tua: ⁊ filiū hominis ad
iuuabit iustitia tua. Propter multitu
C dinē calūniatorꝝ clamabūt: ⁊ eiulabūt
ꝑpter vim brachij tyrānorꝝ. Et nō di-
xit vbi est deꝰ q fecit me: q dedit carmi
Al's + eru-diet. na in nocte. Qui docet nos sup iumen
ta terre: et sup volucres celi erudit +
D nos. Ibi clamabūt et nō exaudiet ꝑpter
supbiā malorꝝ. Nō ergo frustra audiet
deus: ⁊ ops causas singulorꝝ intuebit.
Etiā cū dixeris nō cōsiderat iudicare
corā illo: ⁊ expecta eum. Nūc enim nō
infert furorē suū: nec vlciscit scelꝰ val
de. Ergo iob frustra aperit os suum: ⁊
absq; scientia verba multiplicat.
¶ C. S. Dicit helin scdo quod deꝰ fla-
gellat vt erudiat: tribulat vt saluet: qd
iob humiliat vt timeat excelsum quē
ei describit. Capi. xxxvj.
A [A]Ddens qz helin hec locutus
ē. Sustine me paulūlū: ⁊ in
dicabo tibi. Adhuc enim ha-
beo qd pro deo loquar. Repe
tam sciētiā meā a ꝑncipio: ⁊
Al's + veri. operatorē meū ꝓbabo iustum. + Uere
ēm absq; mēdacio sermones mei: ⁊ per
fecta scientia ꝓbabitur tibi. Deus po-
tentes nō abijcit cū ⁊ ipse sit potēs: sz
al' + aufert. non saluat impios: ⁊ iudiciū pauperi
bus tribuet. Non auferet + a iusto ocu-
los suos: ⁊ reges in solio collocat in ꝑ
B petuum ⁊ illic eriguntur. Et si fuerint
in cathenis ⁊ vinciātur funibus paup
Al's + reue-lauit. tatis indicabit eis opera eorū et scele
ra eorū: qz violenti fuerunt. + Reuela
bit quoq; aurem eorum vt corripiat:
et loquetur vt reuertantur ab iniqui-
tate. Si audierint ⁊ obseruauerint cō
plebunt dies suos in bono: ⁊ annos su
os in gloria. Si autem non audierint
transibūt per gladiū: ⁊ consumētur in
stultitia. Simulatores ⁊ callidi ꝓuo-
cant iram dei: neq; clamabūt cum vin-
cti fuerint. Morietur in tēpestate ani-
ma eorum: ⁊ vita eorū inter effemina-
tos. Eripiet de angustia sua pauperē:
et reuelabit in tribulatione aurē eius.
Al's + ha-bentis. Igitur saluabit te de ore angusto latis
sime: et non habente + fundamentum


subter se. Requies autē mense tue erit
plena pinguedine. Causa tua quasi im C
pij iudicata est: causam iudiciūq; reci
pies. Nō te ergo superet ira vt aliquē
opprimas: nec multitudo donorꝝ + in- Al's + loco-rum.
clinet te. Depone magnitudinē tuam
absq; tribulatiōe: ⁊ oēs robustos for-
titudine. Ne ꝓtrahas noctē vt ascēdāt
populi ꝓ eis. Caue ne declines ad ini-
quitatē: hāc ēm cepisti sequi post mise
riā. Ecce deus excelsus in fortitudine
sua: ⁊ nullus ei similis i legislatoribꝰ.
Quis poterit scrutari vias eiꝰ: aut qs
audet + ei dicere: operatꝰ es iniquita- Al's + pōa.
tem. Memento qd ignores opus eius: D
de quo cecinerūt + viri. Omnes homi- Al's + ceci-derunt.
nes vident eam: vnusquisq; intuetur
procul. Ecce deus magnus vincēs sciē
tiam nostram. Numerus annorū eius
inestimabilis. Qui aufert stillas + plu Al's + stel-las.
uie: ⁊ effundit imbres ad instar gurgi-
tum qui de nubibus + fluūt + que pro- al' + pluuie
texerunt cuncta desuper. Si voluerit Al's + pre-tereunt.
extendere nubes quasi tentorium suū:
et fulgurare lumine suo desuper cardi
nes quoq; maris operiet. Per hec ēm
iudicat populos: ⁊ dat escas multis + Al's + cun-ctis.
mortalibus. In manibus abscondit lu
cem: ⁊ precepit ei vt rursus adueniat.
Annunciat de ea amico suo qd posses
sio eius sit: ⁊ ad eam possit ascendere.
¶ C. S. De predicatoribus designatis
per nubes: et de predicatione per lucē
et pluuias: ⁊ quod deus enarrari non
potest. Capi. xxxvij.
[S]Uper hoc expauit cor meū A
⁊ emotū est de loco suo. Au
diet auditionē in terrore
vocis eiꝰ: ⁊ sonū de ore il-
lius ꝓcedentē. Sup oēs ce
los ipse cōsiderat: ⁊ lumē illiꝰ sup ter-
minos terre. Post eū rugiet sonitus:
tonabit voce magnitudinis sue: ⁊ non
inuestigabit cū audita fuerit vox eiꝰ.
Tonabit deus in voce sua mirabiliter
qui facit magna et inscrutabilia. Qui
precipit niui vt descēdat super terrā:
⁊ hyemis pluuijs ⁊ imbri fortitudinis
sue. Que in manu omnium hominum
signat: vt nouerint singuli opera sua.
Ingredietur bestia latibulū suū: ⁊ in
antro suo morabitur. Ab interioribꝰ
egrediet tēpestas: ⁊ ab arcturo frigus. B
Flante deo cōcrescit gelu: ⁊ rursum la
tissime funduntur aque. Frumentum de-
siderat nubes: ⁊ nubes spargūt lumen
suum. Que lustrant cūcta per circuitū

quocūq; eas volūtas gubernātis duxe
rit ad oē qđ preceperit illis sup faciē
orbis terrarū: siue in vna tribu: siue in
terra sua: siue in quocūq; loco miseri-
C cordie sue eas iusserit inueniri. Auscul
Als + mira ta hec iob: sta ⁊ considera mirabilia +
cula. dei: Nunquid scis qñ preceperit deus
pluuijs: vt ostēderēt lucē nubiū eius?
Nūquid nosti semitas nubiū magnas
et perfectas sciētias. Nōne vestimenta
tua calida sunt: cū perflata fuerit ter-
ra austro? Tu forsitan cū eo fabricatus
es celos: qui solidissimi quasi ere fusi
sunt. Ostēde nobis quid dicamus illi.
Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis
D narrabit ei que loquor? Etiam si locu-
tus fuerit homo deuorabitur: at nunc
als + cogit nō vident lucē. Subito aer cogetur + in
nubes: ⁊ ventus transiens fugabit eas.
al + veniet Ab aquilone aurum venit +: et a deo +
Als + ad formidolosa laudatio. Digne cum in-
deum. uenire nō possimus. Magnus fortitu
dine ⁊ iudicio ⁊ iustitia: ⁊ enarrari nō
potest. Ideo timebunt eum viri: ⁊ non
audebunt contemplari omnes qui si-
bi videntur esse sapientes.

¶ Ca. S. Loquens dominus ad iob et
enarrās mirabilia que fecit ab initio
pbat q nō sit similis sibi: item de ho-
mine gallo: leena ⁊ coruo. Ca. xxxviij.

A Respōdēs aūt dñs ad iob de
turbine dixit. Quis iste est
inuoluēs sententias sermo-
z. 40. a. nibus imperitis? Accinge
sicut vir lūbos tuos: inter-
rogabo te: ⁊ respōde mihi.
Ubi eras qñ ponebā fundamēta terre.
Indica mihi si habes intelligentiam.
Quis posuit mensuras eius si nosti: vel
quis tetēdit super eā lineā? Sup quo
bases illius solidate sunt? Aut qs de-
misit lapidem angularē eius cum me
laudarent simul astra matutina: et iu-
bilarent oēs filij dei? Quis conclusit
ostijs mare: quando erūpebat quasi de
vulua pcedens cū ponerē nubem vesti
mētum eius: ⁊ caligine illud quasi pā
nis infantie obuoluerem? Circūdedi
illud terminis meis: ⁊ posui vectem ⁊
ostia et dixi. Usq; huc venies: ⁊ non p-
B cedes amplius: ⁊ hic cōfringes tumen-
Als + sup- tes fluctus tuos. Nūquid + post ortū
est i nūquid. tuum precepisti diluculo: ⁊ ostendisti
aurore locū suū? Nunquid tenuisti cō-
cutiens extrema terre: ⁊ excussisti im-
pios ex ea? Restituetur vt lutum signa-
culum: ⁊ stabit sicut vestimentum. Au-
feretur ab impijs lux sua: ⁊ brachium
excelsum + confringetur. Nūquid ingres- Als + con-
sus es pfundum + maris: ⁊ in nouissi- teretur.
mis abyssi deambulasti. Nunqd aper- Als + pro-
te sunt tibi porte mortis: ⁊ ostia tene- funda.
brosa vidisti? Nunqd cōsiderasti lati-
tudinē terre? Indica mihi si nosti oīa
in qua via lux habitet: ⁊ tenebrarū qs
locus sit vt ducas vnumquodq; ad ter
minos suos: ⁊ intelligas semitas dom⁹
eius. Sciebas tūc qđ nasciturus esses: C
et numerū dierū tuorū noueras. Nūqd
ingressus es thesauros niuis: aut the-
sauros grādinis aspexisti: que ppara-
ui in tps hostis ⁊ in diē pugne ⁊ belli.
Per quā viam spargitur lux: diuiditur
estus super terrā. Quis dedit vehemē-
tissimo imbri cursum: ⁊ viā sonantis
tonitrui vt plueret super terram absq;
hoīe in deserto vbi nullus mortalium
cōmoratur: vt impleret inuiā ⁊ desola
tā: et pduceret herbas virentes. Quis
est pluuie pater: vel qs genuit stillas
roris? De cui⁹ vtero egressa est glacies:
⁊ gelu de celo qs genuit. In similitudi
nem lapidis aque durantur: et superficies
abyssi cōstringitur. Nūquid cōiūgere va
lebis micātes stellas pleiades: aut gy- D
rum arcturi poteris dissipare. Nūquid
pducis luciferum in tpe suo: ⁊ vesperū
super fines terre cōsurgere facis. Nun
quid nosti ordinē celi: ⁊ pones ratio-
nem eius in terra. Nunquid eleuabis Als + nebu
in nebula + vocē tuā: et impetus aqua lam.
rum operiet te. Nūquid mittes fulgu
ra ⁊ ibunt: ⁊ reuertētia dicēt tibi assu
mus. Quis posuit in visceribus homi-
nis sapiētiam: vel quis dedit gallo in
telligētiam. Quis enarrabit celorum
rationem: ⁊ concētum celi quis dormi
re faciet. Quando fundabatur puluis
in terra: ⁊ glebe compingebantur. Nū
quid capies leene predam: ⁊ animā ca
tulorum eius implebis: quādo cubant
in antris ⁊ in specub⁹ insidiantur. Quis ps. 146.
preparat coruo escam suā quādo pul- Als + v
li eius clamant ad deum: vagiētes + co ces.
qđ non habeant cibos.

¶ C. S. Enarrat dominus magnalia
que fecit de ibicibus ⁊ ceteris anima-
libus et auibus. Capi. xxxix.



Unquid nosti tēpus part⁹ A
ibicū in petris: vel partu-
rientes ceruas obseruasti.
Dinumerasti menses conce
ptus earū: ⁊ scisti tps ptus
earū. Incuruantur ad fetū ⁊ pariunt:

et rugitus emittãt. Separant̃ filij eaꝝ
et pergunt ad pastum: egrediuntur et
non reuertentur ad eas. Quis dimisit
onagrum liberum: et vincula ei⁹ quis
soluit. Cui dedi in solitudine domuꝫ:
et tabernacula eius in terra salsugi-
nis? Contemnit multitudinem ciuita-
tis: clamorem exactoris nõ audit. Cir-
cunspicit montes pascue sue: et viren-
B tia queq; perquirit. Nũquid volet rhi-
noceros seruire tibi: aut morabitur ad
presepe tuum? Nunquid alligabis rhi-
nocerota ad arandum loro tuo: aut cõ-
fringet glebas vallium post te? Nun-
quid fiduciam habebis in magna for-
titudine eius: et derelinques ei labo-
res tuos? Nunquid credes illi quoniã
semẽtem reddat tibi: ⁊ aream tuã con-
Al's ✝ struthionum. greget. Penna struthionis ✝ similis est
pẽnis herodij ⁊ accipitris. Quãdo de-
relinquit oua sua in terra: tu forsitan
in puluere calefacies ea. Obliuiscitur
ꝙ pes conculcet ea: aut bestia agri cõ-
al's ✝ bestie agri conterant. terat ✝. Durat̃ ad filios suos quasi nõ
sint sui: frustra laborauit nullo timore
cogente. Priuauit enim eũ deus sapiẽ-
C tia: nec dedit illi intelligentiam. Cum
tempus fuerit in altũ alas erigit: de-
ridet equũ ⁊ ascensorem eius. Nũquid
prebebis equo fortitudinẽ: aut circun-
dabis collo eius hinnitum. Nunquid
suscitabis eum quasi locustas. Gloria
nariũ eius terror: terrã vngula fodit.
Exultat audacter in occursum pergit
armatis. Cõtẽnit pauorem: nec cedit
gladio. Super ipsum sonabit phare-
tra: vibrabit hasta ⁊ clypeus. Feruens
et fremẽs sorbet terrã: nec reputat tu-
be sonare clãgorẽ. Ubi audierit bucci-
Al's ✝ euge nã: dicit vah ✝. Procul odorat̃ bellum
exhortationem ducum: ⁊ vlulatũ exer-
citus. Nunquid per sapientiam tuam
plumescit accipiter: expandens alas
Al's ✝ aut. suas ad austrũ. Nunquid ✝ ad p̃ceptũ
D tuũ eleuabitur aquila: ⁊ in arduis po-
net nidũ suũ. In petris manet: in pre-
ruptis silicibus cõmoratur atq; in in-
accessis rupibus. Inde contẽplat̃ escã
et de longe oculi eius prospiciũt. Pul-
al's ✝ lãbẽt li eius lãbũt ✝ sanguinem: ⁊ vbicũq;
cadauer fuerit statim adest. Et adiecit
dominus ⁊ locutus est ad iob. Nunqd
qui contẽdit cũ deo tam facile conq̃e-
scit. Utiq; qui arguit deũ debet respõ-
dere ei. Respondens autem iob domi-
no dixit. Qui leuiter locutus sum: re-
spondere q̇d possum. Manum meam
ponam super os meũ. Unum locutus
sum: quod vtinam nõ dixissem: ⁊ alte- ẽ.9.b.
rum quibus vltra non addam.

¶ C S. De vehemoth ⁊ malicia eius.

Capitulum. xl.



Respondens aũt dominus B
iob de turbine dixit. Acci- ẽ.38.a.
nge sicut vir lumbos tuos:
interrogabo te et indica
mihi. Nunqd irritũ facies
iudiciũ meum ⁊ condẽna-
bis me: vt tu iustificeris. Et si habes
brachiũ sicut deus ⁊ si voce simili to-
nas: circũda tibi decorẽ in sublime eri-
gere: ⁊ esto gloriosus ⁊ speciosis indue-
re vestibus. Disperge superbos in ✝ fu- Al's ✝ non
rore tuo ⁊ confunde eos: ⁊ respiciens habet in.
omnẽ arrogantẽ humilia. Respice cũ- B
ctos superbos ⁊ confunde eos: ⁊ conte-
re impios in loco suo. Abscõde eos in
puluere simul: ⁊ facies eoꝝ demerge in
foueam: ⁊ ego confitebor ꝙ saluare te
possit dextera tua. Ecce vehemoth quẽ
feci tecum: fenum quasi bos comedet.
Fortitudo eius in lũbis eius: ⁊ virtus Dan̄.4.c.
illius in vmbilico ventris eius. Strin- Al's ✝ con-
git ✝ caudam ✝ suam quasi cedrũ: ner- stringet.
ui testiculorum ei⁹ perplexi sunt. Ossa al's ✝ calidã
eius velut fistule eris: cartilago illius C
quasi lamine ferree. Ipse est principiũ al's ✝ appli-
viarũ dei. Qui fecit eum applicabit ✝ cauit.
gladium eius: huic montes herbas fe- Al's ✝ et.
runt. Omes bestie agri ludent ibi: sub distin. 12. c.
vmbra dormit i secreto calami in ✝ lo- nerui. i pñ.
cis humentibus. Protegunt vmbre De pe. dist.
vmbram eius: circundabunt eum sali- 2. c. si em.
ces torrentis. Ecce absorbebit fluuiuꝫ in fi. circa
et non mirabitur: ⁊ habet fiduciam ꝙ princi.
influat iordanis in os eius. In oculis D
eius quasi hamo capiet eum: et in su-
dibus perforabit nares eius. An tra-
here poteris leuiathã hamo: ⁊ fune li-
gabis linguam eius. Nunquid pones
circulum in naribus eius: aut armilla
perforabis maxillam eius. Nunquid
multiplicabit ad te preces: aut loquet̃
tibi mollia. Nũquid feriet tecũ pactũ:
⁊ accipies eum seruum sempiternum.
Nunquid illudes ei quasi aui: aut liga-
bis eum ancillis tuis. Concident eum
amici: diuidẽt illum negociatores. Nũ-
quid implebis sagenas pelle ei⁹: ⁊ gur-
gustium piscium capite illius. Po-
nes ✝ super eum manũ tuam. Memen- al's ✝ pone.
to belli. Nec vltra addas loqui. Ecce
spes eius frustrabitur eum: ⁊ videnti-
bus cunctis precipitabitur.

¶ C. S. De reprehensione malitie vehemoth: de membris eius: de duritia ⁊ superbia eius. Capi. xlj.

A
Hiere. 50. g
Als + poterit.
Als + aūt.
Als + et.



Non quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest + vultui meo: et quis ante + dedit mihi ut reddam ei. Omnia que sub celo sunt: mea sunt. Non parcā ei + verbis potētibus: ⁊ ad deprecandū cōpositis. Quis revelabit faciē indumēti eius: ⁊ in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentiū eius formido: corpus illius quasi scuta fusilia et compactum squamis se prementibus.

B
Als + adherebunt.

Una uni coniungitur: ⁊ ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adherebit + et tenentes se nequaquā separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis: ⁊ oculi eius ut palpebre diluculi. De ore eius lampades procedunt sicut tede ignis accense: de naribus eius pcedit fumus sicut olle succēse atque ferventis. Halitus eius prunas ardere facit: ⁊ flāma de ore eius egreditur +. In collo eius morabitur fortitudo: ⁊ faciē eius precedit egestas. Mēbra carnium eius coherētia sibi. Mittet cōtra eum fulmina +: ⁊ ad locū alium non ferentur +. Cor eius indurabitur tanquā lapis: ⁊ stringetur quasi malleatoris incus.

Als + egredietur.
Als + flumina.
Als + ferūtur.
C

Cum sublatus fuerit timebūt angeli: et territi purgabūtur. Cū apprehenderit eum gladius subsistere nō poterit: neque hasta neque thorax. Reputabit enim quasi paleas ferrum: ⁊ quasi lignum putridum es. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulam estimabit malleum. Et deridebit vibrātē hastā.

D
Als + non habet et.
als + mare

Sub ipso erunt radij solis: ⁊ + sternet sibi aurum quasi lutum. Fervescere faciet quasi ollam profundū maris +: et ponet quasi cum unguenta bulliunt. Post eum lucebit semita: estimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram potestas que comparetur ei: qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt: ipse est rex super universos filios superbie.

¶ C. S. De responsione et penitentia Job: de oblatione ⁊ oratione eius pro amicis suis: ⁊ de duplicatione ovium eius et camelorum boum ⁊ asinarum: et de gloria eius: de datis ei liberis: et de obitu ipsius. Capi. xlij.



Respōdēs aūt iob dn̄o dixit. Scio quia oīa potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat cōsilium absque scientia. Ideo insipienter locutus sum: ⁊ que ultra modū excedunt + scientiā meā. Audi ⁊ ego loquar: interrogabo te ⁊ respōde mihi. Auditu auris audivi te: nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehēdo: ⁊ ago penitentiam in favilla et cinere.

A
Als + excederent.

B

Postquā aūt locutus est dn̄s vba hec ad iob: dixit ad eliphaz themanitē. Iratus est furor meus in te ⁊ in duos amicos tuos: quoniā non estis locuti corā me + rectū sicut servus meus iob. Sumite ergo vobis septē tauros ⁊ septē arietes: ⁊ ite ad servū meum iob ⁊ offerte holocaustum p vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam ut nō vobis imputetur stultitia. Neque enim locuti estis coram me rectū sicut servus meus iob.

Als + ad me recta.

C

Abierunt ergo eliphaz themanites et baldath + suites ⁊ sophar naamathites: ⁊ fecerūt sicut locutus fuerat dn̄s ad eos: et suscepit dn̄s faciē iob. Dn̄s quoque conversus est ad penitētiam iob cū oraret + ille + pro amicis suis. Et addidit dn̄s omnia quecūque fuerant iob duplicia. Venerunt autē ad eum omnes fratres sui ⁊ universe sorores sue: ⁊ cuncti qui noverant eū prius: ⁊ comederunt cum eo panē in domo eius. Et moverūt super eū caput: ⁊ consolati sunt eū super omni malo qd intulerat dominus sup eum. Et dederunt ei unusquisque ovem unam ⁊ inaurē auream unam.

Als + baldad.
Als + orat
Als + non habet ille.

D
S. 1. a.
Als + principium.

Dn̄s aūt benedixit novissimis iob magis quā principio + eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia oviū: ⁊ sex milia camelorum: ⁊ mille iuga boum: ⁊ mille asine: et fuerunt ei septem filij ⁊ tres filie. Et vocavit nomen unius diem: et nomen secūde cassiā + et nomē tertie cornustibij +. Non sunt autem inuente mulieres speciose sicut filie iob in universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem iob post flagella hec cētūquadraginta annis: ⁊ vidit filios suos ⁊ filios filiorū suorū usque ad quartam generationē: et mortuus est senex et plenus dierum.

als + cassiam
Als + cornustibie.

¶ Liber Job explicit.

¶ Prologus sancti Hieronymi presbyteri in psalteriū incipit.



Psalteriū rome dudū posi
tus emēdaram: et iuxta se
ptuaginta interpretes (li
cet cursim) magna illud ta
men ex parte correxeram.
Quod qz rursum videtis o paula ꝛ eu
stochium scriptorū vitio deprauatum:
plusqz antiquū errorem ꝙ nouā emen
dationem valere: me cogitis vt veluti
quodā nouali scissum iam aruum exer
ceā: ꝛ obliquis sulcis renascentes spi
nas eradicem: equum esse dicentes vt
quod crebro male pullulat crebriꝰ suc
cidatur. Unde cōsueta prefatiōe commo
neo tam vos quibꝰ forte labor iste de
sudat: ꝙ eos qui exemplaria istiusmo
di habere voluerint: vt q̄ diligēter emē
daui: cum cura ꝛ diligētia transcribā
tur. Notet sibi vnusquisqz vel iacētem
lineā: vel radiātia signa: id est obelos:
vel asteriscos: ꝛ vbicūqz viderit virgu
lam precedentē: ab ea vsqz ad duo pun
cta que impressimꝰ: sciat in septuagin
ta translatoribus plus haberi. Ubi au
tem perspexerit stelle similitudinē: de
hebreis voluminibꝰ additum nouerit
eque vsqz ad duo puncta iuxta theodo
tionis dumtaxat editionē: qui simpli
citate sermonis a septuaginta īterpre
tibus nō discordat. Hec ergo et vobis
ꝛ studioso cuiqz fecisse me sciēs: nō am
bigo multos fore q̄ vel inuidia vel su
percilio malint cōtēnere videri precla
ra ꝙ discere: et de turbulēto magis ri
uo ꝙ de purissimo fonte potare.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber hymnorum
siue psalmorum vel solilo
quiorum. ¶ Psalmus. j.



Eatus vir qui non
abijt in consilio impiorū:
et in via peccatorū non ste
tit: ꝛ in cathedra pestilen
Hiez. 17. b. tie nō sedit. Sed in lege dn̄i voluntas
eius: ꝛ in lege eiꝰ meditabit̄ die ac no
cte. Et erit tanꝙ lignū quod plantatū
est secus decursus aquarū: quod fructū
suū dabit in tēpore suo. Et foliū eius
nō defluet ✝: ꝛ oīa q̄cūqz faciet ✝ pspe
alr. ✝ deci- rabunt. Nō sic impij non sic: sed tanꝙ
der. puluis quē pijcit ventus a facie terre.
al. ✝ fecerit Ideo non resurgunt impij in iudicio:
nec petōres ī cōcilio iustoꝝ. Qm̄ nouit
dn̄s viā iustoꝝ: ꝛ iter impioꝝ peribit.

¶ Psalmus dauid. ij.



Uare ✝ fremuerūt gentes: al. ✝ vt q̄d.
et ppli meditati sunt ina- Actuū. 4. c
nia. Astiterūt reges terre ꝛ Di. 92. c. vl
principes conuenerūt in vnū rā. in. 1. gl.
aduersus dn̄m: ꝛ aduersus
xpm eius. Dirumpamꝰ vin
cula eoꝝ: ꝛ pijciamꝰ ✝ a nobis iugum als ✝ abij-
ipsorū. Qui habitat in celis irridebit ciamus.
eos: ꝛ dn̄s subsannabit eos. Tūc loque 23. q. 4. ca.
tur ad eos in ira sua: ꝛ in furore suo cō nō inenit.
turbabit eos. Ego aūt cōstitutꝰ sum rex ꝛ. c. si eccle
ab eo sup sion montē scm̄ eius: predi- sia.
cās pceptū eiꝰ ✝. Dn̄s dixit ad me filiꝰ als ✝ ipsiꝰ.
meus es tu: ego hodie genui te. Postu- Hebr. 1. b.
la a me ꝛ dabo tibi gētes hereditatem Actu. 13. c.
tuā: ꝛ possessionē tuā terminos terre.
Reges eos in virga ferrea: ꝛ tanꝙ vas
figuli confringes ✝ eos. Et nūc reges in al. ✝ conteres
telligite: erudimini q̄ iudicatis terrā. Apoca. 2. g
Seruite dn̄o in timore: et exultate ei et. 19. c.
cum tremore. Apprehendite disciplinā 23. q. 4. c. si
neqn̄ irascatur dn̄s: et pereatis de via ecclesia. et
iusta. Cum exarserit in breui ira eius: q. 6. capi. 1.
beati omnes qui confidunt in eo. De pe. di. 3.
¶ Psalmus dauid cum fugeret a facie ca. sicut as
absalon filij sui. iij. chab. ī glo.




Omine quid multiplicati
sunt qui tribulāt me: mul
ti insurgūt aduersum me.
Multi dicunt anime mee:
nō est salus ipsi in deo eiꝰ.
Tu aūt dn̄e susceptor meꝰ
es: gloria mea et exaltans caput meū.
Uoce mea ad dominum clamaui: et ex- j. 76. ꝛ. 141.
audiuit me de monte sancto suo. Ego
dormiui et soporatus sum ꝛ exurrexi:
quia dominus suscepit me. Non time-
bo milia populi circūdantis me: exur-
ge domine saluum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes aduer-
santes mihi sine causa: dētes peccato-
rum contriuisti. Domini est salus: ꝛ su
per populum tuum benedictio tua.
¶ In finem psalmus cātici dauid. iiij.

Um inuocarem exaudiuit
me deꝰ iustitie mee: ī tribu
latiōe dilatasti mihi. Mi
serere mei: ꝛ exaudi oratio
nem meam. Filij hominum
vsqzquo graui ✝ corde: vt al. ✝ graues
q̄d diligitis vanitatē et q̄ritis mēda- als ✝ admi
cium. Et scitote quoniā mirificauit ✝ rabilē fecit
dn̄s sanctū suū: dn̄s exaudiet me cum Ezech. 4. c.
clamauero ad eū. Irascimini et nolite
peccare q̄ dicitis in cordibꝰ vestris: et

in cubilib⁹ vestris compūgimini. Sa
crificate sacrificiū iustitie et sperate
in dño: multi dicūt qs ostendit nobis
bona. Signatū est sup nos lumen vul-
tus tui dñe: dedisti letitiam in corde
meo. A fructu+ frumenti vini et olei
als+ tpe. sui: multiplicati sunt. In pace in id-
ipsū: dormiā et requiescā. Qm̄ tu dñe
als+ habi- singulariter in spe: constituisti+ me.
tare fecisti ¶ In finem pro ea que hereditatē con
me. sequitur. psalmus david. v.




Erba mea auribus percipe
als+ exau- dñe+: intellige clamorem
di dñe. meū. Intende voci oratio-
als+ obse- nis+ mee: rex me⁹ et deus
crationis. me⁹. Qm̄ ad te orabo dñe:
mane exaudies vocē meā.
Mane astabo tibi et videbo: qm̄ non
als+ non. de⁹ volēs iniquitatē tu es: [redacted]
22.q.2.c.2.
dolosum abominabit dñs: ego aūt in
als+ mise- multitudine mie+ tue. Introibo i do
rationis. mū tuā: adorabo ad tēplū sctm̄ tuū in
als+ ante timore tuo. Dñe deduc me in iustitia
faciē meā tua ppter inimicos meos: dirige in cō
viam tuā. spectu tuo+ viā meā. Qm̄ nō est in ore
als+ meo eorū veritas: cor eorū vanū est. Sepul
viam tuā. chrum patens est guttur eorū: linguis
j.13. suis dolose agebant: iudica illos de⁹.
Rom.3.b. Decidāt a cogitatiōibus suis: ſm mul
titudinem impietatū eorū expelle eos
als+ lama qm̄ irritaverūt+ te dñe. Et letent oēs
ricaverūt. q sperant in te: in eternum exultabūt
et habitabis in eis. Et gloriabūtur in
te oēs qui diligūt nomen tuum: qm̄ tu
benedices iusto. Dñe vt scuto bone vo-
als+ nō bz luntatis tue+ coronasti nos.
tue. ¶ In finem in carminibus pro
octaua. psalmus david. vj.



De pe.di.3. Omine ne in furore tuo ar
c.porro.§. guas me: neq3 i ira tua cor
item a mor ripias me. Miserere mei
tuo. dñe qm̄ infirm⁹ sum: sana
ū.6. me dñe qm̄ cōturbata sunt
j.27. ossa mea. Et aīa mea tur-
als+ et. bata est valde + s3 tu dñe vsq3quo. Cō
als+ non uertere dñe et+ eripe+ aīam meā: sal-
habet et. uum me fac propter miām tuā. Quo-
als+ erue. niā nō est in morte q memor sit tui: in
Di.30.c.si inferno autem quis confitebitur tibi.
diaconus. Laboraui in gemitu meo lauabo p sin
gulas noctes lectū meum: lachrymis
meis stratū meū rigabo. Turbatus est
al+ ab ira. a furore+ oclus meus: inueteraui inter

omnes inimicos meos. Discedite a me
oēs q operamini iniqtatē: qm̄ exaudi- Mat.7.d.
uit dñs vocē flet⁹ mei. Exaudiuit dñs et.25.d.
deprecationē meā: dñs orōnē meā su- Luce.13.f.
scepit. Erubescāt et cōturbent vehemē- als+ nō bz
ter+ oēs inimici mei: cōuertātur+ et vehemēter.
erubescant valde velociter. als+ cō fun
¶ In finē ps. david quē cantauit dño dantur.
pro verbis chusi filij iemini. vij.



Omine de⁹ me⁹ i te spera-
ui: saluū me fac ex oib⁹ pse
quētibus me et libera me.
Neqn̄ rapiat vt leo aīām
meā: dum nō est q redimat
neq3 qui saluū faciat. Dñe De pe.di.2.
de⁹ me⁹ si feci istud: si est iniqtas i ma §.oppon
nib⁹ meis. Si reddidi retribuētibus itur. vltra
mihi mala decidā merito+ ab inimi- mediū.
cis meis inanis. Persequat inimicus als+ ergo.
aīam meā et cōprehēdat et cōculcet i ter
ra vitā meā et gloriā meā in pulverem
deducat. Exurge dñe in ira tua: et exal-
tare in finib⁹ inimicorū meorū. Et exur
ge dñe de⁹ me⁹ in pcepto qd mādasti: et
synagoga+ populorū circūdabit te. Et als+ cōgre
ppter hāc in altū regredere: dñs iudi- gatio.
cat pplos. Iudica me dñe ſm iustitiā De pe.di.2.
meā: et ſm innocētiā meā sup me. Con §.oportet.
sumet neqtia pctorū et diriges+ iustū: al+ dirige.
scrutās corda et renes de⁹. Iustū adiu- De pe.di.1.
toriū meū a dño: q saluos facit rectos ca.nūq d.in
corde. De⁹ iudex iust⁹ fortis et patiēs: gl.ne sc.va
nunquid irascet per singulos dies. Ni ca.1.
si cōuersi fueritis gladium suum vibra
uit: arcum suum tetēdit et parauit il-
lum. Et in eo parauit vasa mortis: sa-
gittas suas ardentibus effecit+. Ecce Als+ ope
parturit iniustitiā: cōcepit dolorē+ et ratus est.
peperit iniqtatē. Lacū aperuit et effo- al+ laborē
dit eū: et incidit in foueā quā fecit. Cō
uertetur dolor eius in caput eius: et in
verticē ipsius iniqtas eius descendet.
Confitebor domino ſm iustitiam ei⁹:
et psallā nomini domini altissimi.
¶ In finē p torcularibus. ps dd. viij.



Omine dñs nr: q admira-
bile est nomē tuū in vniuer
sa terra. Qm̄ eleuata ē ma- Mat.21.b.
gnificētia tua: super celos.
Ex ore infantiū et lactētiū
perfecisti laudē ppter inimicos tuos:
vt destruas inimicū et vltorē+. Qm̄ vi als+ destru
debo celos tuos opa digitorū tuorū: lu sorem.
nā et stellas q+ tu fundasti. Quid ē ho als+ quas.
mo q memor es eius: aut filius homi- Hebre.2.b.
nis quoniā visitas eum. Minuisti eū Hebre.2.b.
paulomin⁹ ab angelis: glia et honore Ibidem.

coronasti eũ: ⁊ ↄstituisti eũ sup opa ma
nuũ tuarũ. Oia subiecisti sub pedib⁹
eius oues et boues vniuersas: insuper
et pecora cãpi. Uolucres celi et pisces
maris: qui perambulant semitas ma
ris. Dñe dñs noster: ꝙ admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra.
¶ In finẽ ꝓ occultis filij. ps. dauid. ix.
j.no.c.137. Onfitebor tibi dñe i toto cor
de meo: narrabo oĩa mirabi
lia tua. Letabor ⁊ exultabo i
te: psallã noĩ tuo altissime.
In ↄuertẽdo inimicũ meũ re
trorsum: infirmabunt ⁊ peribunt a facie
tua. Qm̃ fecisti iudiciũ meũ et causam
als. + sedes meã: sedisti + sup thronũ q̃ iudicas iu
stitiã. Increpasti gẽtes et perijt impius:
nomẽ eorũ delesti i eternũ ⁊ in sclm̃ se
culi. Inimici defecerũt framee in finẽ:
et ciuitates eorũ destruxisti. Perijt me
moria eorũ cũ sonitu: ⁊ dñs in eternũ
permanet. Parauit in iudicio thronũ
als. + sedes suam. suũ +: ⁊ ipse iudicabit orbẽ terre + i eq
tate: iudicabit pplos in iustitia. Et fa
al. + terrarum. ctus est dñs refugiũ paupi: adiutor in
al. + cognoscunt. oportunitatib⁹ in tribulatiõe. Et spe
rẽt in te q̃ + nouerũt nomẽ tuũ: qm̃ nõ
dereliq̃sti q̃rẽtes te dñe. Psallite dño
q̃ habitat in syõ: annũciate iter gẽtes stu
als. + mirabilia. dia + ei⁹. Qm̃ req̃rẽs sanguinẽ eorũ re
cordat⁹ + est: nõ ẽ oblit⁹ clamorẽ pau
Als. + memoratus. perũ. Miserere mei dñe: vide humili
tatẽ meã de inimicis meis. Qui exal
S. 6. tas me de portis mortis: vt annũciem
Als. + vniuersas laudes. oẽs laudatiões + tuas i port̃ filie syõ.
Exultabo i salutari tuo: infixe sunt gẽ
tes i interitu quẽ fecerũt. In laq̃o isto
quẽ abscõdert: cõprehẽsus ẽ pes eorũ.
Cognoscet dñs iudicia faciẽs: i opib⁹
manuũ suarũ cõprehẽsus est peccator.
Cõuertent pctõres i ifernũ: oẽs gẽtes
q̃ obliuiscunt deũ. Qm̃ nõ in fine obli
uio erit paupis: patiẽtia pauperũ nõ
al. + peribit in eternum. pibit + in finẽ. Exurge dñe nõ cõfortet
hõ: iudicent gẽtes i cõspectu tuo. Con
stitue dñe legislatorẽ sup eos: vt sciant
gẽtes qm̃ hoĩes sunt. Ut q̃d dñe recessi
sti lõge: despicis i oportunitatib⁹ i tri
Dis.86. ca. donare. bulatiõe. Dũ supbit impius incẽdit pau
per: cõprehẽdunt in ↄsilijs q̃bus cogi
als. + contaminatur. tãt. Qm̃ laudat + pctõr i desiderijs aie
sue: ⁊ iniquus benedicit. Exacerbauit
dñm pctõr ſm multitudinẽ ire sue nõ
q̃ret. Nõ est de⁹ in cõspectu ei⁹: inq̃na
te sunt vie illi⁹ in oĩ tpe. Auferunt iu
dicia tua a facie ei⁹: oĩm inimicorũ suo
rum dñabit. Dixit eñ in corde suo: nõ

mouebor a generatione in generatio
nem sine malo. Cuius maledictiõe os
plenum est ⁊ amaritudine et dolo: sub
lingua eius labor ⁊ dolor. Sedet i insi De pe. dist.
dijs cũ diuitibus in occultis: vt inter 2. c. si enim.
ficiat innocẽtem. Oculi eius in paupe ꝑri. liberi.
rem respiciũt: insidiat in abscondito j.10.
quasi leo in speluca sua. Insidiatur vt
rapiat pauperẽ: rapere pauperẽ dũ at
trahit eũ. In laqueo suo humiliabit + eũ als. + humiliauit.
inclinabit + se ⁊ cadet cũ dñat⁹ fuerit
pauperũ. Dixit eñ in corde suo oblit⁹ als. + inclinabitur.
est deus: auertit faciẽ suã ne videat in
finem. Exurge dñe de⁹ ⁊ exaltetur ma
nus tua: ne obliuiscaris pauperũ. Pro 87. di. c. de
pter q̃d irritauit impius deus: dixit eñ solatis.
i corde suo nõ req̃ret. Uides qm̃ tu do
lorẽ ⁊ laborẽ cõsideras: vt tradas eos
in manus tuas. Tibi derelict⁹ est pau
per: orphano tu eris adiutor. Contere
brachiũ pctõris et maligni: q̃ret pctm̃
illius ⁊ non inuenietur. Dñs regnabit
in eternũ ⁊ in seculũ seculi: peribitis
gẽtes de terra illius. Desideriũ paupe
rum exaudiuit dñs: preparationẽ cor
dis eorũ audiuit auris tua. Iudicare
pupillo ⁊ humili: vt nõ apponat vltra
magnificare se homo super terram.
¶ In finẽ psalmus dauid. x.
N dño ↄfido: quõ dicit aie
mee trãsmigra in montẽ + als. + mõtes.
sicut passer. Qm̃ ecce pctõ als. + ascenderunt.
res intẽderũt +: arcũ para
uerũt sagittas suas i pha
retra vt sagittẽt in obscu
ro rectos corde. Qm̃ q̃ perfecisti destru
xerũt: iustus aũt quid fecit? Dñs in tẽ Abachuch
plo sancto suo: dñs in celo sedes eius. 2.d.
Oculi ei⁹ in pauperẽ respiciũt: palpe
bre ei⁹ interrogãt filios hominũ. Dñs
interrogat iustũ ⁊ impium: qui autem
diligit iniquitatem odit animã suam.
Pluet + sup peccatores laqueos: ignis als. + pluit.
et sulphur ⁊ spũs procellarum pars ca De pe. dist.
licis eorũ. Qm̃ iustus dñs ⁊ iustitias di 3. ca. q̃uis.
lexit: equitatem vidit vultus eius. in glo. dist.
¶ In finẽ psalmus dauid ꝓ octaua. xi. 45. c. ⁊ qui
Aluum me fac dñe quoniam emẽdat. in
defecit sanct⁹: qm̃ diminute si. 16. q. i. c.
sunt veritates a filijs homi reuertimini.
num. Uana locuti sunt vnus
q̃sq̃ ad primũ suũ: labia do
losa i corde ⁊ corde locuti sunt. Disper
dat dñs vniuersa labia dolosa: et lin
guam magniloquã. Qui dixerunt lin
guã nostrã magnificabimus labia no als. + apud
stra a nobis + sunt: quis noster dñs est? nos.

in cubilib⁹ vestris compūgimini. Sa
crificate sacrificiū iustitie et sperate
in dño: multi dicūt qs ostendit nobis
bona. Signatū est sup nos lumen vul
tus tui dñe: dedisti letitiam in corde
als + spe. meo. A fructu + frumenti vini et olei
sui: multiplicati sunt. In pace in id
ipsū: dormiā et requiescā. Qm̄ tu dñe
als + habi singulariter in spe: constituisti + me.
tare fecisti ¶ In finem pro ea que hereditatē con
me. sequitur. psalmus dauid. v.

als + exau Erba mea aurib⁹ percipe
di dñe. dñe +: intellige clamorem
als + obse meū. Intende voci oratio
crationis. nis + mee: rex me⁹ et deus
me⁹. Qm̄ ad te orabo dñe:
mane exaudies vocē meā.
Mane astabo tibi et videbo: qm̄ non
als + non. de⁹ volēs iniquitatē tu es. Neq + ha
22.q.2.c.2. bitabit iuxta te malign⁹: neq permane
bunt iniusti ante oculos tuos. Odisti
om̄s q operant iniquitatē: perdes om̄s q
loquunt mendaciū. Virū sanguinum et
dolosum abominabit dñs: ego aūt in
als + mise multitudine mie + tue. Introibo i do
rationis. mū tuā: adorabo ad tēplū scm̄ tuū in
als + ante timore tuo. Dñe deduc me in iustitia
faciē meā tua ppter inimicos meos: dirige in cō
viam tuā. spectu tuo + viā meā. Qm̄ nō est in ore
als + meo eorū veritas: cor eorū vanū est. Sepul
viam tuā. chrum patens est guttur eorū: linguis
J.13. suis dolose agebant: iudica illos de⁹.
Rom.3.b. Decidāt a cogitatiōibus suis: sm̄ mul
titudinem impietatū eorū expelle eos
als + lama qm̄ irritauerūt + te dñe. Et letent oēs
ricauerūt. q sperant in te: in eternum exultabūt
et habitabis in eis. Et gloriabūtur in
te oēs qui diligūt nomen tuum: qm̄ tu
benedices iusto. Dñe vt scuto bone vo
als + nō hz luntatis tue + coronasti nos.
tue. ¶ In finem in carminibus pro
octaua. psalmus dauid. vi.

De pe.di.3. Omine ne in furore tuo ar
c. porro. §. guas me: neq i ira tua cor
item a mor ripias me. Miserere mei
tuo. dñe qm̄ infirm⁹ sum: sana
s.6. me dñe qm̄ cōturbata sunt
j.37. ossa mea. Et aīa mea tur
als + et. bata est valde + sz tu dñe vsq quo. Cō
als + non uertere dñe et + eripe + aīam meā: sal
habet et. uum me fac propter miam tuā. Quo
als + erue. niā nō est in morte q memor sit tui: in
Di.30.c.si inferno autem quis confitebitur tibi.
diaconus. Laboraui in gemitu meo lauabo p sin
gulas noctes lectū meum: lachrymis
meis stratū meū rigabo. Turbatus est
al + ab ira. a furo:e + oculus meus: inueteraui inter

omnes inimicos meos. Discedite a me
oēs q operamini iniqtatē: qm̄ exaudi Mat. 7.d.
uit dñs vocē flet⁹ mei. Exaudiuit dñs et.25.d.
deprecationē meā: dñs orōnē meā su Luce.13.f.
scepit. Erubescāt et cōturbent vehemē als + nō hz
ter + oēs inimici mei: cōuertātur + et vehemēter.
erubescant valde velociter. als + cō fun
¶ In finē ps. dauid quē cantauit dño dantur.
pro verbis chusi filij iemini. vij.

Omine de⁹ me⁹ i te spera
ui: saluū me fac ex oib⁹ pse
quētibus me et libera me.
Neqn̄ rapiat vt leo animā
meā: dum nō est q redimat
neq qui saluū faciat. Dñe De pe.di.2.
de⁹ me⁹ si feci istud: si est iniqtas i ma §.opponi
nib⁹ meis. Si reddidi retribuētibus tur. vltra
mihi mala decidā merito + ab inimi mediū.
cis meis inanis. Persequat inimicus als + ergo.
aīam meā et cōprehēdat et cōculcet i ter
ra vitā meā: et gloriā meā in puluerem
deducat. Exurge dñe in ira tua: et exal
tare in finib⁹ inimicorū meorū. Et exur
ge dñe de⁹ me⁹ in pcepto qd mādasti: et
synagoga + populorū circūdabit te. Et als + cōgre
ppter hāc in altū regredere: dñs iudi gatio.
cat ppl̄os. Iudica me dñe sm̄ iustitiā De pe.di.2.
meā: et sm̄ innocētiā meā sup me. Con §.oportet.
sumet nequitia pctōrū: et diriges + iustū: al + dirige.
scrutās corda et renes de⁹. Iustū adiu De pe.di.1.
toriū meū a dño: q saluos facit rectos ca.nūq d.in
corde. De⁹ iudex iust⁹ fortis et patiēs: gl.ne se.va.
nūquid irascet per singulos dies. Ni ca.1.
si cōuersi fueritis gladium suum vibra
uit: arcum suum tetēdit et parauit il
lum. Et in eo parauit vasa mortis: sa
gittas suas ardentibus effecit +. Ecce als + ope
parturit iniustitiā: cōcepit dolorē + et ratus est.
peperit iniqtatē. Lacū aperuit et effo al + laborē
dit eū: et incidit in foueā quā fecit. Cō
uertetur dolor eius in caput eius: et in
verticē ipsius iniqtas eius descendet.
Confitebor domino sm̄ iustitiam ei⁹:
et psallā nomini domini altissimi.
¶ In finē p torcularibus. ps dd. viij.

Omine dñs nr̄: qꝫ admira
bile est nomē tuū in vniuer
sa terra. Qm̄ eleuata ē ma Mat.21.b.
gnificētia tua: super celos.
Ex ore infantiū et lactētiū
perfecisti laudē ppter inimicos tuos:
vt destruas inimicū et vltorē +. Qm̄ vi als + defen
debo celos tuos opa digitorū tuorū: lu sorem.
nā et stellas q + tu fundasti. Quid ē ho als + quas.
mo qꝫ memor es eius: aut filius homi Hebre.2.b.
nis quoniā visitas eum. Minuisti eū Hebre.2.b.
paulominus ab angelis: glīa et honore Ibidem.

coronasti eũ: et ɔstituisti eũ sup opa ma
nuũ tuarum. Oia subiecisti sub pedib⁹
eius oues et boues vniuersas: insuper
et pecora cãpi. Uolucres celi et pisces
maris: qui perambulant semitas ma-
ris. Dñe dñs noster: q̃ admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra.

¶ In finẽ p occultis filij. ps. dauid. ix.

J. no. c. 137.

Confitebor tibi dñe i toto cor
de meo: narrabo oĩa mirabi
lia tua. Letabor et exultabo i
te: psallam noi tuo altissime.
In ɔuertẽdo inimicũ meũ re
trorsum: infirmabunt et pibunt a facie
tua. Qm̃ fecisti iudiciũ meũ et causam
als. + sedes meã: sedisti + sup thronũ q̃ iudicas iu
stitiã. Increpasti gẽtes et perijt ipius:
misericordiam suam: et nocte canticum eius. Apud me
oratio deo vite mee: dicam deo susceptor

meus es. Quare oblit⁹ es mei: ⁊ q̄re cō
tristat⁹ incedo dū affligit me inimic⁹:
Dū cōfringunt ossa mea: exprobrauerūt
mihi q̄ tribulāt me inimici mei. Dū di
cūt mihi p̄ singl'os dies vbi est de⁹ tu⁹:
quare tristis es aīa mea ⁊ quare cōtur
Al's + dn̄o. bas me. Spera in deo + qm̄ adhuc ɔfi
tebor illi. salutare vult⁹ mei ⁊ de⁹ me⁹.
¶ In finem psalmus dauid. xlij.

De cōse. di. 2. ca. credere. in fi.



Udica me deus ⁊ discerne
causam meam de gēte non
sancta: ab hoīe iniquo ⁊ do
loso erue me. Qr tu es de⁹
fortitudo mea: quare me
Al's + non habet et. repulisti ⁊ + quare tristis
incedo dū affligit me inimicus. Emit
te lucē tuā ⁊ veritatē tuā ipsa me de
duxerūt ⁊ adduxerūt in mōtē sanctū
tuum: ⁊ in tabernacula tua. Et introi
bo ad altare dei: ad deum qui letificat
iuuētutem meā. Confitebor tibi in ci
F. 42. thara deus deus meus quare tristis es
anima mea: ⁊ quare ɔturbas me. Spe
ra in deo qm̄ adhuc confitebor illi: sa
lutare vultus mei et deus meus.
¶ In finem pro filijs chore intellectus
psalmus dauid. xliij.



Eus auribus n̄ris audiui
mus: p̄res n̄ri annūciauerūt
nobis. Opus qd̄ opat⁹ es
in dieb⁹ eoꝝ: ⁊ in dieb⁹ an
Al's + disperdet vel disperdit. tiqs. Manus tua gētes di
sperdidit + ⁊ plātasti eos:
afflixisti p̄plos ⁊ expulisti eos. Nec em̄
in gladio suo possederūt terrā: ⁊ bra
chiū eoꝝ nō saluauit eos. Sʒ dextera
tua ⁊ brachiū tuū ⁊ illuminatio vult⁹
tui: qm̄ complacuisti in eis. Tu es ipse
rex me⁹ ⁊ deus meus: q̄ mādas salutes
iacob. In te inimicos n̄ros vētilabim⁹
Al's + spernimus. cornu: ⁊ in noīe tuo spernem⁹ + insur
gētes in nobis. Nō em̄ in arcu meo spe
rabo: ⁊ gladius meus nō saluabit me.
Saluasti em̄ nos de affligētib⁹ nos: et
odiētes nos cōfudisti. In deo laudabi
Al's + non habet et. mur tota die: + ⁊ in noīe tuo cōfitebi
mur in sc̄lm. Nūc aūt repulisti ⁊ cōfu
disti nos: ⁊ nō egredieris de⁹ in virtu
tib⁹ n̄ris. Auertisti nos retrorsū post
inimicos n̄ros: ⁊ q̄ oderāt nos diripie
bāt sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū:
et in gētibus dispsisti nos. Uendidisti
p̄plm̄ tuū sine p̄cio: ⁊ nō fuit multitu
Al's + in. do i ɔmutatiōib⁹ eoꝝ. Posuisti nos +
opprobriū vicinis n̄ris: subsannatio
nē ⁊ derisum his q̄ in circuitu n̄ro sūt.
Posuisti nos in similitudinē gētib⁹:

cōmotionē capitis in p̄plis. Tota die
verecūdia mea ɔ̄ me est: ⁊ ɔfusio faciei
mee cooperuit me. A voce exprobrātis
et obloquētis: a facie inimici ⁊ perse
quentis. Hec oīa venerūt sup̄ nos: nec
obliti sum⁹ te: ⁊ iniq̄ nō egim⁹ i testa
mēto tuo. Et nō recessit retro cor n̄r̄:
et declinasti semitas nostras a via tua.
Qm̄ humiliasti nos in loco afflictōis: Roma. 8.
⁊ cooperuit nos vmbra mortis. Si obli
ti sumus nomē dei n̄ri: ⁊ si expādimus
manus n̄ras ad deū alienū. Nōne deus
requiret ista: ipe em̄ nouit abscōdita cor
dis. Qm̄ p̄pter te mortificamur tota
die: estimati sum⁹ sicut oues occisiōis.
Exurge quare obdormis dn̄e: exurge et
ne repellas in finē. Quare faciē tuam
auertis: obliuisceris iopie n̄re ⁊ tribu
lationis n̄re. Qm̄ humiliata est in pul
uere aīa n̄ra: ɔglutinat⁹ est in terra vē
ter noster. Exurge + dn̄e adiuua nos: et Al's + non habet dn̄e.
redime nos propter nomen tuum.
¶ In finē p̄ his q̄ ɔmutabūt filijs cho
re ad itellectū: cāticū p̄ dilecto. xliiij.



Ructauit cor meū v̄bū bo
nū: dico ego opa mea regi.
Lingua mea calam⁹ scribe
velociter scribētis. Specio
sus forma pre filijs hoim
diffusa est gr̄a in labijs tu
is: p̄pterea bndixit te deus in eternū.
Accingere gladio tuo sup̄ femur tuū:
potētissime. Specie tua ⁊ pulchritu
dine tua: intēde ɔspere p̄cede ⁊ regna.
Propter veritatē ⁊ mānsuetudinē ⁊ iu
stitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera
tua. Sagitte tue acute p̄pli sub te ca
dēt: in corda + inimicoꝝ regis. Sedes als + corde
tua deus in sc̄lm seculi: virga directio Heb. 1.
nis virga regni tui. Dilexisti iustitiā ⁊ De sacra vncti. c. vnico
odisti iniquitatē: p̄pterea vnxit te de⁹ 32. q. 5. c. si
deus tuus oleo leticie p̄re cōsortibus paulus.
tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ casia + a vesti als + cassia
mētis tuis a domib⁹ eburneis: ex q̄b⁹
delectauerūt te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris tuis in ve
stitu deaurato: circundata varietate.
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā: ⁊
obliuiscere p̄plm̄ tuū ⁊ domū p̄ris tui.
Et cōcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse
est dn̄s + deus tuus et adorabūt eū. Et Al's + non hʒ deus.
filie tyri i munerib⁹ vultū tuū depca De sacra.
būtur: oēs diuites plebis. Ois gl'ia ei⁹ vnc. c. vnico.
filie regis ab intus in fimbrijs aureis:
circūamicta varietatibus. Adducent
regi virgines post eā: p̄xime eius affe
rentur tibi. Afferētur in leticia ⁊ exulta

tatione: adducentur in templū regis. Pro
patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij: cōstitues
eos pncipes sup oēz terrā. Memores
erūt nois tui dñe: in omni gñatione et
generationem. Propterea populi con
fitebūtur tibi in eternū: ꝛ in sclm scli.
¶ In finē filijs chore pro arcanis psal
mus dauid. xlv.


Deus noster refugium ꝛ vir
tus: adiutor in tribulatio
nibus que inuenerunt nos
nimis. Propterea nō time
bimus dum turbabit ter
ra: ꝛ transferētur mōtes in
Alʼs ✝ sona / uerunt. cor maris. Sonuerūt ✝ ꝛ turbate sunt
aque eoꝝ: cōturbati sunt mōtes in for
titudine eius. Fluminis impetus leti
ficat ciuitatē dei: sanctificauit taber
naculū suū altissimus. Deus in medio
eius nō cōmouebit: adiuuabit eā deus
mane diluculo. Conturbate sunt gen
Alʼs ✝ non / habet et. tes ✝ ꝛ inclinata sunt regna: dedit vo
cē suā mota est terra. Dñs virtutū no
biscū: susceptor nr deus iacob. Uenite
et videte opa dñi q posuit pdigia sup
Alʼs ✝ fines terrā: auferēs bella vsq ad finē ✝ ter
re. Arcum cōteret ꝛ cōfringet arma: et
scuta cōburet igni. Uacate ꝛ videte qm
ego sum deus: exaltabor in gētibus: et
alʼ ✝ regna. / s. eodem. / 92. di. c. i. / in glo. exaltabor in ✝ terra. Dñs virtutū no
biscum: susceptor noster deus iacob.
¶ In finem pro filijs chore psalmus
dauid. xlvi.

Omnes gētes plaudite ma
nibus: iubilate deo in voce
exultationis. Quoniā dñs
excelsus terribilis: rex ma
gnus super omnē terram.
Subiecit pplos nobis: et
gētes sub pedibus nostris. Elegit no
bis hereditatē suā: speciē iacob quem
dilexit. Ascēdit de⁹ in iubilo: ꝛ ✝ dñs
Alʼs ✝ non / habet et. in voce tube. Psallite deo nr̄o psalli
te: psallite regi nr̄o psallite. Qm rex
ois terre de⁹: psallite sapiēter. Regna
Alʼs ✝ re / gnauit. / alʼs ✝ sedit. bit ✝ deus sup gētes: deus sedet ✝ sup
sedē sanctā suā. Principes pploꝝ cō
gregati sunt cū deo abraā: quoniā dij
fortes terre vehementer eleuati sunt.
¶ Psalmus vel laus cantici filijs cho
re secunda sabbati. xlvii.

Magnus dñs et laudabilis
nimis: in ciuitate dei nr̄i
j. 144. / De cōse. di. / 2. accessit. / Alʼs ✝ mon / tes. in mōte sancto eius. Fūda
tur exultatione vniuerse
terre mōs ✝ sion: latera aq
lonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscet: cum
suscipiet eā. Qm ecce reges ✝ terre cō Alʼs ✝ non / hʒ terre.
gregati sunt: conuenerunt in vnū. Ipsi
videntes sic admirati sunt conturbati De pe. dist. / 2. cap. dum / sanctam.
sunt cōmoti sunt: tremor apprehēdit
eos. Ibi dolores vt parturiētis: in spi
ritu vehemēti conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ciui
tate dñi virtutū in ciuitate dei nostri:
deus fundauit eam in eternū. Susce
pimus deus misericordiam tuā: in me
dio tēpli tui. Scdm nomen tuū deus:
sic ꝛ laus tua in fines terre: iustitia ple
na est dextera tua. Letetur mons sion ꝛ j. 96.
exultēt filie iude: propter iudicia tua
domine. Circūdate sion et complecti
mini eam: narrate in turribus ei⁹. Po
nite corda vestra in virtute eius: ꝛ di
stribuite domos eius: vt enarretis in
progenie altera. Quoniā hic est deus
deus noster in eternum ꝛ in seculū se
culi: ꝛ ipse reget nos in secula.
¶ In finem pro filijs chore psalmus
dauid. xlviii.

Audite hec omnes gentes:
auribus percipite ✝ omes Alʼs ✝ non / hʒ omnes.
qui habitatis orbē. Quiq Alʼs ✝ non / hʒ simul: sʒ / solū i vnū.
terrigene ꝛ filij hominum:
simul ✝ in vnū diues ꝛ pau
per. Os meū loquetur sa Alʼs ✝ hʒ si / mul: sʒ non / hʒ in vnū.
piētiam: ꝛ meditatio cordis mei pru
dētiam. Inclinabo in parabolā aurē
meam: aperiam in psalterio ppositio
nē meā. Cur timebo in die mala ✝ ini alʼs ✝ malo
quitas calcanei mei circundabit me.
Qui confidūt in virtute sua: ꝛ in mul
titudine diuitiarū suarum gloriātur.
Frater non redimit redimet homo ✝: Alʼs ✝ et. / 13. q. 2. c. in / presenti.
non dabit deo placationem suam. Et
precium redemptionis anime sue: ꝛ la
borabit ✝ in eternum ꝛ viuet adhuc in alʼs ✝ labo / ret.
finem. Non videbit interitum cum vi
derit sapientes morientes: simul insi
piēs ꝛ stultus peribūt. Et relinquent
alienis diuitias suas: ꝛ sepulchra eoꝝ
domus illorum in eternum. Taberna j. eodem.
cula eorum in progenie ꝛ progenie: vo Alʼs ✝ non / habet et.
cauerunt noia sua in terris suis. ✝ Et
homo cum in honore esset non intelle
xit: comparatus est iumētis insipiēti
bus: et similis factus est illis. Hec via
illorum scandalū ipsis: ꝛ postea in ore
suo complacebunt. Sicut oues in in
ferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorū iusti in matu
tino: ꝛ auxiliū eoꝝ veterascet in inferno
a gloria eoꝝ. Uerūtamē deus redimet

animam meam de manu inferi: cum ac
ceperit me. Ne timueris cum diues fa-
ctus fuerit homo: et cum multiplicata
Job.27.b. fuerit gloria domus eius. Quoniã cum
interierit nõ sumet oĩa: neq̃ descẽdet
cum eo gloria eius. Quia aĩa eius in vi
ta ipsius benedicet: cõfitebitur tibi cũ
S.eodem. benefeceris ei. Introibit vsq̃ in pge-
nies patrũ suorũ: vsq̃ in eternũ nõ vi-
debit lumen. Homo cũ in honore esset
non intellexit: cõparatus est iumentis
insipiẽtibus et similis factus est illis.
¶ Psalmus asaph. xlix.



Eus deorũ dñs locutus est:
et vocauit terram. A solis
ortu vsq̃ ad occasum: ex syõ
species decoris eius. Deus
manifeste veniet: deus no-
ster et nõ silebit. Ignis ĩ cõ
spectu ei⁹ exardescet: et in circũitu ei⁹
Als.+non tẽpestas valida. Aduocauit celum+ de
habet de. sursum: et terrã discernere ppl'm suum.
Cõgregate illi sanctos eius: q̃ ordinãt
testamẽtũ ei⁹ sup sacrificia. Et annun
ciabũt celi iustitiã eius: qm̃ de⁹ iudex
est. Audi ppl's meus et loquar israel et
testificabor tibi: deus de⁹ tu⁹ ego sum.
Als.+super Nõ in+ sacrificijs tuis arguã te: holo-
sacrificia causta aũt tua in cõspectu meo sunt sẽ
tua. per. Nõ accipiã de domo tua vitulos:
neq̃ de gregibus tuis hircos. Qm̃ mee
sunt oẽs fere siluarũ: iumẽta in monti
bus et boues. Cognoui oĩa volatilia ce
li: et pulchritudo agri mecũ est. Si esu
riero nõ dicam tibi: meus est em̃ orbis
terre et plenitudo ei⁹. Nũq̃d mãduca-
De voto. c. bo carnes taurorũ: aut sanguinẽ hirco
penulti. rũ potabo? Immola deo sacrificiũ lau
dis: et redde altissimo vota tua. Et in-
uoca me in die tribulatiõis: et eruã te
et honorificabis me. Peccatori aũt di
3.q.7.idẽ xit de⁹: quare tu enarras iustitias me-
testatur. as: et assumis testm̃ meũ p os tuum? Tu
vero odisti disciplinã: et proiecisti sermo-
nes meos retrorsum. Si videbas furẽ
6.q.1.c. ex currebas cũ eo: et cũ adulteris portio-
merito. nẽ tuã ponebas. Os tuũ abũdauit ma
licia: et lingua tua cõcinabat dolos. Se
dẽs aduersus fratrẽ tuũ loquebaris:
et aduersus filiũ matris tue ponebas
Als.+tibi. scandalũ: hec fecisti et tacui. Existima-
sti inique q̃ ero tui + similis: arguam
te et statuã cõtra faciẽ tuã. Intelligite
hec qui obliuiscimini deũ: nequando
rapiat et nõ sit qui eripiat. Sacrificiũ
laudis honorificabit me: et illic iter
Als.+qo. quo+ ostendam illi salutare dei.

¶ Psalmus in finẽ dauid qñ venit ad
eum nathan pphẽta quando intrauit
ad bethsabee. l.



Iserere mei deus: sm magnã De pe.dist.
misericordiam tuam. Et sm 3.c.totam.
multitudinẽ miserationum j.55.et.59.
tuarũ: dele iniquitatẽ meã. De pe.dist.
Amplius laua me ab iniqui 3.c.totam.
tate mea: et a peccato meo munda me. Ibidem. c.
Qm̃ iniquitatẽ meam ego cognosco: et illud.
pctm̃ meũ cõtra me est semp. Tibi soli De pe.di.1.
peccaui et malũ corã te feci: vt iustifice c.venit.
ris in sermonibus tuis et vincas cũ iu Ro.3.a.
dicaris. Ecce em̃ in iniquitatibus cõ- Di.50.c.cũ
cept⁹ sum: et in peccatis cõcepit me ma exaudi.
ter mea. Ecce em̃ veritatẽ dilexisti: in- De pe.dist.
certa et occulta sapiẽtie tue manifesta 2.ca.vt co-
sti mihi. Asperges me dñe ysopo et mũ gnouerũt.
dabor lauabis me: et super niuẽ deal- Di.50.cap.
babor. Auditui meo dabis gaudium et põderet.et
leticiam: et exultabũt ossa humiliata. ca.cũ exau-
Auerte faciem tuam a peccatis meis: diero.
et omnes iniquitates meas dele. Cor De pe.dist.
mundum crea in me deus: et spiritum 2.c.si oim.
rectum innoua in visceribus meis. Ne Di.50.vbi
proiicias me a facie tua: et spiritũsan- s de pe.di.
ctum tuũ ne auferas a me. Redde mi- 3.c.totam.
hi leticiã salutaris tui: et spiritu prin
cipali cõfirma me. Docebo iniquos vi
as tuas: et impij ad te cõuertentur. Li
bera me de sanguinibus deus deus sa-
lutis mee: et exultabit+ lingua mea iu Als.+exal-
stitiam tuam. Dñe labia mea aperies: tabit.
et os meum annunciabit laudem tuã. De pe.dist.
Quoniam si voluisses sacrificiũ dedis 2.c.cogita-
sem: vtiq̃ holocaustis nõ delectaberis. uerunt.
Sacrificiũ deo spũs cõtribulatus cor
contritũ et humiliatũ: deus non despi-
cies+. Benigne fac dñe ĩ bona volũta Als.+de-
te tua syon: vt+ edificentur muri hie- spicias.
rusalem. Tunc acceptabis sacrificium Als.+et.
iustitie oblationes et holocausta: tunc
imponent super altare tuũ vitulos.
¶ In finẽ intellectus dauid cum venit
ad eũ doech idume⁹: et nũciauit sauli: Als.+ achi
venit dauid in domũ+ abimelech. lj. melech.

Uid gloriaris in malicia: q̃
potẽs es in iniquitate. To-
ta die iniustitiam cogitauit
lingua tua: sicut nouacula a-
cuta fecisti dolum. Dilexisti
maliciã super benignitatẽ: iniq̃tatem
magis q̃ loq̃ eq̃tatẽ. Dilexisti oĩa v̄ba
precipitatiõis: lingua dolosa. Propter-
ea de⁹ destruet te ĩ finẽ euellet te et emi
grabit te de tabernaculo tuo+: et radi Als.+ non
cem tuã de terra viuentiũ. Uidebunt habet tuo.

iusti τ timebũt: et super eum ridebunt
et dicẽt: ecce homo qui nõ posuit deũ
adiutorẽ suũ. Sꝫ sperauit in multitu
dine diuitiaꝝ suaꝝ: τ ꝓualuit ī vanita
te sua. Ego aũt sicut oliua fructifera ī
domo dei: speraui in mīa dei in eternũ
al's + dño. et ī seculũ seculi. Cõfitebor tibi + in se
culũ qꝛ fecisti: τ expectabo nomen tuũ
al' + nõ hꝫ ē qm̃ bonũ + est in cõspectu sctõꝝ tuoꝝ.
f.13. ¶ In finem intellectus dauid ꝓ
amalech. lij.



Dixit insipiẽs in corde suo:
f.13. nõ est deꝰ. Corrupti sunt τ
abominabiles facti sunt ī
iniq̃tatibꝰ: non est q̃ faciat
Roma. 3.b bonũ. Deꝰ de celo ꝓspexit
super filios hominũ: vt vi
deat si est intelligẽs aut requirẽs deũ.
Oẽs declinauerũt simul inutiles facti
sunt: nõ est q̃ faciat bonũ nõ est vsq; ad
vnũ. Nonne scient oẽs qui operantur
iniquitatẽ: qui deuorant plebẽ meã vt
cibũ panis. Deũ nõ inuocauerunt: illic
trepidauerunt timore vbi non fuit ti
f.13. mor. Qm̃ deus dissipauit ossa eoꝝ qui
hoībꝰ placẽt: cõfusi sunt qm̃ deꝰ spreuit
eos. Quis dabit ex siõ salutare israel:
cũ auerterit deꝰ captiuitatem plebis
sue: exultabit iacob τ letabitur israel.
¶ In finẽ in carminibꝰ vel hymnis in
tellectus dauid cũ venissent ziphei ad
saul et nunciassent sauli: nonne dauid
absconditus est apud nos. liij.



Deus in noīe tuo saluũ me
fac: τ ī virtute tua iudica +
al' + libera. me. Deꝰ exaudi orationem
meã: auribꝰ percipe verba
oris mei. Qm̃ alieni insur
rexerunt aduersum me: et
al' + nõ hꝫ τ fortes q̃sierũt animã meã: + τ nõ ꝓpo
suerũt deum ante conspectũ suũ. Ecce
enim deus adiuuat me: τ dominus su
sceptor ē anime mee. Auerte mala ini
micis meis: τ in veritate tua disperde
illos. Uolũtarie sacrificabo tibi τ cõfi
15. di. c. sctã tebor noī tuo dñe: qm̃ bonũ est. Qm̃ ex
romana. oī tribulatiõe eripuisti me: et sup ini
micos meos despexit oculus meus.
¶ In finẽ ī carminibꝰ ītellectꝰ dd. liiij.



Exaudi deus orationẽ meã
et ne despexeris deprecatio
nem meam: intẽde mihi et
exaudi me. Cõtristatꝰ sum
in exercitatiõe mea: et con
turbatus sum a voce inimi
Al's + ini ci: et a tribulatione peccatoris. Quo
quitatem. niã declinauerũt in me iniquitates +:

et in ira molesti erãt mihi. Cor meum
conturbatum est in me: τ formido mor
tis cecidit sup me. Timor τ tremor ve
nerũt + super me: et contexerunt + me al's + venit
tenebre. Et dixi: q̃s mihi dabit pẽnas al's + cõtexit
sicut columbe τ volabo τ requiescam? me tenebra
Ecce elongaui fugiens: τ mansi in soli
tudine. Expectabam eũ q̃ saluũ me fe
cit a pusillanimitate spũs τ tẽpestate.
Precipita dñe diuide lĩguas eoꝝ: qm̃ 7. q. 1. c. ad
vidi iniq̃tatẽ et ꝯdictiõnẽ in ciuitate. uersitas.
Die ac nocte circũdabit eã sup muros
eiꝰ: iniq̃tas τ labor ī medio eiꝰ τ iniu
sticia. Et nõ defecit de plateis eiꝰ vsu
ra τ dolus. Qm̃ si inimicꝰ meꝰ maledi
xisset mihi: sustinuissem vtiq;. Et si is
qui oderat me sup me magna locutus
fuisset: abscondissem me forsitã ab eo.
Tu vero hõ vnanimis dux meꝰ τ notꝰ
meꝰ. Qui simul mecũ dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulauimꝰ cũ cõ
sensu. Ueniat mors sup illos: τ descen
dãt in infernũ viuẽtes. Qm̃ neq̃tie in
habitaculis eoꝝ: ī medio eoꝝ. Ego aũt
ad deũ + clamaui: τ dñs saluauit + me. al's + dñm.
Uespere τ mane τ meridie narrabo et al's + exau
annũciabo: τ exaudiet vocẽ meã. Redi diuit.
met ī pace animã meã ab his q̃ appro De cõse. di.
pinquãt mihi: qm̃ inter multos erant 4. c. non no
mecũ. Exaudiet + deꝰ τ humiliabit il bis.
los q̃ est ante secula. Nõ em̃ est illis cõ Al's + me.
mutatio τ nõ timuerũt deum: extẽdit
manũ suã in retribuẽdo. Cõtaminaue
rũt testm̃ eiꝰ: diuisi sunt ab ira vultus
eiꝰ: τ appropinquauit cor illius. Mo
liti sunt sermones eiꝰ sup oleũ: et ipsi
sunt iacula. Iacta sup dñm curã tuã et
ipse te enutriet: + τ nõ dabit in eternũ al' + nõ hꝫ τ
fluctuationẽ iusto. Tu vero deꝰ dedu
ces eos in puteũ interitꝰ. Uiri sangui
num et dolosi non dimidiabunt dies
suos: ego autem sperabo in te domine.
¶ In finẽ ꝓ ppl'o q̃ a sctis lõge factus
est in tituli inscriptione ipsi dauid cũ
tenerent eum allophili in geth. lv.



Miserere mei deꝰ qm̃ cõculca f.5.
uit me hõ: tota die īpugnãs
tribulauit me. Conculcaue
rũt me inimici mei tota die:
qm̃ multi bellãtes aduersũ
me. Ab altitudine diei timebo: ego vero
in te sperabo. In deo laudabo sermões
meos in deo speraui: nõ timebo q̃d fa
ciat mihi caro. Tota die verba mea exe
crabãtur aduersum me: oẽs cogitatio
nes eoꝝ in malũ. Inhabitabunt et ab f.11.
scondent: ipsi calcaneum meum obser

nabãt. Sicut sustinuerũt animã meã
pro nihilo saluos facies illos: ĩ ira po
pulos ↄfringes. De⁹ vitã meã annũcia
ui tibi: posuisti lachrimas meas ĩ ↄspe
ctu tuo. Sicut ⁊ in ꝓmissiõe tua: tunc
ↄuertent inimici mei retrorsum. In q̃=
Alś + tu. cũq; die inuocauero te: ecce cognoui qm̄
de⁹ me⁹ es +. In deo laudabo vbũ in
dño laudabo sermonẽ: in deo speraui
nõ timebo quid faciat mihi hõ. In me
sunt de⁹ vota tua: q̃ reddã laudatiões
L. 114. tibi. Qm̄ eripuisti aĩam meam de mor
te: ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeam
coram deo in lumine viuentium.
¶ In finem ne disperdas dauid ĩ titu
li inscriptione cũ fugeret a facie saul
regis israel in speluncam. lvi.
Miserere mei deus miserere
mei: qm̄ in te confidit aĩa
mea. Et in vmbra alarum
tuarũ sperabo: donec trãse
at iniquitas. Clamabo
ad deum altissimum: deũ
qui benefecit mihi. Misit de celo ⁊ li
berauit me: dedit in opprobrium con
culcantes me. Misit de⁹ misericordiã
suã ⁊ veritatẽ suã: et eripuit animam
meã de medio catulorũ leonũ dormiui
cõturbatus. Filii hoĩm dentes eorum
arma et sagitte: ⁊ lingua eorũ gladius
De pe. di. 1. acutus. Exaltare sup celos deus: et in
c. periculose. omnẽ terrã gloria tua. Laqueum para
⁊ ca. noli. uerũt pedibus meis: ⁊ incuruauerunt
predicto. c. animã meã. Foderũt ante faciẽ meam
periculose. foueã: et inciderunt in eam. Paratum
j. 107. cor meũ deus paratũ cor meũ: cãtabo
et psalmũ dicam domino. Exurge glo
ria mea exurge psalterium et cithara:
exurgã diluculo. Cõfitebor tibi in po
al + nõ hz ⁊ pulis dñe: + et psalmũ dicã tibi in gẽ
tibus. Quoniam magnificata est vsq;
ad celos misericordia: ⁊ vsq; ad nubes
veritas tua. Exaltare super celos de⁹:
et super omnem terram gloria tua.
¶ In finem ne disperdas dauid in titu
li inscriptione. lvii.
alś + recta. Si vere vtiq; iustitiã loqmi
ni: recte + iudicate filii ho
minũ. Etenim in corde ini
quitates opamini ĩ terra:
iniustitias man⁹ vre cõcin
nãt. Alienati sunt petores
a vulua: errauerũt ab vtero locuti sũt
falsa. Furor illis ꝯm silitudinẽ serpen
tis: sicut aspidis surde ⁊ obturãtis au
res suas. Que nõ exaudiet vocẽ incan
tãtiũ: ⁊ venefici incantãtis sapienter.

Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipsorũ:
molas leonũ ↄfringet + dñs. Ad nihi al + ↄfregit
lũ deuenient tanq̃ aqua decurrẽs: intẽ
dit arcũ suum donec infirmentur. Sicut
cera que fluit auferentur: supercecidit
ignis ⁊ nõ viderũt solẽ. Priusq̃ intel
ligerẽt spine vestre rhãnũ: sicut viuen
tes sic in ira absorbet eos. Letabitur iu
stus cũ viderit vindictã: manus suas la 27. q. 1. c. vt
uabit in sanguine peccatoris. Et dicet duas. l.
homo si vtiq; est fructus iusto: vtiq; est
deus iudicans eos + in terra. Alś + non
¶ In finẽ ne disꝑdas dauid ĩ titulũ in habet eos.
scriptiõe qñ misit saul ⁊ custodiuit do
mum eius: vt interficeret eum. lviii.
Eripe me de inimicis meis
de⁹ me⁹: et ab insurgẽtib⁹
in me libera me. Eripe me
de operantib⁹ iniq̃tatẽ: et
de viris sanguinum salua
me. Qr ecce ceperunt aĩam
meã: irruerũt in me fortes. Nec iniq̃tas
mea neq; peccatũ meũ dñe: sine iniqui
tate cucurri ⁊ direxi. Exurge in occur
sum meũ et vide: et tu dñe deus virtu j. eodem.
tum deus israel. Intende ad visitãdas
oẽs gentes: non miserearis oĩbus qui
operãtur iniquitatẽ. Conuertẽtur ad
vesperã ⁊ famẽ patientur vt canes: ⁊ cir
cuibũt ciuitatẽ. Ecce loquentur in ore
suo: ⁊ gladius in labiis eorũ: qm̄ q̃s au
diuit. Et tu dñe deridebis eos: ⁊ ad ni
hilũ deduces oẽs gentes. Fortitudinẽ
meã ad te custodiam: q: de⁹ susceptor
me⁹ es +: de⁹ me⁹ mia eius preueniet
me. Deus ostẽdit mihi super inimicos Alś + non
meos ne occidas eos: neq̃ obliuiscan habet ea.
tur ppli mei. Dispge illos in vtute tua
et depone eos ꝓtector meus dñe. Deli
ctũ oris eorũ sermonẽ labiorũ ipsorũ: et
cõprehendãtur in superbia sua. Et de
execratiõe ⁊ mendacio annunciabunt
in consummatione: in ira consumma
tionis et non erunt. Et scient q: deus
dñabitur iacob: ⁊ finium terre. Conuer j. eodem.
tent ad vesperã ⁊ famẽ patiẽtur vt ca
nes: ⁊ circuibunt ciuitatem. Ipsi di
spergentur ad mãducandũ: si vero nõ
fuerint saturati ⁊ murmurabunt. Ego
aũt cantabo fortitudinẽ tuã: et exalta
bo + mane miam tuã. Quia fact⁹ es su alś + exulta
sceptor meus: ⁊ refugiũ meũ in die tri bo mane in
bulatiõis mee. Adiutor me⁹ tibi psal mia tua.
lam: quia + deus susceptor me⁹ es: de⁹ Alś + tu.
meus misericordia mea.
¶ In finẽ ꝓ his qui commutabũtur in
titulũ ĩscriptiõe ipsi dauid ĩ doctrinã

tum succēdit mesopotamiā syrie: ꝛ sy
riā sobal: ꝛ conuertit ioab: ꝛ percussit
edō in valle salinarū duodecim milia.
Psalmus. lix.

Deus repulisti nos et destru
xisti nos: iratꝰ es et miser
tus es nobis. Commonuisti
terrā et cōturbasti eā: sana
cōtritiōes eius qꝛ cōmota
est. Ostendisti populo tuo
dura: potasti nos vino cōpunctionis.
Dedisti metuentibꝰ te significationem
vt fugiāt a facie arcus. Et liberenť di
Als + me. lecti tui: saluū + fac dextera tua ꝛ exau
j.107. di me. Deus locutus est in sctō suo: le
tabor et partibor sichimā et cōuallem
tabernaculorum metibor. Meꝰ est ga
laad et meus est manasses: et ephraim
fortitudo capitis mei. Juda rex meus:
moab olla spei mee. In idumeam exten
dam calciamētum meū: mihi alienige
j.107. ne subditi sunt. Quis deducet me in ci
uitatem munitā: quis deducet me vsqꝫ
in idumeam? Nonne tu deus qui repu
listi nos: et non egredieris deus in vir
tutibus nostris. Da nobis auxilium de
als + quia. tribulatione: ꝛ + vana salus hominis.
21.q.3. cap. In deo faciemus virtutē: et ipse ad ni
sci. hilum deducet tribulātes nos.

¶ In finem in hymnis.
Psalmus dauid. lx.

Exaudi deus deprecationē
meā: intēde orationi mee.
A finibꝰ terre ad te clama
ui dū anxiareť cor meū: in
petra exaltasti me. Deduxi
sti me quia factus es spes
mea: turris fortitudinis a facie inimi
ci. Inhabitabo in tabernaculo tuo in
secula: protegar in velamento alarum
tuarum. Quoniā tu deus meus exau
disti orationē meam: dedisti heredita
tem timentibus nomen tuum. Dies su
per dies regis adiicies: annos eiꝰ vsqꝫ
in diem generationis ꝛ generationis.
Permanet in eternum in ꝯspectu dei:
misericordiam et veritatem eius quis
requiret? Sic psalmum dicam nomi
als + deus. ni tuo + in seculum seculi: vt reddā vo
ta mea de die in diem.

¶ In finē pro idithū. ps dauid. lxi.

Nonne deo subiecta erit aīa
mea: ab ipo enim salutare
meū. Nam et ipse deꝰ meꝰ
et salutaris meꝰ: susceptor
meꝰ nō mouebor amplius.
Quousqꝫ irruitis in hoīez
interficitis vniuersi vos: tanqꝫ parieti
inclinato et macerie depulse. Verum
tamen precium meum cogitauerūt re
pellere: cucurri in siti ore suo benedice
bant: et corde suo maledicebant. Verū
tamen deo subiecta esto aīa mea: quo
niam ab ipso patientia mea +. Quia Als + est.
ipse + deus meus ꝛ saluator meus adi Als + est.
utor meus non emigrabo. In deo salu
tare meum et gloria mea: deus auxilij
mei et spes mea in deo est. Sperate in
eo omnis congregatio populi: effundi
te corā illo corda vestra: deus adiutor
noster in eternum. Verūtamen vani fi
lij hominum mendaces filij hominum
in statheris: vt decipiant ipsi de vani
tate in idipsum. Nolite sperare in ini
quitate et rapinas nolite concupisce
re: diuitie si affluant nolite cor appo
nere. Semel locutus est deus duo hec
audiui: qꝛ potestas dei est + et tibi do als + nō hꝫ
mine misericordia: quia tu reddes vni est.
cuiqꝫ iuxta opera sua.

¶ Psalmus dauid cum esset in deserto
idumee. lxii.

Deus deꝰ meus: ad te de lu
ce vigilo. Sitiuit in te ani
ma mea: ꝙ multipliciter
tibi caro mea. In terra de
serta inuia et inaquosa sic
et in sancto apparui tibi:
vt viderem virtutem tuam et gloriam
tuam. Quoniam melior est misericor
dia tua super vitas: labia mea lauda
būt te. Sic benedicam te in vita mea:
et in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur
anima mea: et + labijs exultatiōis lau als + labia
dabit os meum. Sic + memor fui tui als + si.
super stratum meuz: in matutinis me
ditabor in te: quia fuisti adiutor meꝰ.
Et in velamento alarum tuarum exul
tabo adhesit anima mea post te: me su
scepit dextera tua. Ipsi vero in vanum
quesierunt animam meam introibunt
in inferiora terre: tradentur in manus
gladij partes vulpium erunt. Rex vero
letabitur in deo + laudabūtur omnes als + lauda
qui iurāt in eo: quia obstructum est os bitur ois ꝗ
loquentium iniqua. iurat.

¶ In finem psalmus dauid. lxiii.

Exaudi deus orationē meam
cū deprecor: a timore inimi
ci eripe aīam meā. Protexi
sti me a cōuētu malignātiū:
a multitudine operantium
iniquitatē. Qꝛ exacuerunt vt gladium

linguas suas: intenderūt arcū rē ama-
rā: vt sagittent in occultis imaculatū.
Subito sagittabūt eū et nō timebūt:
firmauerūt sibi sermonē nequā. Nar-
rauerūt vt absc̄oderēt laq̄os: dixerūt
De summa q̄s videbit eos. Scrutati sunt iniq̄ta-
tri. ca. i. in tes: defecerūt scrutātes scrutinio. Ac-
principio. cedet hō ad cor altū: ⁊ exaltabit̄ deus.
als ✝ nō h̄ꝫ Sagitte paruulorū facte sunt plage
ad. eoꝝ: ⁊ infirmate sunt ꝯ eos lingue eoꝝ.
Conturbati sunt oēs q̄ videbant eos:
als ✝ h̄ꝫ et et timuit oīs hō. Et ✝ annunciauerūt
opa dei: ⁊ facta eius intellexerūt. Leta
bitur iustus in dn̄o ⁊ sperabit in eo: ⁊
laudabuntur oēs recti corde.
¶ In finē psalmus dauid canticū hie-
remie aggei ⁊ ezechielis de verbo per-
egrinatiōis: vel de pplo trāsmigratio
nis cū inciperēt proficisci. lxiiij.
De ꝯse. dis. T E decet hymnꝰ deꝰ i sȳō: ⁊
i. c. hi duo. tibi reddet̄ votū in hierl̄z.
Exaudi orationē meā: ad
te oīs caro veniet. Uerba
iniquorū p̄ualuerūt super
nos: ⁊ impietatibꝰ nr̄is tu
ppitiaberis. Beatus quem elegisti et
assumpsisti: inhabitabit i atriis tuis.
Replebimur i bonis domus tue: sctm̄
est tēplū tuū mirabile in eq̄tate. Ex-
audi nos deꝰ salutaris noster: spes om
niū finiū terre ⁊ in mari lōge. Prepa-
rās mōtes in virtute tua accinctꝰ po-
tētia: q̄ cōturbas ꝓfundū maris sonū
fluctuū eius. Turbabunt̄ gētes ⁊ time
būt q̄ habitāt terminos a signis tuis:
exitus matutini ⁊ vespere delectabis.
Uisitasti terrā ⁊ inebriasti eam: multi
plicasti locupletare eā. Flumen dei re
pletū est aquis: parasti cibū illorū qm̄
Alias ✝ in ita ē p̄paratio eiꝰ. Riuos eiꝰ iebria ✝:
ebrians. multiplica genimina eius: in stillici-
diis eiꝰ letabit̄ germināds. Benedices
corone anni benignitatis tue: et cāpi
tui replebūtur vbertate. Pinguescēt
speciosa deserti: et exultatione colles
accingētur. Induti sunt arietes oniū
et valles abundabūt frumento: clama
bunt etenim hymnum dicent.
¶ In finē cāticū p̄s. resurrectiōis. lxv.
I Ubilate deo oīs terra psal
mū dicite noī eiꝰ: date glo
riā laudi eiꝰ. Dicite deo q̄
.j.90. terribilia sūt opa tua dn̄e:
in multitudine virtut̄ tue
mentient̄ tibi inimici tui.
Oīs terra adoret te ⁊ psallat tibi: psal
mū dicat noī tuo. Uenite ⁊ videte opa
dei: terribilis i ꝯsiliis sup filios hoīꝫ.
Qui cōuertit mare in aridā: i flumine
ptrāsibūt pede: ibi letabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eter
nū oculi eiꝰ sup gentes respiciūt: q̄ ex-
asperāt nō exaltant̄ in semetipsis. Be
nedicite gētes deū nr̄m: ⁊ auditā facite
vocē laudis eiꝰ. Qui posuit aīam meā
ad vitā: ⁊ non dedit in cōmotionē pe-
des meos. Qm̄ probasti nos deus: igne
nos examinasti sicut examinatur argē
tum. Induxisti nos in laqueū posuisti
tribulationes in dorso nostro: impo-
suisti homines sup capita nostra. Trā
siuimus per ignem et aquam: ⁊ eduxi-
sti ✝ nos in refrigerium. Introibo i do als ✝ indu
mum tuam in holocaustis: reddam ti- xisti.
bi vota mea q̄ distinxerunt labia mea.
Et locutū est os meum: in tribulatio- De voto. c.
ne mea. Holocausta medullata offerā per tuas.
tibi cum incenso arietū: offerā tibi bo
ues cum hircis. Uenite ⁊ audite ⁊ nar
rabo oēs q̄ timetis deū: q̄ta fecit aīe
mee. Ad ipm̄ ore ✝ meo clamaui: et ex- Als ✝ orb.
altaui sub lingua mea. Iniquitatem si
aspexi in corde meo: nō exaudiet dn̄s.
Propterea ✝ exaudiuit deus: et ✝ attē Als ✝ me.
dit voci deprecatiōis mee. Benedictꝰ als ✝ nō h̄ꝫ
deus qui non amouit orationem meā: et.
et misericordiam suam a me.
¶ In finē in hymnis p̄s. cātici dd̄. lxvi.
D Eus misereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat
nobis: illuminet vultū suū
sup nos et misereat̄ nr̄i. Ut
cognoscamꝰ i terra viā tuā:
in oībꝰ gētibꝰ salutare tuū.
Cōfiteant̄ tibi populi deꝰ: confiteant̄
tibi populi oēs. Letentur et exultent
gentes qm̄ iudicas pplos in eq̄tate: et
gentes in terra dirigis ✝. Confiteant̄ Als ✝ diri-
tibi ppli deꝰ ꝯfiteant̄ tibi populi oēs: ges.
terra dedit fructum suum. Benedicat
nos deꝰ deus noster bn̄dicat nos deꝰ:
et metuant eū oēs fines terre.
¶ In finē psalmus cātici dauid. lxvij.
E Xurgat deꝰ ⁊ dissipent̄ ini
mici eiꝰ: ⁊ fugiāt q̄ oderūt
eū a facie eius. Sicut defi
cit fumus deficiant: sicut
fluit cera a facie ignis sic
pereāt peccatōres a facie dei.
Et ✝ iusti epulent̄ ⁊ exultēt in ꝯspectu als ✝ nulli
dei: ⁊ delectent̄ in leticia. Cantate deo bi h̄ꝫ et.
psalmū dicite nomini eius: iter facite
ei q̄ ascendit sup occasum: dn̄s nomen als ✝ coraꝫ
illi. Exultate in cōspectu ✝ eiꝰ: turba- eo.
bunt̄ a facie eius ✝ patris orphanorū: als ✝ patri

pupillorum et iudicis viduarũ. Deꝰ in loco sancto suo: deꝰ q̃ + inhabitare facit vnius moris i domo. Qui educit vinctos i fortitudine: silr eos q̃ exasperant qui habitãt in sepulchris. Deꝰ cũ + egredieris in ɔspectu ppli tui: cũ ptrãsieris + in deserto. Terra mota ẽ etenim celi distillauerũt a facie dei sinay: a facie dei israel. Pluuiã volũtariam segregabis deꝰ hereditati tue ꝛ infirmata est: tu vero perfecisti eã. Animalia tua habitabũt i eo: parasti i dulcedine tua paupe ri deꝰ. Dñs dabit vbũ euãgelizãtibꝰ: virtute multa. Rex virtutũ dilecti dilecti: et spẽi domꝰ diuidere spolia. Si dormiatis īter medios cleros pēne colũbe deargẽtate: ꝛ posteriora dorsi eiꝰ in pallore auri. Dũ discernit celestis reges sup eã niue dealbabunꝛ in selmõ: mõs dei mõs pinguis. Mõs coagulatus mõs pinguis: vt quid suspicamini mõtes coagulatos. Mõs in q̃ bñplacitũ ẽ deo habitare in eo: etenĩ dñs habitabit i finẽ. Currꝰ dei decẽ milibꝰ multiplex milia letãtiũ: dñs i eis i sinay i scõ. Ascẽdisti in altũ cẽpisti captiuitatẽ: accepisti dona in hoibꝰ. Etenĩ nõ credẽtes: ĩhabitare dñm deũ. Bñdictꝰ dñs die q̃tidie: prosperũ iter faciet nobis deꝰ salutariũ nroꝝ. Deꝰ nr deꝰ saluos faciendi: ꝛ dñi dei exitus mortis. Uerũtamẽ deus ɔfringet capita inimicoꝝ suoꝝ: verticẽ capilli pambulãtiũ in delictis suis. Dixit dñs ex basan cõuertã: ɔuertã in pfundũ maris. Ut intingaꝛ pes tuus in sanguine: lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ipso. Uiderũt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei q̃ est i scõ. Preuenerũt principes cõiũcti psallẽtibus: in medio iuuẽcularũ tympanistriarũ. In ecclesijs benedicite deo: dño de fontibꝰ israel. Ibi beniamin adolescẽtulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eoꝝ: principes zabulõ ꝛ principes neptalim. Mãda deus virtuti + tue: confirma hoc deꝰ qđ operatus es + in nobis. A tẽplo tuo in hierusalẽ: tibi offerent reges munera. Increpa feras arũdinis cõgregatio tauroꝝ in vaccis populoꝝ: vt excludant eos q̃ pbati sunt argẽto. Dissipa gẽtes q̃ bella volũt venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eiꝰ deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascẽdit super celũ celi: ad orientẽ. Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis: date gloriam deo. Super israel magnificentia eius: et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem plebi sue: benedictus deus.

¶ In finem pro his qui commutabuntur ps. ipsi dauid. lxviij.

Saluum me fac deꝰ: qm̃ intrauerũt aque vsq; ad animam meã. Infixꝰ sum in limo profundi: ꝛ nõ est substantia. Ueni in altitudinẽ + maris: et tẽpestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dũ spero in deũ meũ. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: q̃ oderũt me gratis. Cõfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebã. Deus tu scis insipiẽtiam meam: et delicta mea a te nõ sunt abscondita. Non erubescãt in me qui expectant te domine: dñe virtutum. Nõ cõfundantur sup me: qui querunt te deus israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meã. Extraneus factus sum fratribꝰ meis: et peregrinus filijs matris mee. Qm̃ zelus domus tue comedit me: ꝛ opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in opprobriũ mihi. Et posui vestimẽtum meũ ciliciũ: ꝛ factus sum illis in parabolã. Aduersuz me loquebanꝛ q̃ sedebãt in porta: ꝛ in me psallebãt q̃ bibebant vinum. Ego vero orationem meã ad te domine: tps beneplaciti deꝰ. In multitudine mĩe tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt nõ infigar: libera me ab his q̃ oderunt me et de profundis aquarum. Non me demergat tẽpestas aq; neq; absorbeat me profundum: neq; vrgeat sup me puteus os suum. Exaudi me dñe qm̃ benigna est mĩa tua: sm̃ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice me. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. Intende aĩe mee et libera eã: pp̃ter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiũ meũ: et confusionem meam: ꝛ reuerentiam meã. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant + me: iproperiũ expectauit cor meuz et miseriam. Et sustinui q̃ simul cõtristareꝛ ꝛ nõ fuit: q̃ cõsolareꝛ ꝛ non inueni. Et dederunt in escam meã fel:

Marginal notes (left): ⁊ defensori viduarum. Als + pres iudices. als + nõ hz qui. 14. q. 1. cap. omnibus. Als + egrederis. Als + pertrãsires. 23. q. 6. ca. iam vero. Ephe. 4. b. als + virtutem tuam. Als + non habet in ecnobis ẽ datiui casus.

Marginal notes (right): De cõse. di. 2. cap. cum omne. Als + altitudine. ã. 39. Jo. 2. c. Rom. 15. a. 11. q. 3. ca. quando. De pe. di. 1. c. voluisset. als + tribulantes.

Ro. 11. b. et in siti mea potauerūt me aceto. Fiat
37. di. §. si. mensa eorū corā ipsis in laqueū: et in
retributiões et in scādalū. Obscuren-
tur oculi eo᷑ ne videāt: ⁊ dorsum eo᷑
Actuū. i. d. semp incurua. Effunde super eos irā
22. dist. c. i. tuam: et furor ire tue cōprehēdat eos.
in fine. Fiat habitatio eorum deserta: ⁊ in ta-
bernaculis eorū non sit qui inhabitet.
Quoniā quē tu percussisti persecuti sunt: et
sup dolorē vulnerū meo᷑ addiderūt.
Appone iniquitatē sup iniqtatē eo᷑:
alr+ iusti- et nō intrēt in iustitiā tuā+. Deleātur
tia tua. de libro viuētiū: ⁊ cum iustis nō scribā-
De pe. dist. tur. Ego sū pauper ⁊ dolēs salus tua
4. c. in do- deus suscepit me. Laudabo nomen dei
mo. cū cātico: ⁊+ magnificabo eū i laude.
Alr+ non Et placebit deo super vitulū nouellū:
habet et. cornua pducentē ⁊ vngulas. Uideant
alr+ dñm. pauperes ⁊ letent querite deū+ ⁊ vi-
uet anima vestra. Quoniam exaudiuit
pauperes dominus: ⁊ vinctos suos non
despexit. Laudent illum celi et terra:
mare ⁊ omnia reptilia in eis. Quoniā
deus saluā faciet siō: ⁊ edificabunt ci-
uitates iude. Et inhabitabunt ibi: et
hereditate acquirent eā. Et semen ser-
uorū eius possidebit eā: ⁊ qui diligūt
nomen eius habitabunt in ea.

¶ In finē ps. dauid in rememoratione
eo φ saluum fecit eum dñs. lxix.




9. q. i. c. cū vero. DEus in adiutorium meum
intende: dñe ad adiuuādū
me festina. Confundantur
et reuereātur. q querūt ani-
P. 39. mam meā. Auertantur re-
trorsum et erubescant: qui
volunt mihi mala. Auertantur statim
erubescentes: q dicunt mihi euge euge.
Exultent ⁊ letentur in te oēs qui que-
runt te: et dicant semper magnificetur
dñs qui diligunt salutare tuū. Ego ve-
ro egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua
me. Adiutor meus et liberator meus es
tu: domine ne moreris.

¶ Psalmus dauid filiorū ionadab et
priorum captiuorum. lxx.



IN te dñe speraui nō cōfun-
P. 30. dar in eternum: in iustitia
tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurē tuā: et
salua me. Esto mihi in deū
protectorē: ⁊ in locū munitū
vt saluū me facias. Quoniā firmamentum
meū: ⁊ refugiū meū es tu. Deus meus eri-
Alr+ non pe me de manu peccatoris: et+ de manu
habet et. ↄtra legē agētis ⁊ iniqui. Quoniā tu es pa-
tiētia mea dñe: dñe spes mea a iuuētu-
te mea. In te cōfirmatus sum ex vtero:
de ventre matris mee tu es protector meus.
In te cātatio mea semp: tāq prodigium
factus sum multis: et tu adiutor fortis.
Repleat os meū laude vt cantē gloriā
tuā: tota die magnitudinē tuā. Ne pro-
ijcias me in tpe senectutis: cum defece- Alr+ defi-
rit+ virtus mea ne derelinquas me. Quia ciet.
dixerūt inimici mei mihi: ⁊ qui custo-
diebāt animā meā consiliū fecerūt in
vnū. Dicētes deus dereliquit eū: psequi-
mini ⁊ cōprehēdite eū qz nō est qui eri-
piat. Deus ne elōgeris a me: deus meus
in auxiliū meū respice. Cōfundant et
deficiāt detrahētes aīe mee: operiant
cōfusiōe ⁊ pudore q qrunt mala mihi.
Ego aūt semper sperabo: ⁊ adiciā su- Dist. 88. c.
per oēm laudē tuā. Os meū annunciā- quoniam.
bit iustitiā tuā: tota die salutare tuū.
Quoniā non cognoui literaturam introi-
bo+ in potentias dñi: dñe memorabor Alr+ in-
iustitie tue solius. Deus docuisti me+ a iu- trabo.
uētute mea: ⁊ vsq nūc pnūciabo mira- Alr+ ex.
bilia tua. Et vsq in senectā ⁊ senium: Dist. 88. ca.
deus ne derelinquas me. Donec annun- 2. ⁊ c. eiici-
ciē brachium tuū: generationi omni q ens. et pdi-
ventura est. Potētiam tuā ⁊ iustitiam cto caplo
tuā deus vsq in altissima q fecisti ma- quoniam.
gnalia: deus qs similis tibi. Quantas
ostēdisti mihi tribulatiões multas et
malas et cōuersus viuificasti me: et de
abyssis terre iterū reduxisti me. Mul-
tiplicasti magnificentiam tuā: ⁊ cōuer-
sus cōsolatus es me. Nā et ego confite-
bor tibi in vasis psalmi veritatē tuā:
deus psallā tibi i cithara sctūs israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero
tibi: ⁊ anima mea quā redemisti. Sed
et lingua mea tota die meditabitur iu-
stitiam tuā: cum confusi et reueriti fue-
rint qui querunt mala mihi.

¶ Psalmus dauid in salomonē. lxxi.



DEus iudiciū tuū regi da: et
iustitiā tuā filio regis. Iu-
dicare ppl'm tuum in iusti-
tia: et pauperes tuos in iu-
dicio. Suscipiāt montes
pacē populo: ⁊ colles iusti-
tiā. Iudicabit pauperes populi et sal-
uos faciet filios pauperum: ⁊ humilia-
bit+ calumniatorē. Et permanebit cū alr+ humi-
sole ⁊ ante lunam: in generatione ⁊ ge- liauit.
neratione+. Descendet sicut pluuia in Alr+ gene-
vellus: ⁊ sicut stillicidia stillantia sup rationis et
terrā. Orietur in diebus eius iustitia et generatio-
abūdātia pacis: donec auferatur luna. num.
Et dñabitur a mari vsq ad mare: et a

flumine vsq; ad terminos orbis terra/
rũ. Corã illo pcidẽt ethiopes: τ inimi
23.q.4.c.ec clesia. ci ei⁹ terrã lingẽt. Reges tharsis τ isu
le munera offerẽt: reges arabũ et saba
dona adducẽt. Et adorabũt eũ oẽs re/
ges: oẽs gẽtes seruiẽt ei. Qr liberabit
al. ÷ nõ hz τ pauperẽ a potẽte: τ ÷ pauperẽ cui non
erat adiutor. Parcet paupi τ inopi: et
aĩas pauperũ saluas faciet. Ex vsuris
τ iniquitate redimet aĩas eoꝝ: τ hono
rabile nomẽ eoꝝ corã illo. Et viuet τ
al. ÷ orabũt dabit ei de auro arabie: et adorabũt ÷
de ipso semp: tota die bñdicẽt ei. Erit
firmamentũ in terra in summis mon/
tiũ: superextollet super libanũ fruct⁹
eius: et florebũt de ciuitate sicut fenũ
terre. Sit nomẽ eius benedictũ in se/
cula: ante solẽ permanet nomen eius.
Et benedicent in ipso oẽs trib⁹ terre:
Luce.2.g. oẽs gẽtes magnificabũt eũ. Benedict⁹
dñs deus israel: qui facit mirabilia so
lus. Et benedictum nomen maiestatis
eius in eternum: et replebitur maiesta
te eius omnis terra: fiat fiat.

¶ Defecerunt hymni dauid filij iesse.

¶ Psalmus asaph. lxxij.



Uam bonus isrl deus: his q
recto sunt corde. Mei aũt
pene moti sunt pedes: pe
ne effusi sunt gressus mei.
Qr zelaui sup iniquos: pa
cem petõꝝ vidẽs. Quia nõ
est respectus morti eoꝝ: τ firmamentũ
De pe. di.1. c.serpens. in plaga eoꝝ. In labore hominum nõ
sunt: et cũ hominib⁹ nõ flagellabunt.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt
iniquitate et impietate sua. Prodijt
Als ÷ malicia. quasi ex adipe ÷ iniquitas eoꝝ: trãsie/
rũt in affectũ cordis. Cogitauerunt et
als ÷ in nequitia. locuti sunt ÷ nequitiã: iniquitatem in
excelso locuti sunt. Posuerunt in celũ
21.di.c. inñ os suũ: τ lingua eoꝝ trãsiuit in terra.
Ideo conuertet populus meus hic: et
dies pleni inuenientur in eis. Et dixe/
rũt: quomodo scit de⁹: et si est scientia
s.25. in excelso. Ecce ipsi petõres et abũdã/
tes in seculo: obtinuerũt diuitias. Et
dixi ergo sine causa iustificaui cor meũ
et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castiga/
tio mea in matutinis. Si dicebã nar/
rabo sic: ecce nationẽ filioꝝ tuoꝝ re/
probaui. Existimabã vt cognoscerem:
hoc labor est ante me. Donec intrem in
sanctuariũ dei: et intelligã in nouissi/
mis eoꝝ. Uerũtamẽ propter dolos po
suisti eis: deiecisti eos dũ alleuarẽtur.
Quomodo facti sunt in desolationẽ
subito defecerũt: perierũt pp̃ter iniq/
tatem suã. Uelut somniũ surgentium:
dñe in ciuitate tua imaginẽ ipsoꝝ ad
nihilum rediges. Quia inflammatum
est cor meum et renes mei commutati
sunt: et ego ad nihilũ redactus sum et
nesciui. Ut iumentum factus sum apud
te: et ego semper tecum. Tenuisti ma/
num dexteram meam: et in voluntate
tua deduxisti me: τ cum gloria suscepi
sti me. Quid enim mihi est in celo: et a
te quid volui super terram? Defecit ca
ro mea τ cor meum: deus cordis mei τ
pars mea deus in eternum. Quia ecce
qui elongant se a te peribũt: perdidi/
sti omnes ÷ qui fornicãtur abs te. Mi als ÷ oẽs q fornicatur.
hi autem adherere deo bonũ est: pone/
re in dño deo spẽ meã. Ut annũciẽ oẽs
predicatiões tuas: in portis filie sion.

¶ In finem intellectus asaph. lxxiij.



T quid deus repulisti in fi Di.76.c.ieiunium.
nem: iratus est furor tuus
sup oues pascue tue. Me/
mor esto cõgregatiõis tue:
quam possedisti ab initio.
Redemisti virgã hereditã
tis tue: mõs siõ in quo habitasti in eo.
Leua man⁹ tuas i supbias eoꝝ in finẽ: 25.q.5.c.si.
quãta malignatus est inimicus in san/
cto. Et gloriati sunt q oderũt te: i me/
dio solennitatis tue. Posuerunt signa
sua signa: et non cognouerunt sicut in
exitu ÷ super summum. Quasi in silua als ÷ exitũ vel exitus.
lignorum securibus exciderũt ianuas
ei⁹ in idipsum: i securi et ascia deiece/
rũt eam. Incenderunt igni sanctuariũ 4.reg.25.c.
tuũ in terra: polluerũt tabernaculum
nominis tui. Dixerunt in corde suo co
gnatio eoꝝ simul: quiescere faciamus
oẽs dies festos dei a terra. Signa no/
stra non vidimus: iam non est prophe/
ta: τ nos non cognoscet amplius. Usq;
quo deus improperabit inimicus: irri
tat aduersarius nomẽ tuum in finem.
Ut quid auertis manum tuam et dex/
teram tuam: de medio sinu tuo in fi/
nem? Deus autem rex noster ante secu/
la: operatus est salutem ÷ in medio ter Als ÷ salutes.
re. Tu confirmasti in virtute tua ma/
re: contribulasti capita draconum in
aquis. Tu cõfregisti capita draconis:
dedisti eum escam populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et torrẽtes: tu sic/
casti fluuios ethã. Tuus est dies et tua
est nox: tu fabricatus es aurorã et so
lem. Tu fecisti omnes terminos terre:

Als.✝ eos: fcz terminos terre. als.✝ eam: fcz terrã. als.✝ aiam confitentẽ. Als.✝ non habet τ.

estatem et ver tu plasmasti.✝ ea. Memor esto huiꝰ inimicus improperauit domino: τ populus insipiẽs incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs.✝ aias confitẽtes tibi: ✝et animas pauperuȝ tuorum ne obliuiscaris in finẽ. Respice in testamentum tuũ: qꝛ repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne auertaꝶ humilis factus cõfusus: pauper τ inops laudabũt nomen tuũ. Exurge deus iudica cãm tuã

De pe. di. 3. capi. talis.

memor estoꝰ improperiorum tuorum: eorum q̃ ab isipiẽte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: supbia eorũ qui te oderunt ascendit semper.

¶ In fineȝ ne disperdas vel corrũpas. Psalmus cantici asaph. lxxiiij.

Confitebimur tibi deꝰ cõfitebimur: τ inuocabimꝰ nomen tuũ. Narrabimꝰ mirabilia tua cũ accepero tps: ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eiꝰ. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquẽtibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altũ cornu vestrum: nolite loqui aduersus deũ iniquitatẽ. Quia neqȝ ab oriente neqȝ ab occidente neqȝ a desertis montibꝰ: quoniã deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: qꝛ calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtñ fex eius nõ est exinanita: bibẽt oẽs pctõres terre. Ego aũt annũciabo i seculũ: cãtabo deo iacob. Et oia cornua peccatorum confringã: et exaltabuntur cornua iusti.

¶ In finem in carminibus canticuȝ ad assyrios. psalmus asaph. lxxv.

16. q. 6. ca. et hoc. De imu. ec. c. 2. lib. 6. Als.✝ confringent.

Notus in iudea deꝰ: in isrľ magnũ nomẽ eiꝰ. Et factꝰ est in pace locus eiꝰ: et habitatio eiꝰ in sion. Ibi cõfregit.✝ potentias: arcum scutum gladium et bellũ. Illuminans tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati sunt omnes isipiẽtes corde. Dormierunt somnum suũ: et nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ i manibus suis. Ab increpatiõe tua deꝰ iacob: dormitauerũt q̃ ascẽderũt equos. Tu terribilis es: et qs resistet tibi ex tũc ira tua. De celo auditũ fecisti iudiciũ: terra tremuit.✝ τ q̃uit. Cũ exurgeret in iudiciuȝ deus: vt saluos faceret oẽs mãsuetos terre. Qm̃ cogitatio hominis cõfitebiꝶ tibi: τ reliquie cogitationis diẽ festum agent tibi. Vouete et reddite dño deo vestro: omnes qui in circuitu eiꝰ affertis munera. Terribili τ ei qui aufert spiritũ principũ: terribili apud omnes reges terre.

als.✝ nõ hz tremuit.

27. q. ca. Ne qs. in fine.

¶ In finẽ pro idithũ ps. asaph. lxxvj.

J. 141.

Voce mea ad dñs clamaui: voce mea ad deũ τ intendit mihi. In die tribulationis mee deuȝ exquisiui manibꝰ meis nocte ɔtra eũ: τ nõ sum decep͂tus. Renuit consolari aia mea.✝ memor fui dei τ delectatꝰ sum: et.✝ exercitatꝰ sum τ defecit spũs meꝰ. Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbatꝰ sum et nõ sum locutus. Cogitaui dies antiquos: τ annos eternos in mẽte habui. Et meditatꝰ sum nocte cũ corde meo: et.✝ exercitabar τ scopebã spm̃ meum. Nunq̃d i eternũ ꝓijciet deꝰ: aut nõ apponet.✝ vt ɔplacitior sit adhuc? Aut i finẽ miam suã abscidet: a gñatiõe i generationẽ. Aut obliuiscetur misereri deꝰ: aut ɔtinebit in ira sua mias suas? Et dixi nũc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operuȝ dñi: qꝛ memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. Et meditabor in oibꝰ operibꝰ tuis: et in adinuẽtionibꝰ tuis exercebor. Deꝰ in scõ via tua: qs deꝰ magnus sicut deus noster? tu es deꝰ q̃ facis mirabilia. Notam fecisti in pplis virtutem tuã: redemisti in brachio tuo pplm tuuȝ: filios iacob τ ioseph. Viderũt te aque deꝰ viderũt te aq̃ τ timuerũt: τ turbati sunt abyssi. Multitudo sonitꝰ aquarum: vocẽ dederũt nubes. Etenĩ sagitte tue trãseũt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerũt choruscationes tue orbi terre: cõmota est τ ɔtremuit terra. In mari via tua τ semite tue i aqs multis: τ vestigia tua nõ cognoscẽtur. Deduxisti sicut oues populum tuũ: in manu moysi et aaron.

als.✝ aiam meam supple dñs. al.✝ nõ hz τ

al.✝ nõ hz τ

al.✝ appoñt

¶ Intellectus asaph. lxxvij.

Attendite popule meꝰ.✝ legem meam: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei. Aperiã in parabolis.✝ os meum: loquar propositiones ab initio. Quãta audiuimus τ cognouimus ea: et patres nři narrauerunt nobis. Non sunt occultata a filijs eorũ: in generatiõe altera. Narrantes laudes domini et virtutes eiꝰ: et mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: et legem po

Mat. 13. c. Als.✝ pplis meus. Als.✝ parabola.

fuit in israel. Quāta mandauit patri-
bus nostris nota facere ea filijs suis:
vt cognoscat generatio altera. Filij q̄
Al's + ea. nascent᷑ & exurgent: narrabunt + filijs
suis. Ut ponāt ī deo spē suā: & nō obli
uiscant᷑ operū dei: & mādata eius exq̄
rant. Ne fiant sicut patres eo℞: genera
tio praua & exasperās. Generatio que
non direxit cor suū: & non est creditus
Al's + effrai cum deo spūs eius. Filij + ephrē inten
dentes & mittētes arcū: cōuersi sunt in
die belli. Nō custodierūt testamētum
dei: & in lege eius noluerūt ambulare.
Et obliti sunt benefacto℞ eius: et mi-
rabiliū eius q̄ ostēdit eis. Corā patri-
bus eo℞ fecit mirabilia in terra egy-
Exo.14.c. pti: in cāpo thaneos. Interrupit mare
Al's + non et perduxit eos: et + statuit aquas quasi
habet et. in vtre. Et deduxit eos in nube diei: &
Exo.17.b. tota nocte ī illuminatiōe ignis. Inter
rupit petram in heremo: & adaquauit
eos velut in abysso multa. Et eduxit
aquam de petra: & eduxit tanq̄ flumi-
na aq̄s. Et apposuerūt adhuc peccare
Al's + exci- ei: in irā cōcitauerūt + excelsum in in-
tauerūt. aquoso. Et tētauerūt deū in cordibus
suis: vt peterēt escas animabus suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerūt nū
quid poterit de⁹ parare mēsam in de-
serto: Qm̄ percussit petrā & fluxerunt
aque: & torrētes inūdauerunt. Nunq̄d
et panē poterit dare: aut parare men-
sam pplo suo? Ideo audiuit dn̄s et di-
stulit: & ignis accēsus est in iacob: & ira
Exo.16.d. ascēdit in israel. Quia nō crediderūt
Sap.10.c. in deo: nec sperauerūt in salutari ei⁹.
Joan.6.d. Et mādauit nubib⁹ desup: et ianuas
De cōse.dis. celi apuit. Et pluit illis māna ad mā-
2.c.reuera. ducādū: & panē celi dedit eis. Panem
et.c.omia. angelo℞ mādūcauit homo: cibaria mi
De reli.ca. sit eis in abūdātia. Trāstulit austrum
vnico.ī cle. de celo: & induxit in virtute sua aphri-
cū. Et pluit sup eos sicut puluere car-
Al's + arena nes: & sicut arenā + maris volatilia pē
nata. Et ceciderūt in medio castrorum
eo℞: circa tabernacula eo℞. Et mādu-
cauerūt & saturati sunt nimis: & desi-
deriū eo℞ attulit eis: nō sunt fraudati
Nu.22.g. a desiderio suo. Adhuc esce eorū erant
Al's + in. in ore ipso℞: & ira dei ascēdit + super
eos. Et occidit pingues eo℞: & electos
israel impediuit. In oībus his pecca-
Al's + non uerūt adhuc: & nō crediderūt in + mi-
habet in. rabilibus eius. Et defecerūt in vanita
te dies eo℞: & anni eorū cū festinatiōe.
Cū occideret eos querebāt eū & reuer-
tebantur: & diluculo veniebant ad eū.

Et rememorati sunt q2 deus adiutor
est eorū: & deus excelsus redēptor eo℞
est. Et dilexerūt eū in ore suo: & lingua
sua mētiti sunt ei. Cor aūt eo℞ nō erat
rectum cum eo: nec fideles habiti sunt
in testamēto eius. Ipse autem est mise
ricors & propitius fiet peccatis eorū:
et non disperdet eos. Et abundauit vt
auerteret iram suam: et non accēdit + Al's + accē
omnem iram suam. Et recordatus est det.
quia caro sunt: spiritus vadens & non De pe.di.1.
rediens. Quoties exacerbauerūt eū §.hoc idē.
in deserto: in iram concitauerunt eum
in inaquoso. Et conuersi sunt & tētaue
runt deum: & sanctum israel exacerba-
uerūt. Nō sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribulā-
tis. Sicut posuit in egypto signa sua: Exo.7.d.
et prodigia sua in campo thaneos. Et ī.104.d.
conuertit in sanguinem flumina eo℞:
et imbres eorum ne biberēt. Misit in
eos cynomiā & comedit eos: & ranā et
disperdidit eos. Et dedit erugini fru-
ctus eo℞: & labores eorū locuste. + Et Al's + non
occidit ī grādine vineas eo℞: & moros habet et.
eorum in pruina. Et tradidit grandi-
ni iumenta eorum: & possessiones eo℞
igni. Misit in eos iram indignatiōis
sue: indignationē & irā et tribulatio-
nē: immissiones + per angelos malos. Al's + im-
Uiā fecit semite ire sue: & nō pepercit missionē.
a morte animarū eo℞: & iumenta eorū
in morte conclusit. Et percussit omne
primogenitum in terra egypti: primi-
tias oīs laboris eorum in tabernacu-
lis cham. Et abstulit sicut oues popu- Exo.12.d.
lum suū: & perduxit eos tanq̄ gregem ī.134.et
in deserto. Et deduxit eos in spe & non 135.
timuerūt: & inimicos eo℞ operuit ma
re. Et induxit eos in mōtē sanctifica-
tionis sue: mōtē quē acquisiuit dexte-
ra eius. Et eiecit a facie eorum gētes:
et sorte diuisit eis terram in funiculo
distributionis. Et habitare fecit in ta
bernaculis eo℞: tribus israel. Et tēta-
uerūt & exacerbauerūt deū excelsum: &
testimonia eius non custodierunt. Et
auerterūt se et non seruauerūt pactū:
quēadmodū patres eo℞ conuersi sunt
in arcum prauū. + In irā + concitaue- Al's + et.
runt eū in collib⁹ suis: & in sculptilib⁹ Al's + irā.
suis ad emulationē eū prouocauerūt.
Audiuit deus & spreuit: & ad nihilum
redegit valde israel. Et repulit taber-
naculum silo: tabernaculū suū vbi ha-
bitauit in hominibus. Et tradidit in
captiuitatem virtutem eo℞: & pulchri

tudinem eorū in manus inimici. Et cō
clusit in gladio pplꝫ suū: ꝛ hereditatē
suā spreuit. Iuuenes eoꝝ cōcedit ignis
ꝛ virgines eoꝝ nō sunt lamētate. Sa-
cerdotes eoꝝ in gladio ceciderūt: ꝛ vi
Als ÷ plo-rabunt. due eoꝝ nō plorabant ÷. Et excitatus
est tanꝗ dormiēs dñs: tanꝗ potēs crapu
1.reg.5.b. latus a vino. Et percussit inimicos suos
in posteriora: opprobriū sempiternū
dedit illis. Et repulit tabernaculū io
Als ÷ effra im. seph: ꝛ tribū ephrē ÷ nō elegit. Sꝫ ele
git tribū iuda: mōtem siō quē dilexit.
Als ÷ vni-cornis. Et edificauit sicut vnicorniū ÷ sctifi-
1.reg.16.c. ciū suū in terra quā fundauit in scl'a.
Et elegit dauid seruum suū: ꝛ sustulit
eū de gregibus ouium de post fetātes
accepit eum. Pascere iacob seruū suū:
et israel hereditatem suam. Et pauit
eos in innocentia cordis sui: ꝛ in intel-
lectibus manuū suarum deduxit eos.
¶ Psalmus asaph. lxxviij.

Deus venerūt gētes in here
ditatē tuā: polluerūt tēplū
sctm̄ tuū: posuerūt hierl'm
in pomoꝝ custodiā. Posue
rūt morticina huoꝝ tuorū
escas volatilib' celi: carnes
sctōrū tuoꝝ bestijs terre. Effuderunt
sanguinē ipsoꝝ tanꝗ aquā in circūitu
hierl'm: ꝛ nō erat q̄ sepeliret. Facti su-
mus opprobriū vicinis nr̄is: subsanna
tio ꝛ illusio his q̄ in circūitu nr̄o sunt.
Hier.10. Usqꝫquo dñe irasceris in finē: accēdet
Ibidem. velut ignis zel' tu'. Effunde irā tuā i
23.q.5.c.si. gētes q̄ te nō nouerūt: ꝛ in regna q̄ no-
Esa.64.b. mē tuū nō inuocauerūt. Qꝛ comederūt
iacob: ꝛ locū eius desolauerūt. Ne me
mineris iniq̄tatū nostrarū antiquaꝝ:
cito anticipēt nos mīe tue: qꝛ paupes
facti sum' nimis. Adiuua nos de' sa-
lutaris noster: ꝛ ppter gl'iam nois tui
dñe libera nos: ꝛ ppiti' esto petis no-
stris ppter nomē tuū. Ne forte dicāt in
Als ÷ inno tescant. gētib' vbi est de' eoꝝ: ꝛ inotescat ÷ in
natiōib' corā oc'lis nr̄is. Ultio sangui
nis seruoꝝ tuoꝝ q̄ effusus est: introeat
in cōspectu tuo gemitus cōpeditoꝝ.
Scdm magnitudinē brachij tui: possi
de filios mortificatoꝝ. Et redde vici-
nis nostris septuplū in sinu eoꝝ: ipro-
periū ipoꝝ qđ exprobrauerūt tibi dñe.
Nos aūt ppls tuus ꝛ oues pascue tue:
cōfitebimur tibi in sclm. In gñatiōe ꝛ
gñationem: annūciabimus laudē tuā.
¶ In finē p his q̄ cōmutabunt psalm'
p assyrijs testimoniū asaph. lxxix.



Qui regis israel intēde: qui
deducis velut ouem ÷ io- Als ÷ oneri
seph. Qui sedes super che
rubin: manifestare coram
ephraim ÷ beniamin ꝛ ma- Als ÷ hꝫ et
nasse. Excita potētiā tuā ꝛ
veni: vt saluos facias nos. Deus cōuer
te nos: ꝛ ostēde faciem tuā ꝛ salui eri- i.eodem.
mus. Dñe deus virtutum: quousqꝫ ira-
sceris super oratiōnē serui tui. Ciba-
bis nos pane ÷ lachrimarū: ꝛ potū da Als ÷ panē.
bis nobis in lachrimis in mēsura. Po
suisti nos in cōtradictionē vicinis no
stris: ꝛ inimici nostri subsannauerunt d.eodem.
nos. Deus virtutū cōuerte nos: ꝛ ostē- i.eodem.
de faciē tuā et salui erimus. Uineā de
egypto trāstulisti: eiecisti gētes ꝛ plā-
tasti eam. Dux itineris fuisti in cōspe-
ctu eius et plantasti radices eius: ꝛ im
pleuit terram. Operuit mōtes vmbra
eius: et arbusta eius cedros dei. Exten
dit palmites suos vsqꝫ ad mare: ꝛ vsqꝫ
ad flumen ppagines eius. Et quid de-
struxisti maceriam eius: ꝛ vindemiant
eam omnes qui pretergrediuntur viā.
Exterminauit eam aper de silua: ꝛ sin-
gularis ferus depastus est eam. Deus
virtutum conuertere: respice de celo ꝛ
vide et visita vineam istam. Et perfi-
ce eam quā plātauit dextera tua: ꝛ su-
per filium hominis ÷ quem cōfirmasti Als ÷ non
tibi. Incēsa igni ꝛ suffossa: ab increpa habet hic
tione vultus tui peribūt. Fiat manus hominis.
tua super virum dextere tue: et super
filium hominis quem cōfirmasti tibi.
Et nō discedim' a te viuificabis nos: De pe.dis.
ꝛ nomen tuum inuocabimus. Domine 2.c.si enim.
deus virtutum conuerte nos: ꝛ osten- d.eodem.
de faciem tuam et salui erimus.
¶ In finem pro torcularibus psalmus
ipsi dauid quinta sabbati. lxxx.

Exultate deo adiutori no- 95.dis. ca.
stro: iubilate deo iacob. ecce.
Sumite psalmum ꝛ date 13.q.1.§.
tympanum: psalteriū io- his ita.
cundum cū cythara. Buc-
cinate in neomenia tuba: i
insigni die solēnitatis vestre ÷. Quia Als ÷ nr̄e.
preceptum in israel est et iudiciū deo
iacob. Testimonium in ioseph posuit
illud cum exiret de terra egypti: lin-
guam quam non nouerat audiuit. Di-
uertit ab oneribus dorsum eius: man'
eius in cophino seruierunt. In tribu-
latione inuocasti me et liberaui te: ex-
audiui te in abscondito tempestatis:

probaui te apud aquã cõtradictiõis.
Audi pp̃ls meus ⁊ cõtestabor te: isrł si
audieris me nõ erit in te de⁹ recẽs: ne-
Als ✝ nec. q̃z ✝ adorabis deũ alienũ. Ego enĩ sum
Exo.10.a. dñs de⁹ tu⁹ q̃ eduxi te de terra egypti:
dilata os tuũ ⁊ implebo illud. Et nõ ex-
audiuit pp̃ls meus vocẽ meã: ⁊ isrł nõ
intẽdit mihi. Et dimisi eos ſm deside
ria cordis eoꝝ: ibũt in adinuẽtionib⁹
suis. Si pp̃ls me⁹ audisset me: isrł si i
vijs meis ambulasset. Pro nihilo forsi
tan inimicos eoꝝ humiliassem: et sup
tribulãtes eos misissez manũ meã. Ini
mici dñi mentiti sunt ei: erit tp̃s eoꝝ
Als ✝ sclo. in sclã ✝. Et cibauit illos ex adipe fru
Als ✝ sclm menti: ⁊ de petra melle saturauit eos.
¶ Psalmus asaph. lxxxi.
DEus stetit i synagoga deo-
rũ: in medio aũt deos diju
dicat. Usq̃zquo iudicatis
iniq̃tatẽ: ⁊ facies peccato-
al' ✝ egenũ rũ sumitis. Judicate egeno ⁊
et pupillũ. pupillo ✝: humilẽ ⁊ paupe
23.q.5.c.si. rem iustificate. Eripite pauperẽ: ⁊ ege
Joan.10. num de manu pctõris liberate. Nescie
rũt neq̃z intellexerũt in tenebris ambu
lant: mouebunt' oĩa fundamẽta terre.
Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi omnes.
17.dist.c.1. Uos autẽ sicut hoĩes moriemini: et si-
cut vnus de principibus cadetis. Sur
ge deus iudica terram: quoniam tu he
De pe.di.1. reditabis in omnibus gentibus.
¶ Canticũ psalmi asaph. lxxxij.
DEus q̃s similis erit tibi: ne ta
ceas neq̃z cõpescaris deus.
Qm̃ ecce inimici tui sonue-
runt: ⁊ qui oderũt te extule
runt caput. Super populũ
tuum malignauerunt consilium: ⁊ co-
gitauerũt aduersus sanctos tuos. Di-
xerũt venite ⁊ disperdamus eos de gẽ
te: ⁊ nõ memoretur nomẽ israel vltra.
Quoniam cogitauerũt vnanimiter si-
mul aduersus te testamentum: dispo-
suerunt tabernacula idumeorum ⁊ is-
maelite. Moab ⁊ agareni: gebal ⁊ am-
mon ⁊ amalech: alienigene cũ habitã-
tibus tyrum. Etenim assur venit cum
illis: facti sunt i adiutoriũ filijs loth.
Fac illis sicut madian ⁊ sisare: sicut ia
bin in torrẽte cison. Disperierũt in en
dor: facti sũt vt stercus terre. Pone pñ
cipes eoꝝ sicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee ⁊ sal
mana. Oẽs pñcipes eoꝝ q̃ dixerũt: he-
reditate possideamus sanctuariũ dei.
Als ✝ non Deus meus pone illos vt rotã: et ✝ si-
habet et. cut stipulam ante faciem venti. Sicut
ignis qui cõburit ✝ siluã: ⁊ sicut flãma Als ✝ com
cõburẽs mõtes. Ita persequeris illos buret.
in tẽpestate tua: ⁊ in ira tua turbabis
eos. Imple facies eorum ignominia: ⁊
querent nomen tuum domine. Erube-
scant ⁊ conturbẽtur in seculum seculi:
et confundãtur et pereant. Et cogno-
scant quia nomen tibi dominus: tu so
lus altissimus in omni terra.
¶ In finem pro torcularibus filijs cho
re psalmus. lxxxiij.
QUam dilecta tabernacula
tua dñe virtutũ: cõcupiscit
et deficit aĩa mea in atrio
dñi. Cor meũ et caro mea:
exultauerunt in deũ viuũ.
Etenim passer inuenit sibi
domũ: ⁊ turtur nidũ vbi reponat ✝ pul al' ✝ ponat.
los suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex 24.q.1.ca.
meus et deus meus. Beati qui habitãt omnibus.
in domo tua domine ✝: in secula secu- Als ✝ non
lorum laudabunt te. Beatus vir cuius hz dñe.
est auxilium abs te: ascensiones in cor- De pe.dist.
de suo disposuit in valle lachrimarum 2.c.sanctã.
in loco quẽ posuit. Etenĩ benedictio- Als ✝ bene
nem ✝ dabit legislator: ibũt de virtute dictiones.
in virtutẽ: videbitur deus deorum in De elec.ca.
sion. Dñe deus virtutũ exaudi oratio- cũ monaste
nem meã: auribus percipe deus iacob. riũ. in glo.
Protector noster aspice deus: ⁊ respi-
ce in faciem christi tui. Quia melior est
dies vna in atrijs tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei:
magis q̃ habitare in tabernaculis pec
catorum. Quia misericordiam ⁊ veri-
tatem diligit deus: gratiam ⁊ gloriam
dabit dñs. Nõ priuabit bonis eos qui
ambulant in innocentia: domine virtu
tum beatus homo qui sperat in te.
¶ In finẽ filijs chore ps. lxxxiiij.
BEnedixisti dñe terrã tuã:
auertisti captiuitatem ia-
cob. Remisisti iniquitatez
plebis tue: operuisti omnia
peccata eorum. Mitigasti
omnẽ irã tuã: auertisti ab
ira indignatiõis tue. Cõuerte nos de⁹
salutaris nr̃: ⁊ auerte irã tuã a nobis.
Nũquid in eternũ irasceris nobis: aut
extendes iram tuã a generatione in ge
neratione. Deus tu conuersus viuifica
bis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe miam tuã: ⁊ salutare
tuum da nobis. Audiã quid loquatur
in me dominus deus: qm̃ loquetur pa-
cem in plebem suam. Et super sanctos
suos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad cor.


Uerūtamē ꝓpe timētes eum salutare
De pe. di. i. ipsius: vt inhabitet gloria i terra nr̄a.
§. econtra- M̄ia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: iusti-
rio. tia ⁊ pax osculate sunt. Ueritas de ter
ra orta est: et iustitia de celo ꝓspexit.
Etem dn̄s dabit benignitatē: et terra
nostra dabit fructū suū. Justitia an̄ eū
ambulabit: ⁊ ponet i via gressus suos.
¶ Oratio dauid. lxxxv.

Nclina dn̄e aurē tuā ⁊ ex-
audi me: qm̄ inops ⁊ paup
sū ego. Custodi aīaꝫ meā
qm̄ sctūs sum: saluum fac
seruū tuū deꝰ meꝰ sperātē
in te. Miserere mei dn̄e
Als + cla- qm̄ ad te clamaui + tota die: letifica
mabo. aīam serui tui qm̄ ad te dn̄e aīam meā
Johel. 2. c. leuaui. Qm̄ tu dn̄e suauis et mitis: et
multe mīe oībus inuocātibꝰ te. Auri-
bus ꝑcipe dn̄e orationē meā: ⁊ intēde
voci deꝓcationis mee. In die tribula-
tionis mee clamaui ad te: q2 exaudisti
me. Nō est silis tui in dijs dn̄e: ⁊ nō est
S 6. r. s. ſm opa tua. Oēs gētes quascūqꝫ fecisti
110. r. 137. venient ⁊ adorabūt corā te dn̄e: ⁊ glori
ficabūt nomē tuū. Qm̄ magnus es tu ⁊
faciēs mirabilia: tu es deus solus. De
duc me dn̄e in via tua ⁊ ingrediar i ve
ritate tua: letet̄ cor meū vt timeat no-
mē tuū. Cōfitebor tibi dn̄e deꝰ meꝰ in
J. 110. r. s. toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen
144. tuū i eternū. Q2 mīa tua magna ē sup
S. 24. me: ⁊ eruisti aīam meā ex iferno infe-
riori. Deꝰ iniq insurrexerūt sup me: et
synagoga potētiū qsierūt aīam meā: ⁊
nō ꝓposuerūt te in ɔspectu suo. Et tu
dn̄e deꝰ miserator ⁊ misericors: patiēs
et multe mīe ⁊ verax. Respice in me et
miserere mei: da iperiū tuū puero tuo
et saluum fac filium ancille tue. Fac
Als + bono mecum signuꝫ in bonū + vt + videant
Als + et. qui oderūt me ⁊ cōfundantur: quoniā
tu dn̄e adiuuisti me ⁊ ɔsolatus es me.
¶ Psalmus cātici filijs chore. lxxxvi.
Undamēta eiꝰ in mōtibus
sanctis: diligit dn̄s portas
sion sup oīa tabernacula
iacob. Gl'iosa dicta sunt d
te: ciuitas dei. Memor ero
raab: ⁊ babylonis sciētiū
me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ populus
ethiopū: hi fuerūt illic. Nunquid sion
dicet homo: ⁊ homo natus est in ea: et
Als + scri- ipse fundauit eā altissimus. Dominus
ptura. narrabit in scripturis + populorum ⁊
Als + non ꝑncipū: horꝝ q fuerūt in ea. Sicut letā
habet est. tium omnium: habitatio est + in te.

¶ Canticum psalmi filijs chore in finē
pro mahalath ad respondendum intel
lectus heman isrealite. lxxxvii.
Omine deus salutis mee: i
die clamaui ⁊ nocte coram
te. Intret in conspectu tuo
oratio mea: iclina aurē tuā
ad ꝑcē meā. Q2 repleta est
malis aīa mea: ⁊ vita mea i
inferno appropinquauit. Estimatꝰ sū
cū descēdētibus in lacū: factus sum si-
cut hō sine adiutorio inter mortuos li
ber. Sicut vulnerati dormiētes in se-
pulchris quorꝝ nō es memor amplius:
et ipsi de manu tua repulsi sūt. Posue
runt me in lacu inferiori: in tenebrosis
et in vmbra mortis. Super me confir
matus est furor tuus: ⁊ oēs fluctꝰ tuos
induxisti super me. Lōge fecisti notos
meos a me: posuerūt me abominatio-
nem sibi. Traditus sum ⁊ nō egredie-
bar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te dn̄e: tota die expādi ad
te manus meas. Nūqd mortuis facies
mirabilia: aut medici suscitabūt ⁊ cō-
fitebūtur tibi? Nūquid narrabit aliqs
in sepulchro mīam tuā: ⁊ veritatē tuā
in perditionē? Nūquid cognoscent̄ in
tenebris mirabilia tua: et iustitia tua
in terra obliuionis? Et ego ad te dn̄e
clamaui: ⁊ mane oratio mea preueniet
te. Ut quid dn̄e repelles orationē meā
auertis faciē tuā a me. Pauper sū ego
et in laboribus a iuuentute mea: exal-
tatus aūt humiliatus sum ⁊ cōturba-
tus. In me trāsierūt ire tue: ⁊ terrores
tui cōturbauerūt me. Circūdederunt
me sicut aqua tota die: circūdederunt
me simul. Elongasti a me amicū ⁊ pro-
ximum: et notos meos a miseria.
¶ Intellectus ethan israelite. lxxxviii.
Isericordias domini: in
eternū cātabo. In genera-
tione ⁊ generationē: annū
ciabo veritatē tuam in ore
meo. Quoniam dixisti in
eternum misericordia edi
ficabitur in celis: preparabitur veri-
tas tua in eis. Disposui testamētū ele-
ctis meis: iuraui dauid seruo meo vsqꝫ
in eternū preparabo semē tuū. Et edi-
ficabo in generatione et generationē:
sedē tuam. Confitebūtur celi mirabi-
lia tua dn̄e: etem veritatē tuā in eccle-
sia sanctorꝝ. Qm̄ qs in nubibꝰ equabit̄
domino similis erit deo + in filijs dei. Als + dn̄o.
Deus qui glorificat̄ in ɔsilio sanctorꝝ:
magnus

magnus et terribilis sup̄ oēs q̄ in circūi
tu ei⁹ sūt. Dn̄e de⁹ ꝟtutū q̄s similis tibi:
potēs es dn̄e ⁊ veritas tua in circūitu
Al's.✝.pote tuo. Tu dn̄aris ꝓtāti✝maris: motū āt
tates. fluctuū ei⁹ tu mitigas. Tu humiliasti
sicut vulneratū sup̄bū: in brachio ꝟtu
tis tue dispsisti īimicos tuos. Tui sūt
celi ⁊ tua est terra: orbē terre ⁊ plenitu
dinē eius tu fundasti: aq̄lonē ⁊ mare tu
creasti. Thabor ⁊ hermon in noīe tuo
exultabūt: tuū brachiū cū potētia. Fir
met̄ man⁹ tua ⁊ exaltet̄ dextera tua: iu
stitia et iudiciū preparatio sedis tue.
Mia ⁊ ꝟitas ꝓcedēt faciē tuā: beatus
pp̄ls q̄ scit iubilationē. Dn̄e in lumine
vultus tui ambulabūt: ⁊ in noīe tuo ex
ultabūt tota die: ⁊ in iustitia tua exal
tabunt̄. Q̄m gl'ia ꝟtutis eoꝝ tu es: ⁊ in
beneplacito tuo exaltabit̄ cornu nr̄m.
Q: dn̄i est assumptio nr̄a: ⁊ scti isrl̄ re
gis nr̄i. Tūc locut⁹ es ī visiōe sctis tu
is: ⁊ dixisti posui adiutoriū in poten
Al's.✝.potē te✝ ⁊ exaltaui electū de plebe mea. In
tem. ueni dd̄ seruū meū: oleo sctō meo vnxi
eū. Manus ei mea auxiliabit̄ ei: ⁊ bra
chiū meū cōfirmabit eū. Nihil ꝓficiet
inimicus in eo: ⁊ fili⁹ iniq̄tatꝭ nō appo
Al's.✝.eum. net nocere ei✝. Et cōcidā a facie ipsi⁹
inimicos ei⁹: ⁊ odiētes eū in fugā con
uertā. Et ꝟitas mea ⁊ mīa mea cū ipō:
et in noīe meo exaltabit̄ cornu ei⁹. Et
ponā in mari manū ei⁹: ⁊ ī fluminib⁹
dexterā ei⁹. Ipse inuocabit me p̄r meus
es tu: de⁹ me⁹ ⁊ susceptor salutis mee.
Et ego ꝑmogenitū ponā illū: excelsum
pre regib⁹ terre. In eternū seruabo illi
miam meam: ⁊ testamētum meū fidele
De pe. dist. ipsi. Et ponā in seculū seculi semē ei⁹:
4. c. hāc so et thronū ei⁹ sicut dies celi. Si aūt de
cietatē. §. reliq̄rint filij ei⁹ legē meā: ⁊ ī iudicijs
quod aūt. meis nō āmbulauerint. Si iustitias me
as ꝓphanauerint: ⁊ mādata mea nō cu
De pactis. stodierit. Uisitabo in virga iniq̄tates
capi. 3. eoꝝ: ⁊ in ꝟberib⁹ pctā eoꝝ. Miam aūt
meā nō dispgā ab eo: neq̄ nocebo ī ve
ritate mea. Neq̄ ꝓphanabo testm̄ meū:
et que ꝓcedūt de labijs meis nō faciā
irrita. Semel iuraui in sctō meo si dd̄
mētiar: semē ei⁹ in eternum manebit.
Et thron⁹ ei⁹ sicut sol in ꝯspectu meo:
et sicut luna ꝑfecta ī eternū: ⁊ testis in
celo fidelis. Tu ꝟo repulisti ⁊ despexi
sti: distulisti xp̄z tuū. Auertisti testamē
tū serui tui: ꝓphanasti ī terra sanctua
rium eius. Destruxisti oēs sepes ei⁹: po
suisti firmamētū eius formidinē. Diri
puerūt eū oēs trāseūtes viā: factus est
opprobriū vicinis suis. Exaltasti dex
terā deprimētiū eū: letificasti oēs ini
micos eius. Auertisti adiutoriū gladij
eius: ⁊ nō es auxiliatus ei in bello. De
struxisti eū ab emūdatiōe✝: ⁊ sedē ei⁹ Al's.✝.mun
in terra collisisti. Minorasti dies tp̄is datione se
eius: ꝑfudisti eū confusione. Usq̄quo dem eius.
dn̄e auertis in finem: exardescet sicut
ignis ira tua. Memorare q̄ mea substā
tia: nūq̄d ei vane cōstituisti oēs filios
hoīm: Quis est hō q̄ viuet ⁊ nō videbit
mortē: eruet aīam suā de manu inferi.
Ubi sunt mīe tue antiq̄ dn̄e: sicut iura
sti dd̄ in veritate tua. Memor esto dn̄e
opprobrij seruoꝝ tuoꝝ: qd̄ cōtinui ī si
nu meo multarū gentiū. Qd̄ exprobra
uerūt inimici tui dn̄e: quod exprobra
uerūt cōmutationē christi tui. Benedi
ctus dominus in eternum: fiat fiat.

¶ Oratio moysi hominis dei. lxxxix.



Domine refugiū fact⁹ es no Al's.✝.in.
bis: a✝ gn̄atione in genera
tionē. Priusq̄ montes fie
rent aut formaret̄ terra et
orbis: a seculo ⁊ vsq̄ in se
culū tu es de⁹. Ne auertas
hoīem in humilitatē: ⁊ dixisti cōuerti
mini filij hominū. Q̄m mille anni āte
oculos tuos: tanq̄ dies hesterna q̄ pre
terijt. Et custodia in nocte: q̄ ꝓ nihilo
habētur eorum anni erūt. Mane sicut
herba trāseat: mane floreat ⁊ trāseat:
vespere decidat induret ⁊ arescat. Q: Gen. 6. a. j.
defecim⁹ in ira tua: ⁊ in furore tuo tur Eccl. 18. a.
bati sumus. Posuisti iniq̄tates nr̄as ī
ꝯspectu tuo: seculū nostrū in illumina
tiōe vultus tui. Q̄m oēs dies nostri de
fecerunt: ⁊ in ira tua defecimus. Anni als.✝.medi
nostri sicut arena✝meditabūtur: dies tabantur.
annorū nostroꝝ in ipsis septuaginta Al's.✝.ānis
anni✝. Si aūt in potētatib⁹ octogin
ta anni: ⁊ amplius eorū labor ⁊ dolor.
Q̄m superuenit māsuetudo: ⁊ corripie
mur. Quis nouit potestatem ire tue: et
pre timore tuo iram tuā dinumerare.
Dexteram tuā sic notā fac: et eruditos
corde in sapiētia. Cōuertere dn̄e vsq̄
quo: ⁊ depcabilis esto sup̄ seruos tuos. Al's.✝.mise
Repleti sumus mane mīa tua✝: exul ricordiam
tauimus ⁊ delectati sumus in omnib⁹ tuam.
diebus nostris. Letati sumus ꝓ diebus
quibus nos humiliasti: annis quibus
vidim⁹ mala. Respice in seruos tuos:
et in opera tua: ⁊ dirige filios eorū. Et
sit splendor dn̄i dei nostri super nos: ⁊
opera manuū nostrarū dirige sup̄ nos:
et opus manuum nostrarum dirige.

¶ Laus cantici ipsi david. xc.



Ui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugium meũ deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit + me de laqueo venantiũ: et a verbo aspero. Scapulis + suis obumbrabit + tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volãte in die: a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt nõ appropinquabit. Uerũtñ oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ pctõrũ videbis. Quoniam tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Nõ accedet + ad te malũ: et flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mãdauit + de te: vt custodiãt te in oĩbus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Sup aspidẽ et basiliscũ ãbulabis: et cõculcabis leonẽ et draconẽ. Quoniam in me sperauit + liberabo eũ ptegã eum: qm cognouit nomẽ meũ. Clamauit ad me et ego + exaudiã eũ: cũ ipso sum in tribulatione eripiã eum et glorificabo eum. Longitudine + dierũ replebo eũ: et ostendam illi salutare meum.

Als + liberauit. Als + in scapulis. Als + obũbrauit. 13. q. 1. ca. q bona. De pe. dist. 4. c. pctm. Als + accedent ad te mala. Als + mandabit. Mat. 4. a. Luce. 4. b. Als + hz et. Als + non hz ego. Als + lõgitudinem.

¶ Psalmus cãtici in die sabbati. xci.



Onum est cõfiteri domio: et psallere nomini tuo altissime. Ad annũciandum mane misericordiã tuã: et veritatẽ tuã per noctẽ. In decachordo psalterio: cũ cantico in cithara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuũ tuarum exultabo. Quã magnificata sunt opera tua domine: nimis pfunde facte sunt cogitationes tue. Uir insipiens non cognoscet: et stultus nõ intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerit oẽs qui operantur iniquitatẽ. Ut intereãt in seculum seculi: tu aũt altissimus in eternum dñe. Quoniam ecce inimici tui dñe qm ecce inimici tui peribũt: et dispergent oẽs qui operãtur iniquitatẽ. Et exaltabit sicut vnicornis cornu meũ: et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit: sicut + cedrus libani multiplicabitur. Plãtati in domo domini: in + atrijs domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabũtur in senecta vberi: et bene patientes erunt vt annuncient. Quoniã rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo.

F. 102. Dist. 47. c. olm. in gl. Als + vt. Als + in atrijs domũ dei nri.

¶ Laus cãtici david in die ante sabbatum quando fundata est terra. xcii.



Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinẽ: et precinxit se. Etem firmauit orbẽ terre: qui nõ cõmouebitur. Parata sedes tua extũc a seculo tu es. Eleuauerunt flumina dñe: eleuauerũt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarũ multarum. Mirabiles elationes maris mirabilis: in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sũt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

De immu. eccl. ca. 2. libro. vi.

¶ Ps. david quarta sabbati. xciii.



Eus vltionũ dñs: deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem supbis. Usquequo peccatores domine: vsquequo pctõres gloriabuntur. Effabunt et loquent iniqtatẽ: loquent oẽs q operant iustitiã. Populum tuũ domine humiliauerũt: et hereditatẽ tuã vexauerũt. Uiduãt aduenã interfecerũt: et pupillos occiderũt. Et dixerũt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipiẽtes in populo: et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gẽtes nõ arguet: aut qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum: qm vane sunt. Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a dieb' malis: donec fodiatur pctõri fouea. Qr nõ repellet dñs plebẽ suã: et hereditatẽ suã non derelinquet. Quoadusq iustitia + puertat in iudiciũ: et qui iuxta illã + oẽs q recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignãtes: aut quis stabit mecum aduersus operãtes iniquitatẽ? Nisi quia dñs adiuuit me: paulominus habitasset + in iferno aia mea. Si dicebã motus est pes meus: misericordia tua dñe

i. Cor. i. b. Als + in iustitiam cõuertat iudicium. Als + illa. Als + habitauit.

adiuuabat me. Secundum multitudi
nem dolorum meor in corde meo: con
solationes tue letificauerunt animam
meam. Nunquid adheret tibi sedes ini
quitatis: qui fingis dolorem in prece
pto? Captabunt in animam iusti: et san
guinem innocentem condemnabunt. Et
factus est mihi dominus in refugium:
et deus meus in adiutorium spei mee.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et
in malicia eor disperdet eos: disper
det illos dominus deus noster.

¶ Laus cantici ipsi dauid. xciiii.

Venite exultemus domino:
iubilemus deo salutari no
stro. Preoccupemus faciem
eius in confessione: et in
psalmis iubilemus ei. Quo
niam deus magnus domi
nus et rex magnus super omnes deos:
quoniam non repellet dominus plebem
suam. Quia in manu eius sunt omnes
fines terre: et altitudines montium ipsi
sunt. Quoniam ipsius est mare et ipse
fecit illud: et siccam manus eius forma
uerunt. Venite adoremus et procidamus
et ploremus ante dominum qui fecit
Heb.3.b. et 4.b. nos: quia ipse est dominus deus noster.
Et nos populus pascue eius: et oues ma
nus eius. Hodie si vocem eius audieri
tis: nolite obdurare corda vestra. Si
cut in irritatione secundum diem: tentationis
in deserto. Ubi tentauerunt me patres
vestri: probauerunt et viderunt ope
ra mea. Quadraginta annis offensus
fui generationi illi: et dixi semper hi
errant corde. Et isti non cognouerunt
vias meas: vt iuraui in ira mea si introi
Alias + Intrabunt. bunt + in requiem meam.

¶ Psalmus dauid quando domus edi
ficabatur post captiuitatem. xcv.

1.pa.16. Cantate domino canticum
nouum: cantate domino omnis
Alias + non habet et. terra. Cantate domino + et
benedicite nomini eius: an
nunciate de die in diem sa
Alias + salutari. lutare + eius. Annunciate
inter gentes gloriam eius: in omnibus po
s.47. pulis mirabilia eius. Quoniam magnus
Eccl.43.d. dominus et laudabilis nimis: terribi
26.q.2.c. qui sint. lis est super omnes deos. Quoniam omnes
dii gentium demonia: dominus autem ce
s.28. los fecit. Confessio et pulchritudo in con
spectu eius: sanctimonia et magnificen
tia in sanctificatione eius. Afferte domino
patrie gentium afferte domino gloriam et
honorem: afferte domino gloria nomini
eius. Tollite hostias et introite in atria
eius: adorate dominum in atrio sancto
eius. Commoueatur a facie eius vniuersa
terra: dicite in gentibus: quia dominus re
gnauit. Etenim correxit orbem terre + Alias + non habet terre.
qui non commouebitur: iudicabit po
pulos in equitate. Letentur celi et exul
tet terra: commoueatur mare et pleni
tudo eius: gaudebunt campi et omnia
que in eis sunt. Tunc exultabunt omnia s.97.
ligna siluarum a facie domini quia ve
nit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in equitate: et
populos in veritate sua.

¶ Psalmus ipsi dauid quando terra
eius restituta est ei. xcvi.

Dominus regnauit exultet
terra: letentur insule multe.
Nubes et caligo in circuitu
eius: iusticia et iudicium cor
rectio sedis eius. Ignis ante
ipsum precedet: et inflamma
bit in circuitu inimicos eius. Illuxe
runt fulgura eius orbi terre: vidit et com
mota est terra. Montes sicut cera fluxe
runt a facie domini: a facie domini omnis
terra. Annunciauerunt celi iustitiam eius:
et viderunt omnes populi gloriam eius. Alias + non habet et.
Confundantur omnes qui adorant scul
ptilia: et + qui gloriantur in simulachris Heb.1.b.
suis. Adorate eum omnes angeli eius: s.47.
audiuit et letata est Sion. Et exultauerunt
filie iude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altissimus super omnem ter
ram: nimis exaltatus es super omnes deos. Amos.5.d
Qui diligitis dominum odite malum: cu Alias + sanctorum.
stodit dominus animas + seruorum suo
rum: de manu peccatoris + liberabit Alias + peccatorum.
eos. Lux orta est iusto: et rectis corde le
ticia. Letamini iusti in domino: et confi
temini memorie sanctificationis eius.

¶ Psalmus dauid. xcvii.

Cantate domino canticum
nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit + sibi dextera Alias + saluabit.
eius: et brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salu
tare suum: in conspectu gentium
reuelauit iustitiam suam. Recordatus est
misericordie sue: et veritatis sue domui
israel. Viderunt omnes termini terre:
salutare dei nostri. Iubilate domino + Alias + deo.
omnis terra: cantate et exultate et psalli Esa.52.c.
te. Psallite domino in cithara in cithara
ra et voce psalmi: in tubis ductilibus et
voce tube cornee. Iubilate in conspectu
regis domini: moueatur mare et pleni

tudo ei⁹: orbis terrarū ꝛ q̄ habitāt in eo. Flumina plaudēt manu simꝰ montes
F.5. exultabūt a cōspectu dn̄i: qm̄ venit iudicare terrā. Judicabit orbē terrarum in iustitia: ꝛ populos in equitate.

¶ Psalmus dauid. xcviij.



als ✝ sedet

Ominus regnauit irascāt̄ ppl̄i: q sedeꝫ ✝ sup cherubin moueat̄ terra. Dn̄s in siō magnus: ꝛ excelsus sup oēs pplos. Cōfiteātur noī tuo magno: qm̄ terribile ꝛ

J.eodem. Dist.22.ca.2.in fine.

sctm̄ est: ꝛ honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directioēs: iudiciū ꝛ iustitiam in iacob tu fecisti. Exaltate dn̄m deū nostrū: ꝛ adorate scabellū pedum eius: qm̄ sctm̄ est. Moyses ꝛ aaron in sacerdotib⁹ eius: ꝛ samuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius. Inuocabāt dn̄m ꝛ

F.eodem.

ipse exaudiebat eos: in colūna nubis loq̄bat̄ ad eos. Custodiebāt testimonia eius: ꝛ p̄ceptū qd̄ dedit illis. Dn̄e deus nr̄ tu exaudiebas eos: deus tu ppitius fuisti eis: ꝛ vlciscēs in oēs adinuentiones eoꝝ. Exaltate dn̄m deū nostrum ꝛ adorate in mōte sancto eius: qm̄ sanctus dominus deus noster.

F.65. De pe.di.1. §.deniq. in fine.

¶ Psalmus in confessione. xcix.



Ubilate deo oīs terra: seruite dn̄o in leticia. Introite in cōspectu eius in exultatione. Scitote qm̄ dn̄s ipse est deus: ipse fecit nos et nō ipsi nos. Ppl̄s eius ꝛ oues pascue eius introite portas eius

Als ✝ non habet est. Als ✝ generationem.

in ꝯfessiōe: atria eius in hymnis ꝯfitemini illi. Laudate nomē ei⁹ qm̄ suauis est ✝ dn̄s: in eternū mīa ei⁹: ꝛ vsqꝫ i generatione ✝ ꝛ generationē veritas ei⁹.

¶ Psalmus ipsi dauid. c.



De pe.di.1. ca.nullus debite.

Jsericordiā ꝛ iudiciū cātabo tibi dn̄e: psallā ꝛ intelligā in via immaculata: qn̄ veniēs ad me. Perambulabā i inocētia cordis mei: i medio domus mee. Nō pponebā ante oculos meos rē iniustā: faciētes preuaricatiōes odiui. Nō ad-

Als ✝ decli nante.

hesit mihi cor prauū: declināte ✝ a me malignū nō cognoscebā. Detrahētē secreto pximo suo: hūc persequebar. Su-

25.q.4.ca. nimiū.ꝛ.c. q̄ peccat. de accusa.

perbo oculo ꝛ insatiabili corde: cū hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre vt sedeāt mecū: ambulās in via immaculata hic mihi ministrabat. Nō habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua nō direxit in conspectu oculoꝝ meoꝝ. In matutino interficiebā omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatē.

¶ Oratio pauperis cum anxiaretur: ꝛ coram dn̄o effundit precem suam. ci.



Omine exaudi orationem meā: ꝛ clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuam a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Qꝛ

J.142. J.137. 7.q.1.§.cū vero.

defecerunt sicut fumus dies mei: ꝛ ossa mea sicut cremiū aruerunt. Percussus sum vt fenum ꝛ aruit cor meū: qꝛ oblitus sum comedere panem meū. A voce gemitus mei adhesit os meū: carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis ✝ factus sum sicut nicticorax in domicilio. Uigilaui ꝛ factus sum: sicut passer solitarius i tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ꝛ qui laudabāt me aduersum me iurabant. Qnia cinerem tanq̄ panem manducabam ✝: ꝛ poculū ✝ meū cū fletu miscebā. A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ꝛ ego sicut fenū arui. Tu aūt dn̄e in eternū permanes: ꝛ memoriale tuū in gn̄atione ꝛ gn̄ationem. Tu exurgens dn̄e misereberis sion: qꝛ tps̄ miserēdi ei⁹ qꝛ venit tps̄. Qui placuerūt seruis tuis lapides eius: ꝛ terre ei⁹ miserebūtur. Et timebūt gētes nomē tuū dn̄e ✝: et oēs reges terre gloriā tuā. Qꝛ edificauit ✝ dn̄s sion: ꝛ videbitur in gloria sua. Respexit in orationē humiliū: ꝛ nō spreuit precē eoꝝ. Scribant̄ hec in gn̄atione altera ✝: et ppl̄s qui creabit̄ laudabit dn̄m. Qꝛ prospexit de excelso sancto suo: dn̄s de celo in terrā aspexit. Ut audiret gemitus ✝ cōpeditoꝝ: vt solueret filios interēptoꝝ. Ut annūciēt i siō nomē dn̄i: et laudē ei⁹ in hierl'm. In cōueniendo pplos in vnum ꝛ reges vt seruiāt dn̄o. Rn̄dit ei in via virtutis sue: paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ: in gn̄atione ꝛ gn̄ationē anni tui. Initio tu dn̄e terrā fundasti: ꝛ opera manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu autē permanes: et omnes sicut vestimētum veterascent. Et sicut opertoriū mutabis eos ꝛ mutabunt̄: tu aūt idē ipse es: ꝛ anni tui nō deficiēt. Filij seruoꝝ tuoꝝ habitabunt

Als ✝ et. Dist.50.c. si quis diaconus.


Als ✝ manducant. Al ✝ potū

als ✝ nomē domini. Als ✝ edificabit. Als ✝ generationem alteram. als ✝ nouissimam. als ✝ gemitum.

Heb.1.b. Jbidem. Jbidem.

et semen eorum in seculum dirigetur.


¶ Psalmus ipsi dauid. cij.



Enedic aia mea dño: et oia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño: et noli obliuisci omnes retributiões eius. Qui propitiatur om nibus iniquitatibus tuis: q sanat oẽs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitã tuã: q coronat te i mia et miseratiõib⁹. Qui replet in bonis desideriũ tuũ: renouabit vt aqle iuuẽt⁹ tua. Faciẽs mias dñs: et iudiciũ oib⁹ iniuriam patiẽtib⁹. Notas fecit vias suas moysi: filiis isrl volũtates suas. Miserato et misericors dñs: longanimis et multũ misericors. Nõ i ppetuũ irascetur: neq in eternũ cõminabit. Non sm pctã nra fecit nobis: neq sm iniquitates nras retribuit nobis. Qm sm altitudinẽ celi a terra: corroborauit miaz suã super timẽtes se. Quantum distat ortus ab occidente: lõge fecit a nobis iniqtates nostras. Quõ miseret pater filiorũ misertus est dñs timentib⁹ se: qm ipse cognouit figmentũ nostrũ. Recordatus est qm puluis sumus: homo sicut fenum dies ei⁹ tanq flos agri sic efflorebit. Qm spũs ptransibit in illo et nõ subsistet: et nõ cognoscet amplius locũ suũ. Mia autem dñi ab eterno et vsq in eternũ: sup timẽtes eũ. Et iusticiã illius in filios filiorũ: his q seruãt testamẽtũ eius. Et memores sunt man datorũ ipsius: ad faciẽdũ ea. Dñs in celo parauit sedẽ suã: et regnũ ipsius oibus dñabitur. Benedicite dño oẽs angeli eius potẽtes virtute: faciẽtes verbum illius ad audiendũ vocem sermonum ei⁹. Benedicite dño omnes + virtutes ei⁹: ministri eius qui facitis voluntatẽ ei⁹. Bñdicite dño omnia opera eius: in omni loco dominationis + eius: benedic anima mea domino.

De pe di. 2. cap. iterat.
De pe. di. 2. c. in quib⁹.
als + nõ hz omnes.
Als + dñationes.

¶ Psalmus dauid. ciij.



Enedic aia mea dño: dñe deus meus magnificat⁹ es vehementer. Cõfessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimẽto +. Extendẽs celũ sicut pellem: qui tegis aquis superiora ei⁹. Qui ponis nubẽ ascẽsum tuũ: qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatẽ suã: non inclinabitur in seculũ seculi. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugiẽt: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendũt mõtes et descendũt campi: in locũ quem fundasti eis. Terminum posuisti quẽ non transgredietur: neq conuertẽtur operire terrã. Qui emittis + fontes in cõuallibus: inter mediũ montium pertransibũt aque. Potabũt omnes bestie agri: expectabũt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabũt: de medio petrarũ dabũt + voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorũ saciabit terra. Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominũ. Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis cõfirmet. Saturabunt ligna cãpi et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodii domus dux est eorum: mõtes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis. Fecit lunã in tempora: sol cognouit occasum suũ. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibũt omnes bestie silue. Catuli leonum rugiẽtes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et cõgregati sunt: et in cubilibus suis collocabunt. Exibit homo ad opus suũ: et ad operationẽ suã vsq ad vesperã. Quã magnificata sũt opa tua dñe oia in sapiẽtia fecisti: impleta est terra possessiõe tua. Hoc mare magnũ et spaciosum manib⁹: illic reptilia quorũ nõ est numer⁹. Aialia pusilla cũ magnis: illic naues ptrãsibũt. Draco iste quẽ formasti ad illudẽdum ei: oia a te expectãt vt des illis escã in tẽpore. Dãte te illis colligẽt: aperiẽte te manum tuã oia implebuntur bonitate. Auertente aũt te faciem + turbabũtur auferes spm eorũ et deficiẽt: et in puluerẽ suũ reuertent. Emitte spiritũ tuũ et creabunt: et renouabis faciẽ terre. Sit gloria dñi in seculũ: letabitur dñs in operib⁹ suis. Qui respicit terram et facit eã tremere: qui tãgit montes et fumigant. Cantabo domino in vita mea: psallã deo meo q diu sum. Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in dño. Deficiant peccatores a terra et iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino.

Als + vestimentum.
Hebre. i. c.
als + emittes.
Als + voces. s. 146.
14. q. 1. §. his ita.
de sac. vnc. §. vnctio. i fin.
De cõs. di. 2. c. accipite.
s. 91.
al' + hz tuã
s. 145.

¶ Alleluya. ciiij.



Onfitemini dño ⁊ inuoca-
te nomē ei⁹: annūciate in-
apa.16.b. ter gētes opa eius. Cātate
ei ⁊ psallite: ⁊ narrate oīa
mirabilia eius: laudami-
ni in noīe scō ei⁹. Letetur
cor q̄rētiū dñm: q̄rite dñm ⁊ ɔfirmami
ni: q̄rite faciē eius semp. Memento te
mirabiliū eius q̄ fecit: pdigia ei⁹ ⁊ iu
dicia oris ei⁹. Semen abraā serui ei⁹:
Esaie.12.b. filii iacob electi ei⁹. Ipse dñs deus nr̄:
in vniuersa terra iudicia ei⁹. Memor
fuit i sclm testamēti sui: vbi qđ māda
uit i mille gñatiōes. Qđ disposuit ad
abraā: et iuramēti sui ad isaac. Et sta-
tuit illud iacob i pceptū: ⁊ isrl̄ i testm̄
eternū. Dicēs tibi dabo terrā chanaā:
funiculū hereditatis vr̄e. Cū essent nu
al.+ breues mero breui+ paucissimi: ⁊ icole ei⁹. Et
1.par.19.c. pertransierūt de gēte in gentē: ⁊ de re
gno ad pplm alterū. Nō reliq̄t hoīem
nocere eis: ⁊ corripuit p eis reges. No
lite tangere christos meos: ⁊ in pphe-
tis meis nolite malignari. Et vocauit
famē sup terrā: ⁊ omne firmamētū pa
nis contriuit. Misit ante eos virū: in
seruū venundatus est ioseph. Humilia
al.+ anima uerunt in compedibus pedes eius: fer
rum pertransijt aīam+ eius donec ve-
niret verbum eius. Eloquiū dñi inflā-
mauit eū: misit rex ⁊ soluit eum: prin-
ceps pplor ⁊ dimisit eū. Constituit eū
dñm dom⁹ sue: ⁊ pncipē oīs possessio-
nis sue. Ut erudiret pncipes ei⁹ sicut
semetipsz: ⁊ senes ei⁹ prudētiā doceret.
Et intrauit isrl̄ i egyptū: ⁊ iacob acco
la fuit in terra chā. Et auxit populum
suū vehemēter: et firmauit eū sup ini-
micos eius. Conuertit cor eor vt odi-
Als.+ vt.' rent populū eius: + ⁊ dolū facerent in
seruos eius. Misit moysen seruū suū:
aarō quē elegit ipm. Posuit in eis ver
ū.77. ba signorum suor: ⁊ pdigior in terra
chā. Misit tenebras et obscurauit: et
Exod. 7.b. nō exacerbauit sermones suos. Conuer
tit aquas cor in sanguinē: ⁊ occidit pi
als.+ dedit sces cor. Edidit terra+ eor ranas: in
terram. penetralib⁹ regū ipsor. Dixit ⁊ venit
als.+ ceno- cinomia+ et ciniféa: in omnib⁹ finib⁹
mia. eor. Posuit pluuias eor grandinem:
als.+ cino- ignē cōburētē in terra ipsor. Et pcus-
mia. sit vineas ipor ⁊ ficulneas eor: ⁊ ɔtri
p Guido. uit lignū finiū eor. Dixit ⁊ venit locu-
16.q.1.c.co sta ⁊ bruchus: cuius non erat numerus.
uertimini. Et comedit omne fenū in terra eorū: ⁊
comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitū in ter
ra eor: primitias omnis laboris eor.
Et eduxit eos cum+ argēto et auro: et Als.+ in.
non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectiōe eorū:
qr incubuit timor eorum super eos. Ex
pādit nubem in protectionem eorum:
et ignem vt luceret eis per noctē. Pe-
tierūt ⁊ venit coturnix: ⁊ pane celi sa-
turauit eos. Dirupit petram et fluxe-
runt aque: abierunt in sicco flumina.
Qm̄ memor fuit verbi sancti sui: quod
habuit ad abraā puerū suū. Et eduxit
pplm suū i exultatiōe: et electos suos
in leticia. Et dedit illis regiōes gētiū:
et labores pplor possederūt. Ut custo
diāt iustificationes eius: ⁊ legem eius
requirant. ¶ Alleluya. Ps. cv.



Onfitemini dño qm̄ bon⁹:
qm̄ in sclm mia ei⁹. Quis Judith. 3.c
loquet potētias dñi: audi
tas faciet oēs laudes eius.
Beati q̄ custodiūt iudiciū ī.106.
et faciūt iustitiā: in oī tpe.
Memento nr̄i dñe in bñplacito popu
li tui: visita nos in salutari tuo. Ad vi
dēdū i bonitate elector tuor: ad letā-
dum in leticia gētis tue: + vt lauderis
cū hereditate tua. Peccauim⁹ cū pri- Als.+ et.
bus nostris: iniuste egimus iniquitatē Judith.7.
fecim⁹. Patres nr̄i in egypto nō intel d.
lexerūt mirabilia tua: non fuerūt me-
mores multitudinis mie tue. Et irri-
tauerūt ascēdētes in+ mare: mare ru- als.+ mari.
brū. Et saluauit eos ppter nomē suū:
vt notā faceret potentiā suā. Et incre-
puit mare rubrū ⁊ exiccatū est: et dedu
xit eos i abyssis sicut in deserto. Et sal
uauit eos de manu odiētiū: et redemit
eos de manu inimici. Et operuit aqua Exod.14.g
tribulātes eos: vnus ex eis non reman als.+ hꝫ in.
sit. Et crediderūt+ verbis ei⁹: ⁊ lauda
uerūt laudē eius. Cito fecerunt obliti
sunt operū eius: ⁊ non sustinuerūt cō-
siliū ei⁹. Et cōcupierūt cōcupiscētiam
in deserto: ⁊ temptauerūt deū in inaquo
so. Et dedit eis petitionē ipsor: ⁊ mi
sit saturitatē in animas+ eorū. Et irri als.+ aiam.
tauerūt moysen in castris aaron: scm̄
dñi. Aperta est terra et deglutiuit da-
thā: ⁊ operuit sup congregationē abi-
ron+. Et exarsit ignis i synagoga eo- als.+ abirā
rū: flāma cōbussit pctōres. Et fecerunt
vitulū in oreb+: ⁊ adorauerūt sculpti al.+ choreb
le. Et mutauerūt gloriā suā: i similitu
dinē vituli comedentis fenum. Obliti
sunt deū q̄ saluauit eos: q̄ fecit magna
lia in egypto: mirabilia in terra chā:

terribilia in mari rubro. Et dixit vt di
sperderet eos: si nō moyses electus ei⁹
stetisset in cōfractiōe in cōspectu eius.
Ut auerteret irā ei⁹ ne disperderet eos:
et pro nihilo habuerūt terrā desiderabi
lem. Nō crediderūt verbo eius: et mur
murauerūt i tabernaculis suis: nō ex-
audierūt vocē dñi. Et eleuauit manū
suā sup eos: vt psterneret eos in deser
2. q. 7. §. item cū balaam. to. Et vt deiiceret semē eoꝝ in natiōi-
bus: et disperderet eos in regionibus. Et
initiati sunt beelphegor: et comederūt
23. q. 4. ca. adhuc perfidi. sacrificia mortuorū. Et irritauerūt eū
in adinuētionib⁹ suis: et multiplicata
est in eis ruina. Et stetit phinees et pla
als + nō hʒ et. cauit: et cessauit quassatio. Et reputa-
tum est ei ad iustitiā: in gnatione + et
generationē vsq; in sempiternū. Et ir-
ritauerūt eū ad aquas ꝯtradictiōis: et
vexatus est moyses ppter eos: q2 exa-
cerbauerūt spm̄ ei⁹. Et distinxit in la-
biis suis: nō disperdiderūt gentes q̄s
dixit dñs de⁹ illis. Et cōmixti sunt in-
ter gētes: et didicerūt opera eoꝝ: et ser
uierūt sculptilib⁹ eoꝝ: et factū est illis
in scādalū. Et imolauerūt filios suos
et filias suas demoniis. Et effuderunt
sanguinē innocētē: sanguinē filiorum
suoꝝ et filiarū suarū q̄s sacrificauerunt
sculptilib⁹ chanaā. Et interfecta ē ter
ra in sanguinib⁹: et ꝯtaminata est i ope
rib⁹ eoꝝ: et fornicati sunt in adinuen-
tiōib⁹ suis. Et iratus est furore dñs in
pplm̄ suū: et abominat⁹ est hereditatē
suā. Et tradidit eos in manus gentiū:
et dñati sunt eoꝝ q̄ oderūt eos. Et tri
bulauerūt eos inimici eoꝝ: et humilia
ti sunt sub manib⁹ eoꝝ: sepe liberauit
eos. Ipsi aūt exacerbauerūt eū in cōsi-
lio suo: et humiliati sunt in iniquitati-
als + audiret. bus suis. Et vidit cū tribularentur: et
audiuit + orationē eorum. Et memor
fuit testamenti sui: et penituit eum fm
multitudinē mie sue. Et dedit eos in
mias: in cōspectu oim̄ q̄ ceperant eos.
Saluos fac nos dñe de⁹ noster: et con-
grega nos de nationib⁹. Ut ꝯfiteamur
noi scō tuo: et gloriemur i laude tua.
Benedict⁹ dñs de⁹ israel a sclo et vsq;
in seculū: et dicet ois ppls fiat fiat.
¶ Alla. Alla. cvi.

Judith. 13. b. u7.




Onfitemini dño qm̄ bon⁹:
qm̄ i seculū mia ei⁹. Dicāt
q̄ redēpti sunt a dño q̄s re
demit de manu inimici: de
regiōib⁹ congregauit eos.
A solis ortu et occasu; ab
aquilone et mari. Errauerūt i solitudi
ne in inaquoso: viā ciuitatis habitacu
li nō inuenerūt. Esuriētes et sitientes:
aia eoꝝ i ipsis defecit. Et clamauerūt j. eodem.
ad dñm cū tribularent: et de necessita-
tib⁹ eoꝝ eripuit eos. Et eduxit eos in
viā rectā: vt irēt in ciuitatē habitatio
nis. Cōfiteant domino mie + ei⁹: et mi j. eodem.
rabilia eius filiis hoim. Q2 saturauit Als + mia
aiam inanē: et aiam esurientē satiauit et ē ablati
bonis. Sedentes in tenebris et vmbra ui casus.
mortis: vinctos in mēdicitate et ferro.
Q2 exacerbauerūt eloquia dei: et ꝯsiliū
altissimi irritauerūt. Et humiliatū est
in laborib⁹ cor eorū et infirmati sunt:
nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerūt s. eodem.
ad dñm cū tribularent: et de necessitati j. eodem.
bus eorū liberauit eos. Et eduxit eos
de tenebris et vmbra mortis: et vincula
eoꝝ dirupit. Cōfiteant dño mie + ei⁹: als + mia.
et mirabilia ei⁹ filiis hoim. Q2 contri
uit portas ereas: et vectes ferreos con-
fregit. Suscepit eos de via iniq̄tatis
eoꝝ: propter iniustitias em̄ suas humi
liati sunt. Omnē escam abominata est
aia eoꝝ: et appropinquauerūt vsq; ad
portas mortis. Et clamauerūt ad do- s. eos. et j.
minū cū tribularent: et de necessitati- eodem.
bus eoꝝ liberauit eos. Misit verbum
suū et sanauit eos: et eripuit eos de in-
teritiōibus eoꝝ. Cōfiteant dño mie + s. eos. et j.
ei⁹: et mirabilia ei⁹ filiis hominū. Et sa eodem.
crificēt sacrificiū laudis: et annūciēt als + mia.
opa ei⁹ in exultatiōe. Qui descendunt
mare i nauib⁹: faciētes operationē + als + ope-
in aquis multis. Ipsi viderūt opa dñi: rationes.
et mirabilia ei⁹ in profundo. Dixit et
stetit spūs procelle: et exaltati sunt flu-
ctus ei⁹. Ascendūt vsq; ad celos et de-
scendūt vsq; ad abyssos: aia eoꝝ in ma
lis tabescebat. Turbati sunt et moti
sunt sicut ebrius: et omnis sapiētia eo-
rum deuorata est. Et clamauerunt ad s. eodem.
dñm cū tribularent: et de necessitatib⁹
eorū eduxit eos. Et statuit procellam
eius in aurā: et siluerunt fluctus ei⁹. Et s. eodem.
letati sunt q2 siluerūt: et deduxit eos in
portū volūtatis eorū. Confiteant dño
mie + ei⁹: et mirabilia ei⁹ filiis hoim. Als + mia.
Et exaltēt eū in ecclesia plebis: et + in als + nō hʒ
cathedra seniorum laudent eum. Po- et.
suit flumina in desertū: et exitus aqua-
rum in sitim. Terrā fructiferā in salsu
ginē: a malicia inhabitantiū i ea. Po-
suit desertū in stagna aquarū: et terrā
sine aqua in exitus aquarū. Et colloca
uit illic esuriētes: et cōstituerūt ciuita-

tem habitatiõis. Et seminauerũt agros
et plantauerũt vineas: et fecerunt fru-
ctũ natiuitatis. Et bñdixit eis ⁊ multi-
plicati sunt nimis: ⁊ iumẽta eorũ non
minorauit. Et pauci facti sunt: ⁊ vexa-
ti sunt a tribulatiõe malorũ ⁊ dolore.
Effusa est contẽtio sup principes: ⁊ er-
rare fecit eos in inuio ⁊ non in via. Et
adiuuit pauperẽ de inopia: ⁊ posuit si-
Job.22.c. cut oues familias. Uidebũt recti ⁊ le-
Als ✝ opi- tabũtur: ⁊ oĩs iniquitas opilabit ✝ os
lauit. suũ. Quis sapiẽs ⁊ custodiet hec: ⁊ in-
telliget mias dñi. ¶ Alia.
¶ Cãticũ psalmi ipsi dauid. cvij.
T.56. Paratũ cor meũ deus ✝ pa-
Als ✝ pa- ratũ cor meum: cantabo et
ratum non psallã in glĩa mea. Exurge
geminat. psalteriũ et cithara: exur-
gã diluculo. Cõfitebor tibi
in pplĩs dñe: et psallã tibi
in natiõib⁹. Qz magna est super celos
mĩa tua: et vsqz ad nubes veritas tua.
Exaltare sup celos de⁹ ⁊ sup oẽm ter-
rã glĩa tua: vt liberentur dilecti tui. Sal-
uum fac dextera tua ⁊ exaudi me: deus
locut⁹ est in scõ suo. Exultabo et diui-
dam sichimã: ⁊ cõuallẽ tabernaculoꝝ
dimetiar. Me⁹ est galaad et meus est
manasses: ⁊ ephraim susceptio capitis
mei. Juda rex meus: moab lebes spei
mee. Jn idumeã extendã calciamẽtum
meũ: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã:
qs deducet me vsqz in idumeã? Nonne
tu de⁹ q repulisti nos: et nõ exibis de⁹
in virtutib⁹ nr̃is? Da nobis auxilium
de tribulatiõe: quia vana salus hoĩs.
Jn deo faciemus virtutẽ: ⁊ ipse ad ni-
hilum deducet inimicos nostros.
¶ Jn finẽ psalmus dauid. cviij.
Deus laudẽ meam ne tacue-
ris: qz os peccatoris ⁊ os dolo-
si sup me apertũ est. Locuti
sunt aduersũ me lĩgua do-
losa: ⁊ sermonib⁹ odij cir-
spirituũ põderator est dñs.
Reuela domino opa tua: τ di
rigẽt cogitatiões tue. Uniuersa ppter
semetipsum operatus est dominus ipsũ qz
ad diẽ malũ. Abominatio domini est
oĩs arrogãs: etiã si manꝰ ad manũ fue
Als + non rit nõ erit innocẽs. + Initiũ vie bone
hz initiũ. facere iustitiã: accepta aũt apud deum
τc. vsq3 ho magis q̃ imolare hostias. Mia τ veri
stias. tate redimit iniq̃tas: τ i timore domi
B ni declinat a malo. Cũ placuerint dño
47.dist.c. vie hois: inimicos q̃z eiꝰ cõuertet ad
sicut di.s. pacẽ. Meliꝰ est parũ cũ iustitia: q̃ mul
necesse. ti fructus cũ iniq̃tate. Cor hois dispo
nit viã suã: sz domini est dirigere gres-
sus eiꝰ. Diuinatio in labijs regis: i iu-
dicio nõ errabit os eiꝰ. Põdꝰ τ state
ra iudicia domini sunt: τ opa eiꝰ oẽs
als + saecu lapides sceculi +. Abominabiles regi q
li. agunt impie: qm iustitia firmat soliũ.
Uolũtas regũ labia iusta: q recta loq̃t
dirigetur. Indignatio regis nũcij mor
tis: τ vir sapiens placabit eã. In hila-
C ritate vultus regis vita: τ clemẽtia eiꝰ
quasi imber serotinus. Posside sapiẽ-
tiã qz auro melior est: τ acq̃re pruden-
tiã qz preciosior est argẽto. Semita iu
stoꝝ declinat mala: τ custos aĩe sue ser
uat viã suã. Cõtritionẽ pcedit supbia
et ante ruinã exaltabit spũs. Melius
est humiliari cum mitibꝰ: q̃ diuidere
spolia cũ supbis. Eruditꝰ in vbo repe
riet bona: τ q sperat in domino beatꝰ
est. Qui sapiẽs est corde appellabitur
s.14.c prudens: τ qui dulcis eloquio maiora
D reperiet. Fons vite eruditio possiden
tis: doctrina stultoꝝ fatuitas. Cor sa-
piẽtis erudiet os eius: τ labijs illius
addet gratiã. Fauus mellis cõposita
verba: dulcedo anime sanitas ossium.
Est via que videt homini recta: τ no-
uissima eius ducũt ad mortem. Anima
laborantis laborat sibi: qz cõpulit eum
Als + an- os suũ. Uir insipiẽs + fodit malũ: τ in
nuens. labijs eius ignis ardescit. Hõ peruer-
sus suscitat lites: τ vbosus separat pn
Als + ipsꝰ cipes. Uir iniquꝰ + lactat amicũ suũ: τ

ducit eum per viã nõ bonã. Qui atto- Als + atto
nitis + oculis cogitat praua: mordens nitus.
labia sua pficiet malũ. Corona digni-
tatis senectꝰ: q̃ i vijs iustitie reperiet.
Melior est patiẽs viro forti: τ q dñat
aio suo: expugnatore vrbium. Sortes
mittunt in sinum: sed a dño tẽperant.
¶ C.S. De leta cõsciẽtia: de probatio
ne iusti τ gemma gratissima: de stulto
incorrigibili: de stulto diuite: de vero
amico τ rectore animarum: de oculis
stultorum: de consilio iusto: de mode-
ramine lingue. Capi.xvij.
Melior est bucella sicca cum B
gaudio: q̃ domus plena vi Eccl.10.a.
ctimis cũ iurgio. Seruus
sapiẽs dominabitur filijs
stultis: τ inter fratres here
ditatẽ diuidet. Sicut igne
pbatur argẽtũ τ aurũ camino: ita cor-
da pbat dominus. Malus obedit lin
gue inique: τ fallax obtemperat labijs
mẽdacibus. Qui despicit pauperẽ ex-
probrat factori eiꝰ: et q in ruina letat
alterius nõ erit impunitꝰ. Corona se-
nũ filij filioꝝ: τ gloria filiorum patres Job.31.c.
eoꝝ. Non decet stultũ verba cõposita: j.24.c.
nec principẽ labiũ mẽtiẽs. Gẽma gra D
tissima expectatio prestolãtis: quocũ-
q̃ se vertit prudenter intelligit. Qui
celat delictũ querit amicitias: q alte-
ro + sermone repetit separat federatos. Als + alto
Plus proficit correctio apud pruden
tem: q̃ cẽtũ plage apud stultũ. Sempr
iurgia querit malus: angelus aũt cru-
delis mittetur cõtra eũ. Expedit ma-
gis vrse occurrere raptis fetibus q̃ fa
tuo confidẽti sibi in stultitia sua. Qui C
reddit mala p bonis: nõ recedet malũ
de domo eiꝰ. Qui dimittit aquã caput
est iurgiorũ: τ anteq̃ patiatur cõtume
liam iudiciũ deserit. Et qui iustificat
impiũ τ qui condẽnat iustum: abomi- Esa.5.c.
nabilis est vterq3 apud deum +. Quid Als + dñm
pdest stulto habere diuitias: cũ sapiẽ- 56.dist. ca.
tiam emere nõ possit. Qui altã + facit nasci.
domũ suã querit ruinam: τ qui euitat Als + non
discere incidet in malaꝰ. Omni tempo- hz q altam
re diligit qui amicꝰ est: τ frater in an- τc. vsq3 ma
gustijs cõprobatur. Stultus hõ plau- la.
det manibus: cum spoponderit p ami s.6.a.
co suo. Qui meditatur discordias dili D
git rixas: et qui exaltat os suũ querit s.15.b.
ruinam. Qui peruersi cordis est nõ in-
ueniet bonum: τ qui vertit linguã inci-
det in malũ. Natus est stultus in igno-
miniam suam: sed nec pater in fatuo.

letabitur. Animus gaudēs etatē flori
s.15.b. dā facit: spūs tristis exiccat ossa. Mu
nera de sinu ipsius accipit: vt puertat
Eccl.8.a. semitas iudicij. In facie prudētis lu
cet sapientia: oculi stultoꝝ in finibus
terre. Ira patris filius stult⁹: et dolor
matris q̄ genuit eū. Nō est bonū dānū
inferre iusto: nec percutere principē q̄
recta iudicat. Qui moderat̄ sermones
suos doctus et prudens est: ꝛ preciosi
spiritus vir eruditus. Stultus quoq;
si tacuerit sapiens reputabitur: ꝛ si cō
presserit labia sua intelligens.

¶ C. S. De recessu ab amico desparato: de ꝓbis viri: de nō deuiādo a ꝟitate: d ore stulti: de iusto se accusāte: de fratre iuuāte fratrē: de fructu oris: de muliere bona ꝛ de mala: de locutiōe diuitis et pauperis: de amico sociali. C. xviij.


A Ccasiones querit q̄ vult rece
dere ab amico: oī tpe erit ex
probrabilis. Nō recipit stul
tus ꝟba prudētie: nisi ea di
Di.17.c.nec xeris q̄ versant̄ in corde ei⁹.
licuit. Impi⁹ cū in ꝓfundū venerit pctoꝝ cō
De pe.di.1. tēnit: sꝫ sequit̄ eum ignominia ꝛ op
ca.deniq;. probriū. Aqua ꝓfunda verba ex ore vi
s.14.c. ri ꝛ torrēs redūdās fons sapiētie. Ac
cipere ꝑsonā impij in iudicio nō ē bo
nū: vt declines a veritate iudicij. Labia
stulti miscēt se rixis: ꝛ os eius iurgia
B ꝓuocat. Os stulti cōtritio ei⁹: ꝛ labia
ipsius ruina aīe eius. Uerba bilinguis
quasi simplicia: ꝛ ipsa ꝑueniūt vsq; ad
interiora vētris. Pigrū deijcit timor:
aīe aūt effeminatoꝝ esuriēt. Qui mol
lis ꝛ dissolutus est ī ope suo: frater est
sua opa dissipātis. Qui expellit mulie
rē bonā expellit bonum: qui aūt tenet
s.10.b. adulterā stultus est ꝛ insipiens. Turris
fortissima nomē dn̄i: ad ipsam currit
iustus ꝛ exaltabit̄. Substātia diuitis
vrbs roboris eius: ꝛ quasi murus vali
dus circūdās eū. Anteq̄ cōterat̄ exal
C tatur cor hoīs ꝛ anteq̄ glorificet̄ hu
Eccli.11.a. miliat̄. Qui prius rūdet q̄ audiat stul
Di.29.c.1. tū se esse demōstrat ꝛ cōfusione dignū.
Spūs viri sustētat imbecillitatē suā:
spm̄ vero ad irascēdū facilē quis pote
rit sustinere? Cor prudētis possidebit
sciētiā: et auris sapiētiū querit doctri
De cse.di. nā. Donū hoīs dilatat viā eius: ꝛ ante
2.c. crede principes spaciū ei facit. Iustus prior
re. in glo. est accusator sui: venit amicus eius ꝛ in
uestigabit eū. Cōtradictiōes cōprimit
sors: ꝛ inter potētes q̄ꝫ diiudicat. Fra
ter qui adiuuat̄ a fratre q̄si ciuitas fir
ma: et iudicia quasi vectes vrbium. De
fructu oris viri replebitur vēter eius:
et genimina labioꝝ ipsius saturabūt D
eum. Mors et vita in manibus ✝ lin Als ✝ ma
gue: qui diligūt eam comedēt fructus nu.
eius. Qui inuenit mulierē bonā inue
nit bonum: ꝛ hauriet iocunditatem a
domino. Qui expellit mulierē bonam
expellit bonum: qui aūt tenet adulte
ram stultus est ꝛ insipiens. Cū obsecra 12.q.1.c.
tionibus loquit̄ pauper: ꝛ diues effa
bitur rigide. Uir amicabilis ad socie
tatem: magis amicus erit q̄ frater.

¶ C. S. De paupere simplici: de festinatione: de stultitia: de amicis diuitis et pauperis: de falso teste: de glia patientis ꝛ pauperis: de ira regis: de litigiosa muliere: ꝛ a quo detur vxor prudēs: de pigredine operandi: de feruore misericordie: de erudiēdo filio: de pigro et de malleis derisorum. Capi. xix.

Melior est paup̄ q̄ ambulat in A
simplicitate sua: q̄ diues tor s.28.
quens labia sua ꝛ insipiens.
Ubi nō est sciētia aīe non est
bonū: ꝛ qui festinus est pedi
bus ✝ offendit. Stultitia hoīs supplā Als ✝ pec
tat gressus ei⁹: et ꝯ deū feruet aīo suo. cat.
Diuitie addūt amicos plurimos: a pau
pere aūt ꝛ hi quos habuit separantur.
Testis falsus nō erit impunitus: ꝛ qui
mēdacia loquitur nō effugiet. Multi
colūt personā potētis: ꝛ amici sunt do
na tribuētis. Fratres hoīs paupis ode
runt eū: insup̄ ꝛ amici ꝓcul recesserūt
ab eo. Qui tm̄ verba sectatur nihil ha B
bebit: q aūt possessor est mētis diligit
aīam suā: ꝛ custos prudētie inueniet bo
na. Falsus testis nō erit impunitus: et
q̄ loquit̄ mēdacia peribit. Nō decēt stul
tū diuitie: nec seruū dn̄ari ꝑncipibus.
Doctrina viri ꝑ patiētiā noscit̄: ꝛ glo
ria eius est iniqua pretergredi. Sicut
fremitus leonis ita ꝛ regis ira: ꝛ sicut s.26.c.
ros sup̄ herbā ita ꝛ hilaritas eius. Do C
lor patris fili⁹ stultus: ꝛ tecta iugiter Dist.26.c.
ꝑstillātia litigiosa mulier. Dom⁹ ꝛ di deinde.
uitie dātur a parētibus: a dn̄o aūt pro 24.q.1.c.cū
prie vxor prudēs. Pigredo immittit so per bellicā
porem: et aīa dissoluta esuriet. Qui cu 20.q.1.c.ad
stodit mandatū custodit aīam suā: qui limina.
aūt negligit viā suā ✝ mortificabitur. Als ✝ vias
Feneratur dn̄o qui miseret̄ paupis: et suas.
vicissitudinē suaꝫ reddet ei. Erudi fi Di.46.c.
liū tuū ne desperes: ad interfectionem
aūt ei⁹ ne ponas aīam tuā. Qui em̄ ipa
tiens est sustinebit dānū: ꝛ cū rapuerit

aliud apponet. Audi cõsiliū ꝛ suscipe
disciplinā: vt sis sapiēs in nouissimis
tuis. Multe cogitatiões in corde viri:
D voluntas aūt dñi ī eternū permanebit.
J.26.c. Hō indigēs misericors est: ꝛ melior est
pauper iustus ꝙ vir mēdax. Timor dñi
ad vitā: ꝛ in plenitudine cōmorabitur
absqꝫ visitatiōe pessimi. Abscōdit pi
ger manū suā sub ascella: nec ad os suū
applicat eā. Pestilēte flagellato stul
tus sapiētior erit: si aūt corripueris sa
pientē intelliget sapiētiam. Qui affli
git patrē ꝛ fugit matrē: ignominiosus
erit ꝛ infelix. Nō cesses audire fili do
ctrinā: nec ignores sermones sciētie.
Testis iniquus deridet iudiciū: ꝛ os im
piorum deuorat iniquitatē. Parata
sunt derisoribus iudicia: ꝛ mallei per
cutientes stultorum corporibus.
¶ C.S. De vino ꝛ ebrietatib⁹: de rege
dissipāte malū: de pōdere ꝛ mēsura: de
somno fugiēdo: de emptore vilipēden
te: de pane mēdacij: de maledictiōe pa
tris ꝛ matris: de hereditate festinata:
de duplici pōdere: de voto reddēdo: de
lucerna mētis: ꝛ de fortitudine. Ca.xx.


A Dist.35.ca. luxuriosa. ꝛ ca. luxuriam.


Uxuriosa res vinum: et tu
multuosa ebrietas. Quicū
qꝫ his delectat non erit sa
piēs. Sicut rugit⁹ leonis
ita ꝛ tremor regis: q̄ puo
cat eū peccat in aīam suā.
Honor est hoī q̄ separat se a contētiōi
bus: oēs aūt stulti miscent̄ cōtumelijs.
B Propter frigus piger arare noluit: mē
dicabit ergo estate ꝛ nō dabit̄ illi. Si
cut aqua pfunda sic cōsiliū in corde vi
ri: sed homo sapiens exhauriet illud.
Multi hoīes misericordes vocantur:
virū aūt fidelē qs inueniet? Justus qui
ambulat in simplicitate sua: btōs post
se filios derelinquet. Rex qui sedet in
1.Jo.1.d. solio iudicij: dissipat oē malū intuitu
De pe. dist. 2.c. si enim. suo. Quis potest dicere mūdum est cor
meū: purus sum a pctō? Pōdus ꝛ pon
De psump. c. ex studijs dus mēsura ꝛ mensura: vtrūqꝫ abomina
bile est apud deū. Ex studijs suis intel
ligitur puer: si munda ꝛ recta sint opa
eius. Aurē audiētem ꝛ oculū videntē:
dñs fecit vtrūqꝫ. Noli diligere somnū:
ne te egestas opprimat. Aperi oculos
tuos ꝛ saturare panibus. Malum est
C malū est: dicit oīs emptor. Et cum re
J.28.b. cesserit: tunc gloriabitur. Est aurum ꝛ
multitudo gēmarum: vas autem pre
ciosum labia sciētie. Tolle vestimentū
eius qui fideiussor extitit alieni: ꝛ pro
extraneis aufer pignus ab eo. Suauis
est homini panis mendacij: ꝛ postea im
plebitur os eius calculo. Cogitatiões
cōsilijs roborātur: ꝛ gubernaculis tra
ctāda sunt bella. Ei q̄ reuelat mysteria Exo.21.b. Leui.20.b.
et ambulat fraudulēter ꝛ dilatat labia
sua: ne cōmiscearis. Qui maledicit pa
tri suo ꝛ matri: extinguet lumē ÷ eius Als ÷ lucerna.
in medijs tenebris. Hereditas ad quā
festinatur in principio: in nouissimo
benedictione carebit. Ne dicas reddā Rom.12.d.
malum pro malo: expecta dñm ꝛ libe D
rabit te. Abominatio est apud deum ÷ s. eodem. Als ÷ dñm
pondus et pondus: statera dolosa nō s.16.
est bona. A dño dirigūtur gressus viri:
quis aūt hoīm intelligere potest viam
suā? Ruina est homini deuorare sctōs:
et post vota retractare. Dissipat impios
rex sapiens: ꝛ incuruat super eos for
nicem. Lucerna dñi spiraculum homi 1.reg.15.c.
nis: que inuestigat omnia secreta ven
tris. Misericordia ꝛ veritas custodiūt Di.27.ca. porro.
regem: et roboratur clemētia thronus
eius. Exultatio iuuenum fortitudo eo
rum: ꝛ dignitas senum canicies. Liuor
vulneris absterget mala: et plage in se
cretioribus ventris.
¶ C.S. De corde regis: laus misericor
die ꝛ iudicij: de potētia iniqua: de mu
liere litigiosa: de victoria xp̄i: de super
bo: de pigro ꝛ hostijs impiorū: de teste
mendacij: de viro obediente. Cap.xxi. B


Icut diuisiones aquarū ita
cor regis in manu dñi: quocū
qꝫ voluerit inclinabit illud.
Oīs via viri recta sibi videt̄:
appendit aūt corda dñs. Fa Als ÷ iusti
cere ÷ miam et iudicium magis placet tiam.
domino ꝙ victime. Exaltatio oculo
rum est dilatatio cordis: lucerna im
piorum peccatum. Cogitationes robu
sti semper in abundantia: omnis autē
piger ī egestate est. Qui congregat the
sauros lingua mēdacij vanus ꝛ excors
est: et impingetur ad laqueos mortis. J.15.d.
Rapine impiorū detrahent eos: quia
noluerūt facere iudiciū. Peruersa via B
viri aliena est a deo: q̄ aūt mūd⁹ est re
ctum opus eius. Melius est sedere in
angulo domatis ꝙ cū muliere litigio Als ÷ conui
sa ꝛ ī domo cōi ÷. Aīa impij desiderat uij.
malum: nō miserebitur proximo suo.
Multato pestilente sapientior erit
paruulus: ꝛ si sectetur sapientē sumet
sciētiā. Excogitat iustus de domo im
pij: vt detrahat impios a malo. Qui
obturat aurē suā ad clamorē paupis:

et ipse clamabit et nō exaudietur. Munus
absconditū extinguit iras: et donū in si-
nu indignationē maximā. Gaudiū iu-
C sto est facere iudiciū: et pauor operāti-
bus iniquitatē. Uir q errauerit a via do-
ctrine: in cetu gigātiū cōmorabitur. Qui
diligit epulas in egestate erit: q amat
vinū et pinguia non ditabitur. Pro iusto
Eccl. 25. c. dabitur impius: et p recto iniquus. Melius
est habitare i terra deserta: q cū mulie-
re rixosa et iracūda. Thesaurus deside-
rabilis et oleū in habitaculo iusti: et im-
prudēs hō dissipabit illud. Qui sequi-
§. 12. a. tur iustitiā et miam: inueniet vitā et iu-
D stitiā et gloriā. Ciuitatē fortiū ascēdit
sapiēs: destruxitq robur fiducie eius.
Qui custodit os suū et linguā suā: custo-
dit ab angustijs animā suā. Superbus et
§. 15. b. arrogās vocatur indoctus: q in ira operatur
1. q. 1. c. non est. superbiā. Desideria occidūt pigrum: no-
luerūt enim quicq manus eius operari. Tota die
cōcupiscit et desiderat: q aūt iustus ē tri-
buet: et nō cessabit. Hostie impiorum abomi-
Als ✝ victoriā. nabiles: q offerūtur ex scelere. Testis mē-
dax peribit: vir obediēs loquetur ✝ victo-
riā. Uir impius procaciter obfirmat vultū
suū: q aūt rectus est corrigit viā suam.
Nō est sapiētia nō est prudētia: nō est
consiliū contra dñm. Equus paratur ad
diē belli: dominus aūt salutē tribuet.

¶ C. S. De fama bona: de cōuenientia duarū naturarū in xpo: de fine modestie: de fenerāte: de dādis muneribus: de mūdicia cordis: de pigro: de puero stulto: de calūniatore: de audienda sapientia: de violentia nō facienda pauperi: de amicitia iracūdi: de non fideiubendo: de presumptione. Ca. xxij.



A Eccl. 7. a. dist. 8. ca. 1.
Melius est nomē bonū q diui-
tie multe: sup argentū enim et
aurū gra bona. Diues et pau-
per obuiauerūt sibi: vtriusq
operator est dñs. Callidus vi-
det malū et abscōdit se: innocēs ptrās-
ijt et afflictus est dāno. Finis modestie
timor dñi: diuitie et gloria et vita. Ar-
ma et gladij in via superbi: custos aūt aīe
sue lōge recedit ab eis. Prouerbiū est:
adolescēs iuxta viā suā etiā cū senue-
B rit nō recedet ab ea. Diues pauperibus
Eccl. 21. c. imperat: et qui accipit mutuū seruus est
fenerātis. Qui seminat iniqtatē metet
mala: et virga ire sue consummabitur.
Als ✝ nō hr victoriam. et c. vsq accipiētium. Qui pronus est ad miam bñdicetur: de pa-
nibus enim suis dedit pauperi. Uicto-
riam ✝ et honorē acqret q dat munera:
animā aūt aufert accipiētiū. Ejice de-
risorē et exibit cū eo iurgiū: cessabūtq
cause et cōtumelie. Qui diligit cordis 5. q. 4. c. in
mūdiciā: pp̄ter gratiā labiorum suorum loco. in si.
hēbit amicū regē. Oculi dñi custodiūt §. 22. c.
sciētiā: et supplātantur verba iniqui. Di- §. 22. c.
cit piger leo est foris: in medio platea-
rū occidendus sum. Fouea profunda os
aliene: cui iratus est dñs incidet in eā.
Stultitia colligata est i corde pueri: C
et virga discipline fugabit eā. Qui ca-
lūniatur pauperē vt augeat diuitias su-
as: dabit ipsi ditiori et egebit. Fili mi
inclina aurē tuā: et audi verba sapiētiū.
Appone aūt cor ad doctrinā meā: que
pulchra erit tibi cū seruaueris eā in vē-
tre tuo. Et redūdabit in labijs tuis: vt
sit in dño fiducia tua. Unde et ostendi
eam tibi hodie. Ecce descripsi eā tibi
tripliciter in cogitatiōibus et sciētia:
vt ostēderem tibi firmitatē et eloquia
veritatis: respōdere ex his illis qui mi-
serūt te. Nō facias violētiam pauperi:
qr pauper est: neq conteras egenum in
porta: qr iudicabit dominus cām eius: D
et configet eos qui confixerūt animam
eius. Noli esse amicus homini iracun-
do: neq ambules cum viro furioso: ne
forte discas semitas eius: et sumas scā-
dalū aīe tue. Noli esse cū his q defigūt
manus suas: et qui vades se offerunt p
debitis. Si enim nō habes vt restituas:
qd cause est vt ✝ tollat opimētū de cu- Al ✝ tollas
bili tuo? Ne trāsgrediaris terminos Deut. c. 19.
ātiquos quos posuerūt patres tui. Ui- 12. q. 2. c. in
disti virū velocē in opere suo: corā re- legibus.
gibus stabit: nec erit ante ignobiles. 7. q. 1. ca. si

¶ C. S. De cōuiuio principum: de moderatione scie: de nō comedendo cum inuido: de agro pupillorum: de disciplina pueri: de comessatione et ebrietate: de concupiscētia meretricis. Ca. xxiij.

quis eps. 13. q. 1. ca. ic 24. q. 2. ca. transferūt. 23. q. 1. c. 4. 93. dist. ca. diaconi.



A De sepul. capi. 1.
Uādo sederis vt comedas
cum principe: diligēter at-
tende que posita sunt ante
faciē tuā: et statue cultrum
in gutture tuo: si tñ habes
in potestate animā tuā. Ne
desideres de cibis eius: in quo ē panis
mendacij. Noli laborare vt diteris: sed
prudētie tue pone modum. Ne erigas
oculos tuos ad opes quas non potes
habere: qr facient sibi pēnas quasi aquile
et volabūt in celū. Ne comedas cū ho-
mine inuido: et ne desideres cibos eius: B
quoniā in similitudinē arioli et cōie-
ctoris existimat qd ignorat. Comede
et bibe dicet tibi: et mens eius non est
tecum.


recā. Cibos quos comederas euomes: et perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientiū ne loquaris: quia despiciēt doctrinam eloquij tui. Ne attingas paruuloꝝ terminos: et agrum pupillorum ne introeas. Propinquus eīn illoꝝ fortis est: ꝛ ipse iudicabit cōtra te causam illorum. Ingrediatur ad

ī.13. doctrinam cor tuū: ꝛ aures tue ad ver-
Eccl. 30. a. ba sciētie. Noli subtrahere a puero di-
Di.45.c.cū sciplinam: si em ꝑcusseris eū virga nō
beatus. §. moriet. Tu virga ꝑcuties eū: ꝛ animā
salomon. eius de inferno liberabis. Filij mi si sa-
23.q.5.c. di piens fuerit animus tu' gaudebit te-
spicet. t.c. cum cor meū: ꝛ exultabūt renes mei cū
co vidicta. locuta fuerint recta labia tua. Nō emu-
5.q.5.c. nō letur cor tuū peccatores: sed in timore
omnium. dñi esto tota die: qꝛ habebis spem in no-
E uissimo: ꝛ prestolatio tua nō auferet.
De cōse.di. Audi fili mi ꝛ esto sapiēs: ꝛ dirige in
5.c.carnes. via animā tuum. Noli esse in cōuiuijs
t ca. ne ta- potatoꝝ: nec in comessationibus eorū
les. qui carnes ad vescēdū cōferūt: qꝛ vacā-
Di.44. ca. tes potibus ꝛ dātes symbola cōsumē-
antepenul. tur: ꝛ vestiet pānis dormitatio. Audi patrē tuū qui genuit te: ꝛ ne contēnas cū senuerit mater tua. Ueritatē eme ꝛ noli vendere sapientiam: ꝛ doctrinam et intelligentiā. Exultat gaudio pater

Als+quia iusti: ꝛ qui+sapientem genuit letabit in eo. Gaudeat pater tu' ꝛ mater tua:
D ꝛ exultet q̄ genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi: ꝛ oculi tui vias meas custodiant. Fouea eīn ꝓfunda est meretrix: et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro: ꝛ quos incautos in-

ī.22.b. uenerit interficiet. Cui ve: cui' ꝑ̄fve: cui rixe: cui fouee: cui sine causa vulnera: cui suffossio oculoꝝ. Nōne his q̄ cō-morant in vino: ꝛ studēt calicib' epotādis. Ne intuearis vinū qd̄ flauescit: cū splēduerit in vitro color ei'. Ingreditur blāde sed in nouissimo mordebit vt coluber: ꝛ sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas: ꝛ cor tuū loquet peruersa. Et eris sicut dormiēs in medio mari: ꝛ quasi sopitus gubernator amisso clauo et dices. Uerberauerūt me sed non dolui: traxerunt et ego non sensi. Quando euigilabo: et rursus vina reperiam.

¶ C. S. De sapientia ꝛ sapiēte: de stulto et desperāte: de his qui ducūtur ad mortem: de melle et fauo: de casu iusti et casu inimici: de equitate iudicij: de agro exercēdo: de agro pigri hominis et de pigro. Capi. xxiiij.



NE emuleris viros malos: nec desideres esse cū eis: qꝛ rapinas meditat mēs eorū et fraudes labia eoꝝ loquū- tur. Sapientia edificabit domus: ꝛ prudētia roborabit. In doctrina replebunt celaria: vniuersa substātia preciosa ꝛ pulcherrima. Uir sapiēs fortis est: ꝛ vir doctus robustus ꝛ validus: qꝛ cum dispositiōe initur bellū: ꝛ erit salus vbi multa cōsilia sunt.

Excelsa stulto sapientia: in porta non ī.11.b.
aperiet os suū. Qui cogitat mala facere stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est: et abominatio hominū detractor. Si desperaueris i die angustie lapsus: imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducūtur ad mortem: et q̄ trahunt ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris vires nō suppetūt: qui B
inspector est cordis ipse intelligit: ꝛ ser- ps.81.
uatorē+aīe tue nihil fallit: reddetq̄ Eccls.4.
homini iuxta opera sua. Comede fili 24.q.3. ca.
mi mel: qꝛ bonū est: ꝛ fauū dulcissimū nō iferēda.
gutturi tuo. Sic ꝛ doctrina sapientie Als+sal
anime tue: quā cum inueneris habebis natorem.
in nouissimis spem: ꝛ spes tua nō peribit. Ne insidieris et queras impietatē in domo iusti: neq̄ vastes requiē eius. Septies ei i die cadet iust' ꝛ resurget: ipsi aūt corruēt in malū. Cū ceciderit inimicus tuus ne gaudeas et in ruina eius ne exultet cor tuū: ne forte videat dñs ꝛ displiceat ei: ꝛ auferet ab eo irā

suā. Ne cōtēdas cū pessimis: nec emule- De pe.dist
ris impios: qm̄ nō habēt futuroꝝ spē 6.septies.
mali: ꝛ lucerna impioꝝ extinguet. Ti- C
me dñm fili mi ꝛ regem: ꝛ cum detra- ī.17.a.
ctoribus nō cōmiscearis. Quoniam re- Job.21.b.
pente consurget perditio eorum: ꝛ rui- 3.q.4.c.de
nam vtriusq̄ quis nouit. Hec quoq̄ sa- tractores.
pientibus. Cognoscere personam i iu-
dicio nō est bonum. Qui dicūt impio ī.12.a.
iustus es: maledicent eis populi: et detestabunt eos trib'. Qui arguūt eū laudabunt: ꝛ sup ipos veniet benedictio. Labia deosculabitur qui recta verba respōdet. Prepara foris opus tuum: ꝛ diligēter exerce agrum tuū: et postea edifices domū tuam. Ne sis testis frustra cōtra ꝓximū tuū: nec lactes quēq̄ D
labijs tuis. Ne dicas quomō fecit mihi sic faciam ei: et reddam vniuicuiq̄ scđm opus suum. Per agrum hominis pigri transiui: ꝛ per vineā viri stulti. Et ecce totum repleuerant vrtice: ꝛ operuerāt superficiē eius spine: ꝛ maceria la-

pidā destructa erat. Qđ cū vidissē pos
sui i corde meo: ⁊ exēplo didici disci
plinā. Usq̄qʒ piger dormies: vsq̄qʒ de
j.6.b. somno cōsurges. Parū iquā dormies:
modicū dormitabis: pauxillū man⁹ cō
feres vt q̄escas: ⁊ veniet tibi q̄si cursor
egestas tua ⁊ mēdicitas q̄si vir armat⁹.
¶ C. S. De celādo verba: de purgando
sermone: de humilitate: de p̄dicante ⁊
obediēte: de legato fideli: de melle edē
do: de falso teste: de amico ifideli: de i
corrigibili: de tristitia auari: de beni
gnitate: de dissipāte: de detractiōe: de
scādalo: de garrulitate. Cap. xxv.

B



Ec q̄ȝ parabole salomōis q̄s
transtulerūt viri ezechie re
gis iuda. Gloria dei est cela
re verbū: ⁊ glīa regū inuesti
gare sermonē. Celū sursum
et terra deorsum: ⁊ cor regū inscruta
bile. Aufer rubiginē de argēto: ⁊ egre
dieť vas purissimū. Aufer ipietatē de
Luce.14.b. vultu regis: ⁊ firmabiť iustitia thron⁹
ei⁹. Ne gloriosus appareas corā rege:
⁊ in loco magnoꝝ ne steteris. Melius
est eñ vt dicať tibi ascēde huc: q̄ vt hu
5.q.5.c.qui militeris corā principe. Que viderunt
ambulat. oculi tui ne proferas in iurgio cito: ne
B postea emēdare nō possis cū dehone
staueris amicū tuū. Cām tuā tracta cū
amico tuo: ⁊ secretū extraneo ne reue
les: ne forte insultet tibi cū audierit ⁊
Als. ✝ non exprobrare nō cesset. Gratia ✝ ⁊ amici
hȝ gfa ⁊c. tia liberāt: q̄s tibi serua ne exprobra
vsq̄ȝ flas. bilis fias. Mala aurea in lectis argen
teis: q̄ loq̄tur v̄bū in t̄pe suo. Inauris
aurea ⁊ margarita fulgēs: qui arguit
sapiētē ⁊ aurē obediētē. Sicut frigus
niuis in die messis: ita legatus fidelis
ei q̄ misit eū: aīam illius req̄escere fa
cit. Nubes ⁊ vētus ⁊ pluuie nō sequen
tes: vir gloriosus ⁊ p̄missa nō cōplēs.
s.15.a. Patiētia leniet̄ p̄nceps: ⁊ lingua mol
C lis cōfringet duritiam. Mel inuenisti
comede q̄d sufficit tibi: ne forte satia
tus euomas illud. Subtrahe pedem
tuū de domo p̄ximi tui: nequando sa
tiatus oderit te. Iaculum ⁊ gladius ⁊
sagitta acuta: homo qui loquitur con
tra p̄ximum suū falsum testimonium.
Dens putridus ⁊ pes lassus: q̄ sperat
super infideli in die angustie⁊ amittit
palliū in die frigoris. Acetū in nitro:
qui cantat carmina cordi pessimo. Si
Als. ✝ non cut ✝ tinea vestimēto et vermis ligno:
hȝ sicut ⁊c. ita tristitia viri nocet cordi. Si esurie
vsq̄ȝ cordi. rit inimic⁹ tu⁹ ciba illū: si sitierit da ei

aquā bibere. Prunas eñ congregabis
sup caput eius: ⁊ dñs reddet tibi. Uen Ro.12.b.
tus aquilo dissipat pluuias: et facies D
tristis linguā detrahētem. Melius est
sedere in angulo domatis: q̄ cū mulie s.21.b.
re litigiosa ⁊ in domo cōi. Aqua frigi
da aīe sitiēti: ⁊ nūcius bonus de terra
lōginqua. Fons turbatus pede ⁊ vena
corrupta: iustus cadens corā impio. Eccl.3.c.
Sicut q̄ mel multū comedit non est ei
bonū: sic q̄ scrutator est maiestatis op
primeť a gloria. Sicut vrbs patēs et
absq̄ȝ muroꝝ ambitu: ita vir q̄ nō pōt
in loquendo cohibere spiritum suū.
¶ C. S. De gloria stulti: de maledicto:
de p̄futādo stulto: de nō cōmittēdo p̄
dicationem stulto: de reuerso ad pecca
tum: de pigro ostēdēte sapientiā suā:
de impatiente: de susurrone: de amico
fraudulento. Capi. xxvi. B



Uomodo nix in estate ⁊ plu
uie in messe: sic indecens est
stulto gloria. Nam sicut auis
ad alta trāsuolans et passer 11.q.3.cap.
quolibet vadēs: sic maledi illud.
ctum frustra p̄latum in quēpiā super
ueniet. Flagellū equo ⁊ chamus asino:
et virga in dorso imprudētium. Ne re
spondeas stulto iuxta stultitiā suā: ne
efficiaris ei similis. Respōde stulto iu
xta stultitiam suā: ne sibi sapiens esse
videatur. Claudus pedibus ⁊ iniqui
tatem bibens: qui mittit verba per nū
cium stultum. Quomodo pulchras fru
stra habet claudus tibias: sic indecens B
est in ore stultorum parabola. Sicut
qui mittit lapidem in aceruū mercurij
ita qui tribuit insipiēti honorē. Quo
modo si spina nascatur in manu temu
lenti: sic parabola in ore stultoꝝ. Iudi
cium determinat causas: ⁊ q̄ imponit 2.pe.2.c.
stulto silentiū iras mitigat. Sicut ca
nis qui reuertiť ad vomitum suum: sic
imprudens qui iterat stultitiā suā. Ui
disti hominē sapiētem sibi videri: ma
gis illo spē habebit insipiēs. Dicit pi C
ger leo est in via: et leena in itinerib⁹.
Sicut ostiū vertiť i cardine suo: ita pi Als. ✝ ascēd
ger in lectulo suo. Abscōdit piger ma las suas.
nus sub ascella sua ✝: et laborat si ad s.19.d.
os suā eas cōuerterit. Sapiētior sibi De p̄sump.
stultus videť: septem viris loquētib⁹ cap. 1.
sentētias. Sicut q̄ apprehēdit aurib⁹
canem: sic qui transit impatiens et cō
miscet̄ rixe alterius. Sicut noxius est
qui mittit sagittas ⁊ lāceas in mortē:
ita vir q̄ fraudulēter nocet amico suo:

Et cũ fuerit deprehẽsus dicit ludẽs fe-
Eccli.28.b ci. Cum defecerint ligna extinguetur
D ignis: et susurrone subtracto iurgia cõ
quiescunt. Sicut carbones ad prunas
et ligna ad ignẽ: sic homo iracũdus su
scitat rixas. Verba susurronis quasi
simplicia: et ipsa perueniũt ad intima
cordis. Quomõ si argento sordido or-
nare velis vas fictile: sic labia tumẽtia
cũ pessimo corde sociata. Labijs suis
intelligit inimicus: cũ in corde tracta
uerit dolos. Qñ submiserit vocẽ suam
Eccl.10.b. ne credideris ei: qm̃ septem nequitie
Eccli.27.d sunt in corde illius. Qui operit odiũ
fraudulẽter: reuelabitur malicia eius
in consilio. Qui fodit foueam incidet
in eã: et qui voluit lapidẽ reuertet ad
eũ. Lingua fallax non amat veritatẽ: et
os lubricum operatur ruinas.

¶ Ca. S. De iactantia: de ira stulti: de laude correptiõis: de fama iustitie: de dulcedine boni animi: de adulatore: de muliere litigiosa: de incorrigibili: de subditis agnoscẽdis: de sacris scripturis. Capi.xxvii.

A
xi.q.3.c.si
quis.


E glorieris in crastinum: ignorans qd superuẽtura pariat dies. Laudat te alie nus et nõ os tuũ: extraneus et non labia tua. Graue est saxũ et onerosa arena: sed
Eccl.22.b. ira stulti vtroq; grauior. Ira nõ habet
Als. + non miam nec irrũpens furor: et impetum
hz spũs. cõcitati spiritus + ferre qs poterit?
5.q.5.c.nõ Melior ẽ manifesta correctio: qȝ amor
ois. et ca.nõ abscõditus. Meliora sunt vulnera di-
osculatur. ligẽtis: qȝ fraudulẽta oscula odiẽtis.
23.q.4.ca. Anima saturata calcabit fauũ: et aia
nimium. esuriẽs etiã amarũ p dulci sumet. Si
Joã.6.b. cut auis transmigrans de nido suo: sic
B vir qui derelinquit locũ suũ. Unguẽto
et varijs odorib' delectatur cor: et bo-
nis amici consilijs anima dulcoratur.
Amicum tuũ et amicum patris tui ne
dimiseris: et domũ fratris tui ne ingre
diaris in die afflictionis tue. Melior
est vicinus iuxta: qȝ frater pcul. Stu-
de sapiẽtie fili mi: et letifica cor meum:
vt possis exprobrãti respõdere sermo
I.20.c. nem. Astutus vidẽs malũ absconditus
C est: paruuli trãseuntes sustinuerũt dis-
pẽdia. Tolle vestimẽtũ eius q spopon
dit p extraneo: et p alienis aufer ei pi-
gnus. Qui bñdixit primo suo voce grã
di: de nocte ɔsurgẽs maledicẽti simi-
lis erit. Tecta pstillãtia i die frigoris:
I.10.b. et litigiosa mulier cõparãtur. Qui re-
tinet eã quasi qui ventũ teneat: et oleũ
dextere sue euacuat +. Ferrũ ferro ex- Als + va-
acuit: et homo exacuit faciẽ amici sui. cuabit.
Qui seruat ficũ comedet fructus + ei' Als + fru-
et qui custos est dñi sui glorificabitur. ctum.
Quõ in aquis rñdẽt vultus pspicien-
tiũ: sic corda hoim manifesta sunt pru
dẽtibus. Infernus et perditio nũq̃ im
plentur: similr et oculi hoim insatiabiles. I.30.c.
Quõ pbatur in cõflatorio argẽtum et Eccli.14.c.
in fornace aurũ: sic probatur homo ore Al + nõ hz.
laudãtis. Cor iniqui + inquirit mala: Cor iniqui
cor aũt rectum inquirit sciẽtiã. Si cõ et c. vsq; sci
tuderis stultum in pila quasi ptisanas entiam.
feriente desuper pilo: nõ auferetur ab D
eo stultitia eius. Diligẽter agnosce vul p archi. de
tum pecoris tui: tuosq; greges cõsi penis.c.
dera. Non enim habebis iugiter pote-
statẽ: sed corona tribuetur tibi in gene
ratione et generationem. Aperta sunt
prata et apparuerũt herbe virentes: et
collecta sunt fena de montibus. Agni
sunt ad vestimentũ tuũ: et hedi ad agri
precium. Sufficiat tibi lac caprarum
in cibos tuos: et in necessaria dom' tue
et ad victum ancillis tuis.

¶ C. S. De securitate iusti: de lõgauia ducis: de fenore liberali: de oratione execrabili: de ruina deceptionis: de regno impio: de cõfessione: de timore domini: de malo principe: de odiẽte auaritiam: de ocio: de accipiente psonas: de corripiẽte: de illo qui subtrahit patri vel matri: de dante pauperi: de persecutione antichristi. Capi.xxviii.


Ugit impius nemine pse-
quẽte: iustus aũt quasi leo A
cõfidẽs absq; terrore erit.
Propter pctã terre multi
principes eius: et propter
hois sapiẽtiã et hoȝ scien-
tiam q dicũtur vita ducis lõgior erit.
Uir paup calũniãs pauperes: similis
est imbri vehemẽti i quo parat' fames.
Qui derelinquũt legẽ laudãt impiũ: q
custodiũt succẽduntur contra eũ. Uiri
mali nõ cogitãt iudicium: qui aũt inq
runt dominũ animaduertunt omnia. I.9.a.
Melior est pauper ambulãs in simpli B
citate sua: qȝ diues i prauis itinerib'.
Qui custodit legẽ filius sapiẽs est: qui
aũt comessatores pascit confundit pa
trem suũ. Qui coaceruat diuitias vsu-
ris: et fenore liberali: in + pauperes cõ + I. cõtra
gregat eas. Qui declinat aures suas ne 22.q.7.ca.
audiat legẽ oratio ei' erit execrabilis. quẽadmo-
Qui decipit iustos in via mala in inte- dum.

situ suo corruet: et simplices possidebũt bona eius. Sapiens sibi videt vir
diues: pauper autẽ prudens scrutabit
E eũ. In exultatione iustorũ multa glia
est: regnãtib⁹ impijs ruine hoim. Qui
De pe. di. i. abscõdit scelera sua nõ dirigetur: q̃ autẽ
§. agite. in confessus fuerit ꝛ reliquerit ea: miam
gl. qui cle. cõsequetur. Beatus hõ qui semper est
vel vo. c. pauidus: q̃ vero mẽtis est dure corruet
b. in glo. in malũ. Leo rugiẽs ꝛ vrsus esuriens:
princeps impius super pplm pauperẽ.
Dux indigens prudẽtia: multos opprimet per calũniã: qui aũt odit auaritiã
longi fient dies eius. Hominẽ q̃ calũ
c. 10. c. niatur anime sanguinẽ: si vsqz ad lacũ
c. 12. d. fugerit nemo sustinet. Qui ãbulat simpliciter saluus erit: qui puersis gradi
tur vijs concidet semel. Qui operatur
terram suã satiabitur panibus: q̃ aũt
sectatur ociũ replebitur egestate. Vir
fidelis multũ laudabitur: qui aũt festi
D nat ditari nõ erit innocẽs. Qui cogno
scit in iudicio faciẽ non bene facit iste:
ꝛ p bucella panis deserit veritatẽ. Vir
qui festinat ditari ꝛ alijs inuidet igno
rat q̃ egestas superueniet ei. Qui corri
pit hoiẽ gratiã postea inueniet apud
eum: magis q̃ ille qui per lingue blan
dimenta decipit. Qui subtrahit aliqd
a patre suo ꝛ a matre: ꝛ dicit hoc non
esse pctm̃ particeps homicide est. Qui
se iactat et dilatat iurgia cõcitat: qui
vero sperat in dño saluabitur. Qui cõ
fidit in corde suo stultus est: qui autẽ
Als + iste. graditur sapiẽter ÷ ipse + laudabitur.
Alis + sal Qui dat paupi nõ indigebit: q̃ despi
uabitur. cit deprecantẽ sustinebit penuriã. Cũ
surrexerint impij abscõdentur hoies:
cũ illi perierint multiplicabunt iusti.
¶ C. S. De incorrigibili: de pncipatu
impij: de rege iusto: de homie ficto: de
loquela iusti: de rege qui iudicat: de
virga et eruditione filij: de effectu pro
phetie: de puero delicato: de verboso:
de iracundo: de currente cum fure: de
timente hominem: de sese abominan
tibus iusto et impio. Capi. xxix.



B Iro qui corripientem dura
ceruice contẽnit repẽtin⁹
ei superueniet interitus: ꝛ
eũ sanitas nõ sequetur. In
multiplicatione iustoꝝ le
tabitur vulgus: cũ impij sum
pserint pncipatũ gemet ppls. Vir qui
amat sapiẽtiã letificat patrẽ suũ: qui
Als + scor aũt nutrit scortũ + perdet substãtiam.
tam. Rex iustus erigit terrã: vir auarus de
struet eã. Homo q̃ blãdis fictisqz sermo
nibus loquitur amico suo: rete expan Luce. 15.
dit gressib⁹ suis. Peccantẽ virũ iniquũ
inuoluet laqueus: ꝛ iustus letabit atqz
gaudebit. Nouit iustus causam paupe
rum: impius ignorat sciẽtiam. Hoies
pestilentes dissipãt ciuitatẽ: sapiẽtes B
vero auertunt furorẽ. Vir sapiẽs si cũ
stulto contenderit: siue irascat: siue ri
deat nõ inueniet requiẽ. Viri sanguinũ
oderunt simplicẽ: iusti ÷ autẽ querunt Als ÷ iniu
animã eius. Totũ spiritũ suũ profert sti.
stultus: sapiẽs differt ꝛ reseruat in po
sterũ. Princeps qui libẽter audit vba
mẽdacij: oẽs ministros habet impios.
Pauper ꝛ creditor obuiauerunt sibi:
vtriusqz illuminator est dñs. Rex q̃ iu
dicat in veritate pauperes: thron⁹ ei⁹
in eternũ firmabitur. Virga atqz corre C
ctio tribuit sapiẽtiã: puer aũt q̃ dimit
titur volũtati sue cõfundit matrẽ suã.
In multiplicatiõe impioꝝ multiplica
buntur scelera ꝛ iusti ruinas eoꝝ vide
bũt. Erudi filiũ tuũ ꝛ refrigerabit te:
et dabit delitias aie tue. Cũ prophetia
defecerit dissipabit ppls: q̃ vo custo
dit legẽ beatus est. Seruus verbis nõ
põt erudiri: qꝛ qd dicis intelligit ꝛ rñ
dere contẽnit. Vidisti hoiem velocẽ ad
loquẽdũ stultitia magis sperãda est q̃ Als + cor
illius correctio +. Qui delicate a pue reptio.
ritia nutrit seruũ suũ: postea illũ sen
tiet cõtumacẽ. Vir iracũdus pnocat ri D
xas: ꝛ qui ad indignãdũ facilis est erit Job. 22. b.
ad peccata pclinior. Superbũ sequit
humilitas: ꝛ humilẽ spũ suscipiet glo
ria. Qui cũ fure participat odit aiam
suã: adiurantẽ audit ꝛ nõ indicat. Qui
timet hominẽ cito corruet: qui sperat
in dño subleuabitur. Multi requirũt
faciẽ pncipis: ꝛ iudicium dño egredit
singuloꝝ. Abominantur iusti virũ im
pium: ꝛ abominãtur impij eos qui in
via recta sunt. Verbum ÷ custodiens fi Als + non
lius: extra perditionem erit. hz verbum
¶ C. S. De christi ascẽsione: de descẽsu vsqz erit.
eius ad iudiciũ: de sermõe dñi ignito:
de amouendis paupertate et diuitijs:
de quatuor generibus hoim ꝛ filiabus
sanguisuge: de tribus insaturabilib⁹
et quarto qd nũq̃ dicit sufficit: de ocu
lo effodiẽdo: de tribus difficilib⁹ ꝛ q̃r
to qd penitus ignorat: de trib⁹ mouẽ
tibus terrã ꝛ quarto qd penit⁹ nõ põt
sustinere: de quatuor minimis sup ter
ram: de tribus bene gradiẽtibus ꝛ q̃r
to feliciter incedente. Capi. xxx.

A 
Erba congregantis filij vo
mētis. Uisio quā locutus
est vir cū quo est deus: et q̄
deo secū morāte cōfortat⁹
ait. Stultissimus sum vi-
rorum: et sapientia homi-
nū nō est mecū. Nō didici sapientiā: et
noui sciētiā sctōꝝ. Quis ascēdit i celū
atq̄ descēdit? Quis ꝯtinuit spm̄ in ma
nibus suis? Quis colligauit aquas q̄si
ps̄.18. in vestimēto? Quis suscitauit oēs ter-
Apo. vlt. d minos terre? Qđ nomē est ei⁹: et qđ no
mē filij ei⁹ si nosti? Ois sermo dei igni
tus: clipeus est oib⁹ sperātib⁹ in se. Ne
addas q̄cq̄ verbis illi⁹: et arguaris inue
niarisq̄ mēdax. Duo rogaui te: ne dene
4.q.2.§. ges mihi anteq̄ moriar. Uanitatē et ver
item. ba mēdacij lōge fac a me. Mēdicitatē
B et diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̄
victui meo necessaria: ne forte satiat⁹
illiciar ad negādū et dicā. Quis ē dñs:
aut egestate ꝯpulsus furer: et piurē no
men dei mei. Ne accuses seruū ad dñm
suū: ne forte maledicat tibi et corruas.
Gnātio q̄ pri suo maledicit: et q̄ matri
sue nō bñdicit. Gnātio q̄ sibi mūda vi
det: et tñ nō est lota a sordib⁹ suis. Ge-
neratio cui⁹ excelsi sunt oculi: et palpe
bre ei⁹ in alta surrecte. Gnātio q̄ p dē
tib⁹ gladios hȝ: et cōmādit molaribus
suis vt comedat inopes de terra: et pau
C peres ex hoib⁹. Sāguisuge due sunt fi
I.17.a. lie dicētes: affer affer. Tria sunt insatu
rabilia: et quartū qđ nunq̄ dicit suf-
ficit. Infernus et os vulue: et terra q̄ nō
satiat̄ aqua: ignis vero nūq̄ dicit suffi
Al's+ effo- cit. Oculū q̄ subsannat patrē: et q̄ despi
diant. cit partū matris sue suffodiant+ eum
12.q.1.c. corui de torrentibus: et comedāt eū fi
De psum.c. lie aquile. Tria sunt difficilia mihi: et
et studijs.i quartū penitus ignoro. Uiā aquile in
glos. celo: viā colubri super petrā: viam na
De cōse.di. uis in medio mari: et viam viri i adole
4.c.q̄rēs. scētia+. Talis est et via mulieris adul
al's+ adole tere: que comedit et tergēs os suum di
scentula. cit. Non sum operata malum. Per tria
mouetur terra: et quartum non potest
sustinere. Per seruum cum regnauerit:
per stultum cū saturatus fuerit cibo:
et per odiosam mulierem cū in matri-
monio fuerit assumpta: et per ancillā
I.6.a. cū fuerit heres dñe sue. Quatuor sunt
minima terre: et ipsa sunt sapiētiora
D sapiētibus. Formice pplȝ infirmus: q̄
6.q.8. p̄parat in messe cibū suū. Lepuscul⁹
plebs inualida: q̄ collocat in petra cu-
bile suū. Regē locusta nō hȝ: et egredit̄

vniuersa per turmas suas. Stellio+ al's+ stellio
manib⁹ nitit̄: et morat̄ i edib⁹ regis+. al's+ nō hȝ
Tria sunt q̄ bene gradiūtur: et quartū regis.
qđ incedit feliciter. Leo fortissim⁹ be-
stiarū: ad nullius pauebit occursum.
Gall⁹ succinct⁹ lūbos suos et aries: nec
est rex qui resistat ei. Et q̄ stultus appa Di.4.c. de
ruerit postq̄ eleuat⁹ est in sublime: si niq̄.
eñ intellexisset: ori suo iposuisset ma- De pe. di.1.
nū. Qui aūt fortiter p̄mit vbera ad eli c. serpens.
ciendū lac: exprimit butyꝝ: et qui vehe in fi.
menter emūgit+ elicit sanguinē: et qui Al's+ emū
prouocat iras: producit discordias. gitur.
¶ C. S. De regib⁹ ne sint dediti mulie
ribus et vino vt iuste iudicēt: de mulie-
re forti: de sancta ecclesia. Caplm. xxxi.
Erba lamuelis regis. Ui- A
sio qua erudiuit eū mater
sua. Quid dilecte mi? quid
dilecte vteri mei? qđ dile-
cte votoꝝ meoꝝ? Ne dede-
ris mulierib⁹ substātiam
tuā: et diuitias tuas ad delēdos reges.
Noli regib⁹ o lamuel noli regib⁹ dare
vinū: quia nullum secretum est vbi re-
gnat ebrietas. Ne forte bibant et obli-
uiscātur iudiciorum: et mutent causam
filiorū pauperis. Date siceram meren-
tibus: et vinum his q̄ amaro sunt ani-
mo. Bibāt et obliuiscant̄ egestatis sue:
et dolores non recordentur amplius.
Aperi os tuū muto: et causis omniū fi-
liorū qui pertranseunt. Aperi os tuū: B
decerne quod iustum est: et vindica in-
opem et pauperem. Aleph. Mulierem
fortē quis inueniet? Procul et de vlti-
mis finibus precium eius. Beth. Con-
fidit in ea cor viri sui: et spolijs non
indigebit. Gimel. Reddet ei bonum et
non malum: omnibus diebus vite sue.
Deleth. Quesiuit lanam et linū: et ope
rata est consilio manuū suarū. He. Fa-
cta est quasi nauis institoris: de longe
portās panem suū. Uau. De nocte sur-
rexit: deditq̄ predā domesticis suis: et
cibaria ancillis suis. Zai. Considera-
uit agrū et emit eū: de fructu manuum
suarū plantauit vineā. Heth. Accinxit C
fortitudie lūbos suos: et roborauit bra
chium suū. Teth. Gustauit et vidit q̄m
bona est negociatio eius: nō extinguet̄
in nocte lucerna ei⁹. Ioth. Manū suā
misit ad fortia: et digiti ei⁹ apprehēde
runt fusum. Caph. Manū suā aperuit
inopi: et palmas suas extēdit ad paupe al's+ timet̄
rē. Lamech. Nō timebit+ domui sue a al's+ frigo
frigorib⁹+ niuis: oēs eñ domestici ei⁹ re nimio

vestiti sunt duplicib⁹. Mem. Stragu-
latã vestẽ fecit sibi byssus: ⁊ purpura in-
dumẽtũ ei⁹. Nun. Nobilis ĩ portis vir
ei⁹: qñ sederit cũ senatorib⁹ terre. Sa-
D mech. Syndonẽ fecit ⁊ vẽdidit: ⁊ cin-
gulũ tradidit chananeo. Ain. Fortitudo
et decor indumẽtũ ei⁹: ⁊ ridebit in die
nouissimo. Phe. Os suũ aperuit sapie: et
lex clemẽtie ĩ lingua ei⁹. Sadik. Cõsi-
derauit semitas dom⁹ sue: ⁊ panẽ ocio-
sa nõ comedit. Coph. Surrexerũt filij
ei⁹ ⁊ beatissimã pdicauerũt: vir ei⁹ ⁊ lau-
dauit eã. Res. Multe filie ɔgregauerũt
diuitias: tu supergressa es vniuersas.
Sin. Fallax grã ⁊ vana est pulchritu-
do: mulier timẽs dñm ipsa laudabit̃.
Thau. Date ei de fructu manuũ suarũ:
al's ✝ sua. et laudẽt eam in portis opera ✝ eius.

¶ Expliciunt prouerbia salomonis.

¶ Incipit prologus sancti hiero-
nymi in librum ecclesiasten.



Emini me hec ferme quin-
quẽnio cũ adhuc rome es-
sem: ⁊ ecclesiasten sctẽ blesil-
le legerẽ: vt eã ad cõtẽptũ
mũdi hui⁹ puocarẽ: ⁊ omẽ
qđ in mũdo cerneret: puta-
ret esse p nihilo: rogat⁹ ab ea vt in mo-
rẽ ɔmẽtarioli obscura queq; dissererẽ: vt
absq; me posset intelligere q̃ legebat.
Itaq; qm̃ in procinctu nr̃i opis subita
morte subtracta est: ⁊ nõ meruim⁹
o paula ⁊ eustochiũ talẽ vite nr̃e habe-
re ɔsortẽ: tãto vulnere tũc pcussus ob-
mutui: ⁊ nũc ĩ bethleẽ posit⁹: augustio-
re vz ciuitate: ⁊ illius memorie ⁊ vo-
bis reddo qđ debeo. Hoc breuiter ad-
monẽs: q nulli⁹ autoritatẽ secut⁹ sũz:
al' ✝ magis sed de hebreo trãsferens maxime ✝ se-
ptuaginta interpretũ cõsuetudini me
coaptaui: in his dũtaxat q̃ nõ multum
ab hebraicis discrepabant. Interdum
aquile quoq; ⁊ symmachi ⁊ theodotio-
nis recordat⁹ sum: vt nec nouitate ni-
mia lectoris studiũ deterrerẽ: nec rur-
sum ɔtra ɔsciẽtiã meã fonte veritatis
omisso opinionũ riuulos consectarer.
¶ Explicit plogus sancti hieronymi.

¶ Incipit liber ecclesiastes: qui
ab hebreis coeleth vocatur.

¶ C. S. De vanitate seculi: de curiosis
disputationibus: ⁊ in appetitu multa-
rum literarum ostendit esse vanitatem
et afflictionem spiritus. Capitulũ. j.



Erba ecclesiastes fi- A
lij dauid regis hierl'm. Va-
nitas vanitatũ dixit eccl'ia- j.12.c.
stes: vanitas vanitatum: et De pe. dist.
oia vanitas. Quid habet 2. ca. finali.
amplius homo de vniuerso labore suo 14. q. 2. c. in
quo laborat sub sole? Generatio prete- ecclesiastico.
rit et generatio aduenit: terra autem j.3.b.
in eternum stat. Oritur sol ⁊ occidit: ⁊ B
ad locum suum reuertitur: ibiq; rena-
scens gyrat per meridiem et flectit̃ ad
aquilonem. Lustrãs vniuersa in circui-
tu pergit spirit⁹: ⁊ in circulos suos re-
uertitur. Oĩa flumina intrant in mare
et mare non redundat. Ad locũ vnde
exeunt flumina reuertuntur: vt iterum
fluant. Cuncte res difficiles: non po- Puer. 27. c.
test eas homo explicare sermone. Non Eccli. 4. c.
saturatur oculus visu: nec auris audi- De pe. di. 4.
tu impletur. Quid est quod fuit? Ipm c. in domo.
quod futurum est. Quid est quod fa- C
ctum est? Ipsum quod faciendum est.
Nihil sub sole nouum: nec valet quisq;
dicere: ecce hoc recens est. Iam em̃ pre-
cessit in seculis que fuerunt ante nos.
Non est priorũ memoria: sed nec eorũ
quidẽ que postea futura sunt erit recor-
datio apud eos q̃ futuri sunt in nouis-
simo. Ego ecclesiastes ✝ fui rex israel in Al's ✝ qui.
hierusalem: et proposui in animo meo 37. dis. §. si
querere ⁊ inuestigare sapiẽter de oib⁹ econtra.
que fiũt sub sole. Hanc occupationem
pessimam dedit deus filijs hominum:
vt occuparentur in ea. Vidi que fiunt
cuncta sub sole: et ecce vniuersa vani-
tas et afflictio spiritus. Peruersi diffi- D
cile corrigũtur: ⁊ stultorum infinitus
est numerus. Locutus sum ĩ corde meo
dicẽs. Ecce magnus effect⁹ sum et pre-
cessi oẽs sapientia qui fuerũt ante me
in hierl'm: et mens mea cõtemplata est
multa sapiẽter ⁊ didici: dediq; cor meũ
vt scirẽ prudẽtiã atq; doctrinam erro-
resq; et stultitiã. Et agnoui q ĩ his q̃z
esset labor ⁊ afflictio spũs: eo q ĩ mul-
ta sapientia multa sit indignatio: et q̃
addit scientiam addit et laborem.

¶ C. S. Quod in affluentia delitiarũ
in superuacuis edificijs et diuitijs sit
vanitas. Capitulum. ij.



Ixi ergo ✝ in corde meo. Va- A
dam ⁊ affluã delitijs ⁊ fruar Al's ✝ ego.
bonis. Et vidi q hoc q̃z esset De pe. di. 2.
vanitas. Risum reputaui er- c. intãtum.
rorem: et gaudio dixi. Quid
frustra deciperis. Cogitaui in corde

meo abstrahere a vino carnē meam: vt
animū meū trāsferrē ad sapiētiā: deui
tarēq; stultitiā donec viderez qd esset
vtile filijs hoīz: q̄ facto op⁹ est sub sole
numero dierū vite sue. Magnificaui
opa mea. Edificaui mihi domos ꝛ plā
taui vineas: feci hortos et pomeria: et
cōseui ea cūcti gn̄is arborib⁹: ꝛ extru-
xi mihi piscinas aquarū: vt irrigarem
siluā lignorū germinātiū. Possedi ser
uos ꝛ ācillas: multāq; familiā habui:
armēta quoq; et magnos ouiū greges
vltra oēs q̄ fuerūt ante me in hierlm.
Coaceruaui mihi argētū ꝛ aurū: ꝛ sub
B stātias regū ꝛ puinciarū. Feci mihi cā
Als + cāta tores. tores + et cantatrices ꝛ delitias filioꝝ
hoīm: cyphos ꝛ vrceolos + i ministerio
Als + vrceos. ad vina fundēda: ꝛ supgressus sūz opi
bus oēs q̄ ante me fuerunt in hierlm.
Sapientia quoq; pseuerauit mecū: et
oīa q̄ desiderauerūt oculi mei nō nega
ui eis: nec phibui cor meū q̄n oī volu-
ptate frueret: et oblectaret se in his q̄
pparauerā. Et hāc ratus sum partem
meā: si vterer labore meo. Cūq; me con
uertissem ad vniuersa opera q̄ fecerāt
man⁹ mee: et ad labores in q̄b⁹ frustra
sudauerā: vidi in oīb⁹ vanitatē ꝛ affli
ctionē animi: ꝛ nihil pmanere sub so-
le. Trāsiui ad ɔtēplādā sapiētiā: erro
C De ɔse. dis. resq; ꝛ stultitiā. Quid est inquā homo
4. c. q acce vt sequi possit regē factorē suū? Et vi
pisti. di q2 tm̄ pcederet sapiētia stultitiam:
De sacra. q̄tū differt lux a tenebris. Sapientis
vnc. c. vnic oculi in capite ei⁹: stultus in tenebris
co. ambulat. Et didici q vnus vtriusq; +
als + vtrius esset interitus: ꝛ dixi in corde meo. Si
q; vnus ꝛ stulti ꝛ me⁹ occasus erit: quid
mihi prodest q maiorē sapientie dedi
operā. Locutusq; cum mēte mea: aiad-
uerti q hoc quoq; esset vanitas. Non
em̄ erit memoria sapiētis siclr vt stulti
inperpetuū: ꝛ futura tēpora obliuiōe
cūcta pariter operiēt. Morit doctus
siclr vt indoct⁹: ꝛ idcirco teduit me vi-
te mee videtē mala vniuersa esse sub so
le: ꝛ cūcta vanitatē ꝛ afflictionē spūs.
Rursus detestatus sum oēm industriā
meā q̄ sub sole studiosissime laboraui:
habitur⁹ heredē post me quem ignoro
vtrū sapiēs an stult⁹ futur⁹ sit: ꝛ dña-
bit in laborib⁹ meis q̄b⁹ desudaui et
D sollicitus fui. Et est q̄cq̄ tā vanū? Ūn
cessaui renūciauitq; cor meū vltra la-
borare sub sole. Nā cū alius laboret in
sapientia et doctrina ꝛ sollicitudine:
homini ocioso q̄sita dimittit. Et hoc

quoq; vanitas ꝛ magnū malum. Quid
em̄ pderit hoi de vniuerso labore suo
et afflictiōe spūs: pro qua sub sole cru
ciatus est? Cūcti dies ei⁹ doloribus et
erumnis pleni sunt: nec p noctē mente
requiescit. Et hoc nonne vanitas est?
None melius est comedere et bibere: et
ostendere anime sue bona de laborib⁹
suis? Et hoc de manu dei est. Quis ita
deuorabit ꝛ delitijs affluet vt ego. Ho- I.5.d.
mini bono in cōspectu suo dedit deus
sapientiā ꝛ scientiam et letitiā: pecca
tori aūt dedit afflictionem et curā su-
perfluā: vt addat et cōgreget ꝛ tradat
ei qui placuit deo. Sed et hoc vanitas
est: et cassa sollicitudo mentis.

¶ C. S. Quod omnia tempus habent
et suis vicib⁹ trāseunt: ꝛ q vnus inte-
ritus est hominis et iumentorum.

Capitulum. iij.

OMnia tp̄s habent: et suis A
spacijs trāseunt vniuersa
sub celo. Tēpus nascendi:
et tēpus moriendi. Tēpus
plātandi: et tēpus euellen
di qđ plantatū est. Tēpus
occidendi: et tēpus sanandi. Tempus
destruendi: et tempus edificādi. Tem-
pus flendi: et tempus ridendi. Tem-
pus plangēdi: et tempus saltandi. Tē
pus spargēdi lapides: ꝛ tempus collī-
gēdi. Tempus amplexandi: ꝛ tempus
longe fieri ab amplexibus +. Tempus Als + a cō-
acquirendi: et tempus perdendi. Tem plexibus.
pus custodiendi: ꝛ tempus abijciendi. 36. dis. c. ce
Tempus scindēdi: et tempus consuen ce.
di. Tempus tacēdi: et tempus loquen B
di. Tempus dilectiōis: ꝛ tempus odij. S.i.a.
Tempus belli: ꝛ tempus pacis. Quid
habet amplius homo de labore suo?
Uidi afflictionem quam dedit deus fi
lijs hoim: vt distendātur in ea. Cuncta
fecit bona in tempore suo: et mundum
tradidit disputatiōi eorum: vt nō in-
ueniat homo opus quod operatus est
deus ab initio vsq; ad finem. Et cogno
ui quod nō esset melius nisi letari: ꝛ fa
cere bene in vita sua. Omnis enim ho- I. eodem
mo qui comedit et bibit: ꝛ videt bonū C
de labore suo: hoc donū dei est. Didici
q oīa opera que fecit de⁹ perseuerent
in perpetuum. Nō possumus eis quic-
q̄ addere nec auferre que fecit deus vt
timeatur. Qđ factū est ipm permanet.
Et q̄ futura sunt iam fuerūt: et de⁹ in-
staurat qđ abijt. Uidi sub sole in loco
iudicij impietatē: ꝛ i loco iustitie ini-

quitatē: τ dixi in corde meo. Iustū τ im
piū iudicabit dñs: et tp̄s oīs rei tūc
erit. Dixi ī corde meo de filijs hoīm vt
pbaret eos de⁹: τ ostēderet similes esse
bestijs. Idcirco vnus īterit⁹ est hoīs et
D iumētorū: τ eq̄ vtriusq̧ ꝯditio. Sicut
12.q.2.l. ec- moritur homo: sic et illa moriūtur. Silr
clesiastico. spirāt oīa: τ nihil habet homo iumen-
to amplius. Cūcta subiacēt vanitati:
et oīa pgūt ad vnū locū. De terra facta
al's ✝ reuer sunt τ in terrā pariter reuertuntur ✝.
tentur. Quis nouit si spirit⁹ filiorū adā ascē
2. eodem. dat sursum: τ si spiritus iumētorū de-
scendat deorsum? Et dephendi nihil
esse melius q̄ letari hoīem in ope suo:
et hanc esse partē illius. Quis eñ eum
adducet: vt post se futura cognoscat?
¶ C. S. Cōsiderās calūniā pauperū:
maloꝝ insidias: stultoꝝ ocia: laborē et
ꝯgregationē ei⁹ q̄ solus est: ī eo īuenit
vanitatē τ afflictionē: de societate et
funiculo triplici: de rege stulto: de pue
ro paupere τ sapiēte: de scd̄o adolescē
te: scʒ antichristo: de obediētia. C. iiii.

A 

Erti me ad alia τ vidi calū
nias q̄ sub sole gerunt: τ la
chrimas innocētiū τ nemi
nē ꝯsolatorē: nec posse resi
stere eoꝝ violētie: cūctorū
auxilio destitutos. Et lau-
daui magis mortuos q̄ viuētes: τ feli
ciorē vtroq̧ iudicaui q̄ necdū nat⁹ est:
nec vidit mala q̄ sub sole fiūt. Rursum
cōtēplat⁹ sum oēs labores hoīm: τ in-
dustrias aīaduerti patere inuidie pxi
B mi. Et in hoc ergo vanitas: τ cura sup-
flua est. Stult⁹ cōplicat manus suas:
et comedit carnes suas dicēs. Melior
est pugillus cū requie q̄ plena vtraq̧
manus cū labore et afflictione animi.
7.q.1.c. fa- Cōsiderās repperi τ aliā vanitatē sub
ctus. sole. Unus est τ scd̄m nō hʒ: nō filium:
nō fratrem: τ tñ laborare nō cessat: nec
saciant oculi eius diuitijs: nec recogi-
C tat dicens. Cui laboro: τ fraudo aīam
meam bonis? In hoc quoq̧ vanitas est
et afflictio pessima. Melius est ergo
duos esse simul q̄ vnū: habent eñ emo
lumentum societatis sue. Si vnus ce-
Dist. 81. ca. ciderit ab altero fulciet. Ue soli: q2 cū
in omnib⁹. ceciderit nō habet subleuantē se. Et si
7.q.1. illud dormierit duo: fouebunt mutuo. Un⁹
De sta. mo. quō calefiet? Et si quispiā preualuerit
c.2. cōtra vnū: duo resistūt ei. Funicul⁹ tri
De treug. plex difficile rumpit. Melior est puer
c.1. pauper τ sapiēs rege sene τ stulto: qui
D nescit preuidere in posterū. Qd̄ de car
cere catenisq̧ interdum quis egrediat 1.reg.15.c
ad regnum: et alius natus in regno in- 8.q.1.cap.
opia consumatur. Uidi cunctos viuen sciendum.
tes qui ambulant sub sole cum adole-
scente secundo: qui consurget pro eo.
Infinitus numerus est populi omnium
qui fuerunt ante eum: et qui postea fu-
turi sunt: non letabūtur in eo. Sed et
hoc vanitas et afflictio spūs. Custodi
pedem tuū ingrediens domum dei: et
appropinqua vt audias. Multo enim
melior est obedientia q̄ stultorū victi-
me: q̄ nesciunt quid faciunt mali.
¶ C. S. De nō loquēdo temere coram
deo: de voto reddendo: de non excusan
do peccato: de non neganda dei proui
dentia: de nō mirāda malorum poten
tia: de auaro non impleto: de saturita-
te diuitis: de filio ipsius. Caplm. v.



E temere q̄d loq̄ris: neq̧ A
cor tuū sit velox ad pferen
dū sermonē corā deo. De⁹
eñ ī celo τ tu sup terrā: id-
circo sint pauci sermones
tui. Multas curas sequun
tur somnia: τ in multis sermonib⁹ inue
nietur stultitia. Si q̄d vouisti deo: ne
moreris reddere. Displicet eñ ei īfide
lis τ stulta pmissio. Sʒ quodcūq̧ voue
ris: redde. Multoq̧ meli⁹ est nō voue Eccli.5.
re: q̄ post votum pmissa nō reddere. B
Ne dederis os tuum vt peccare facias
carnē tuā: neq̧ dicas coram angelo nō
est prouidentia: ne forte iratus dñs cō
tra sermones tuos: dissipet cūcta ope-
ra manuū tuarū. Ubi multa sunt som-
nia: plurime sunt vanitates et sermo-
nes innumeri: Tu vero deum time. Si
videris calūnias egenorū τ violēta iu
dicia: τ subuerti iustitiā in prouincia:
nō mireris sup hoc negocio: q2 excelso
excelsior est alius: τ sup hos q̄ʒ eminen
tiores sunt alij: τ insup vniuerse terre
rex imperat seruiēti. Auarus non imple 1.q.4.c. si
bit pecunia: et q̄ amat diuitias fructū cut hi.
non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. C
Ubi multe sunt opes: multi τ ✝ qui co Al's ✝ non
medūt eas? Et q̄d pdest possessori: nisi habet et.
q̄ cernit diuitias oculis suis? Dulcis
est somnus operāti: siue parū siue mul
tū comedat: saturitas aūt diuitis non
sinit eū dormire. Est τ alia infirmitas
pessima quā vidi sub sole. Diuitie con
seruate in malū dñi sui: pereunt eñ in
afflictiōe pessima. Generauit filium q̄
in summa egestate erit. Sicut egressus Job.10.c.
est nudus de vtero matris sue: sic reuer

tet et nihil auferet secũ de labore suo.
Job.20.d. Miserabilis prorsus infirmitas. Quõ
venit: sic reuertet. Quid ergo prodest
D ei q laborauit in ventũ? Cũctis dieb⁹
vite sue comedit in tenebris: et in curis
E.c.d. multis: et in erũna atq tristitia. Hoc
itaq visum est mihi bonũ: vt comedat
qs et bibat et fruatur letitia ex labore
suo q laborauit ipse sub sole: numero
dierũ vite sue qs dedit eis de⁹: et hec est
pars illi⁹. Et oĩ hoĩ cui dedit de⁹ diui
tias atq substantiã: potestatẽq ei tri
buit vt comedat ex eis et fruatur parte
sua: et letet de labore suo: hoc est donũ
dei. Non em satis recordabit dierũ vi
te sue: eo q de⁹ occupet delitijs cor ei⁹.
¶ Ca. vi. De diuite q nescit vti bonis:
et de eo q sepultura caret q peior est
abortiuo: de differentia stulti et sapiẽ
tis: de aduentu christi in carnem: et de
iudicio. Capitulum. vi.



A st et aliud malum qd vi
di sub sole: et qdẽ frequẽs
apud hoĩes. Uir cui dedit
de⁹ diuitias et substãtiã et
honorẽ: et nihil deest aie sue
ex oib⁹ q desiderat: nec tri
buit ei potestatẽ de⁹ vt comedat ex eo:
B sz hõ extrane⁹ vorabit illud. Hoc vani
tas et miseria magna est. Si genuerit
qspiã centũ liberos et vixerit multos an
nos: et plures dies etatis habuerit: et
aia illi⁹ nõ vtat bonis substãtie sue se
pulturaq careat: de hoc ego pnũcio q
C melior illo sit abortiu⁹. Frustra em ve
nit et pgit ad tenebras: et obliuiõe dele
bit nomẽ ei⁹. Nõ vidit solẽ neq cogno
uit distãtiã boni et mali: etiã si duob⁹
milib⁹ annis vixerit: et nõ fuerit pfrui
tus bonis. Nonne ad vnũ locũ pperãt
oĩa. Oĩs labor hoĩs ĩ ore ei⁹: sz aia ei⁹
als ✝ nõ est bonis. nõ iplebit bonis ✝. Quid hz amplius
sapiẽs a stulto: et qd paup nisi vt per
D gat illuc vbi est vita? Meli⁹ est videre
qd cupias: q desiderare q nescias. Sz
et hoc vanitas est et presumptio spũs.
Quis futurus est: iam vocatũ est nomẽ
ei⁹: et scitur q homo sit: et nõ possit cõ
tra fortiorem se in iudicio contẽdere.
Uerba sunt plurima: multaq ĩ dispu
tando vanitatem habentia.
¶ Ca. vii. De nõ q̃rẽdo maiora et altiora
q statum hominis deceant: de q̃busdã
meliorib⁹ et magis eligendis: de ira vi
tãda: de die mala pcauenda: de nimia
iustitia et sapiẽtia: de nõ attẽdẽdo ad
cũctos sermones: de inuentiõe mulie
ris morte amarioris: q nemo reperit
liber a morte et a peccato preter vnũ:
scz xpm q solus bonus est. Cap. vii.



uid necesse est hoĩ maiora A
se querere: cum ignorat qd
conducat sibi ĩ vita sua nu
mero dierũ peregrinatio
nis sue: et tpe qd velut vm
bra pterit? Aut qs ei pote
rit indicare quid post eum futurũ sub
sole sit? Melius est nomen bonum q puer. 12.a.
vnguenta preciosa: et dies mortis die
natiuitatis. Melius est ire ad domum
luctus: q ad domũ cõuiuij. In illa em
finis cunctorum admonetur hominum:
et viuens homo cogitat quid futurũ
sit. Melior est ira risu: quia p tristitiã
vultus corrigit animus delinquentis.
Cor sapientium vbi tristitia est: et cor B
stultorum vbi letitia. Melius est a sa
piente corripi: q stultorum adulatiõe
decipi: quia sicut sonitus spinarũ ar
dentium sub olla: sic risus stulti. Sed
et hoc vanitas. Calũnia conturbat sa
pientem: et perdet robur cordis eius.
Melior est finis orationis ✝: q princi Als ✝ sbl.
piũ. Melior est patiẽs arrogante. Ne
sis velox ad irascendum: qz ira in sinu
stulti requiescit. Ne dicas: qd putas cau
se est q priora tẽpora meliora fuere q
nũc sunt? Stulta em ẽ huiusmodi in
terrogatio. Utilior est sapiẽtia cũ diui
tijs: et magis pdest vidẽtib⁹ solẽ. Si
cut em ptegit sapiẽtia: sic ptegit pecu
nia. Hoc aũt plus habẽt eruditio et sa
pientia: q vitã tribuũt possessori suo.
Cõsidera opa dei q nemo possit corri
gere: quem ille despexerit. In die bona C
fruere bonis: et malã diẽ pcaue. Sicut
em hãc sic et illã fecit de⁹: vt nõ inueniat
hõ 9 eũ iustas q̃rimonias. Hec qz vidi
in dieb⁹ vanitatis mee. Iustus perit in 2.q.7.§.
iustitia sua: et impius multo viuit tpe in ite obijcit.
malicia sua. Noli esse iustus multum: 23.q.4.c.
neq plus sapias q necesse ẽ. Ne obstu precepta.
pescas: ne impie agas multũ: et noli esse de pe.di.1.
stultus: ne moriaris in tpe nõ tuo. Bo c.serpens.
num est te sustẽtare iustũ: sed et ab illo
ne subtrahas manũ tuã: quia q timet
deum nihil negligit. Sapiẽtia confor
tauit sapientẽ super decẽ principes ci
uitatis. Nõ est em homo iustus in ter
ra q faciat bonũ: et non peccet. Sed et 1.regũ.8.c.
cunctis sermonib⁹ q dicunt ne accom 2.pa.6.g.
modes cor tuũ: ne forte audias seruũ
tuum maledicentem tibi. Scit em cõ
sciẽtia tua: quia et tu crebro maledixi

sti aliis. Cuncta tentaui in sapientia.
Dixi sapiēs efficiar: et ipsa lōgius reces-
D sit a me: multomagis ꝗ̄ erat. Et alta
profunditas quis inueniet eam? Lustra-
ui vniuersa aīo meo: vt scirē et ꝯsidera
rem et quererem sapiētiam et rationē:
et vt cognoscerē impietatē stulti et er-
rorem imprudētiū. Et inueni amario
rē morte mulierē: q̄ laqueus venatorū
est et sagena cor eius. Uincula sunt manꝰ
illiꝰ. Qui placet deo effugiet illā: qui
aūt peccator est capietur ab illa. Ecce
hoc inueni dicit ecclesiastes: vnū et alterū
vt inuenirē rōnem quā adhuc q̄rit aīa
mea et nō inueni. Uirū de mille vnum
repperi: mulierē ex oībus non inueni.
Solūmodo hoc inueni ꝙ fecerit deus
hoīem rectū: et ipse se infinitis miscue
rit questionibꝰ. Quis talis vt sapiens
est? Et quis cognouit solutionem verbi.

¶ C. S. De cognitiōe sapiētis: de ore
regis obseruādo: ꝙ spūs nō pōt pro-
biberi: de dn̄io hominis cōtra malum
suum: de perpetratione peccatorum: ꝙ
multi merita cōtraria recipiūt: ꝙ deꝰ
non statim punit cum homo peccat: ꝙ
querens rationem vniuersorū non in-
uenit. Capitulum. viij.

A
Prouer. 17. D.

Apientia hoīs lucet in vul
tu eiꝰ: et potentissimꝰ faciē
illiꝰ cōmutauit. Ego os re
gis obseruo: et ꝑcepta iura
menti dei. Ne festines rece
dere a facie eiꝰ: neq̄ ꝑma-
neas in ope malo: q2 oē q̄d voluerit
faciet: et sermo illius potestate plenus
est: nec dicere ei q̄sq̄ pōt: quare ita fa-
Job. 9. cies? Qui custodit ꝑceptū nō experiet̄
De pe. dis. q̄cq̄ mali. Tp̄s et rn̄siōnē cor sapiētis
2. c. Omnis. intelligit. Oī negocio tp̄s est et oportu
B nitas et multa hoīs afflictio: q2 igno-
al's ✝ vētu- rat ꝑterita et futura ✝ nullo scire pōt
ra. nūcio ✝. Nō est in hoīs ptāte ꝓhibere
al's ✝ iudi- spm̄: nec hȝ potestatē ī die mortis: nec
cio. sinit̄ q̄escere ingruēte bello: neq̄ salua
al' ✝ initio. bit īpietas ipiū. Oīa hec cōsideraui: et
11. q. 3. c. ne- dedi cor meū in cūctis operibꝰ q̄ fiunt
mo perito- sub sole. Interdum dn̄atur hō homini
rum. in malū suū. Uidi impios sepultos: q̄
al's ✝ adui- etiā cū adhuc viuerēt ✝ in loco sancto
uerent. erāt: et laudabant̄ ī ciuitate q̄̄si iustoꝝ
11. q. 3. ca. operū. Sȝ et hoc vanitas est. Etenī q2
pauper. nō ꝓfertur cito ꝯtra malos sententia:
absq̄ timore vllo filij hoīm ꝑpetrant
C mala. Attamē peccator ex eo ꝙ cēties
facit malū et ꝑ patientiā sustētat̄: ego
cognoui ꝙ erit bonū timētibꝰ deū qui

verent̄ faciē eiꝰ. Nō sit bonū ipsi: nec
ꝓlongent̄ dies eiꝰ: sȝ quasi vmbra trāse-
ant: qui non timet faciem dn̄i. Et est
alia vanitas q̄ fit sup terrā. Sūt iusti
qbꝰ mala ꝓueniūt quasi opera egerint
impiorū: et sunt impij q̄ ita securi sunt q̄̄si
iustoꝝ facta habeāt. Sȝ et hoc vanissi-
mū iudico. Laudaui igit̄ letitiā quod
non esset homini bonū sub sole: nisi ꝙ
comederet et biberet atq̄ gauderet: et
hoc solū secū auferret de labore suo oī
bꝰ diebus vite sue quos dedit ei deꝰ
sub sole. Et apposui cor meū vt scirem D
sapientiā: et intelligerē dissensionē ✝ al' ✝ distin-
que versatur in terra. Est hō qui diebꝰ ctionem.
et noctibus somnum nō capit oculis. al's ✝ affli-
Et itellexi ꝙ oīm operū dei nullā pos ctionem.
sit homo inuenire rōnem eorum que fi
unt sub sole. Et quanto plus laborare
rit ad querendum: tanto minus inue-
niet. Etiam si dixerit sapiens se nosse
non poterit reperire. Oīa hec tracta-
ui in corde meo: vt curiose intelligerē.

¶ Ca. S. De cognitione sapientis: q̄d
nemo scit an amore vel odio sit dignꝰ:
de medicina vite: de instantia operan-
di: ꝙ nullus est bonus a semetipso: ꝙ
nullus homo scit finem suū: de magna
sapientia viri pauperis: qui peccat in
vno perdit multa bona. Capitulū. ix.


Unt iusti atq̄ sapientes: et A
opera eorum in manu dei.
Et tā nescit homo vtrum 1. q. 1. c. Sa-
amore an odio dignus sit: cerdotem.
sed oīa in futurū seruātur
incerta: eo ꝙ vniuersa eue
niāt iusto et impio: bono et malo: mun
do et immūdo: immolāti victimas et sa
crificia contēnenti. Sicut bonus sic et
pctōr: vt piurus et ille ita q̄ verū deie-
rat. Hoc est pessimū inter oīa q̄ sub so
le fiūt: q2 eadē cūctis eueniūt. Unde et
corda filioꝝ hominū implent̄ malicia
et cōtēptu in vita sua: et post hec ad in-
feros deducent̄. Nemo ē q̄ semp viuat:
et q̄ huius rei habeat fiduciā. Melior
est canis viuus leone mortuo. Uiuētes
enī sciūt se esse morituros: mortui vero
nihil nouerūt āplius: nec habent vltra
mercedē: q2 obliuioni tradita est me-
moria eorū. Amor quoq̄ et odiū et inui- B
die simul perierūt: nec habent partem
in hoc seculo: et in opere quod sub sole
geritur. Uade ergo et comede in letitia
panem tuum: et bibe cū gaudio vinū
tuum: q2 deo placent opera tua. Omni
tempore sint vestimēta tua candida: et

oleum de capite tuo nõ deficiat. Perfruere vita cũ vxore quã diligis cũctis diebꝰ vite instabilitatis tue: q̃ dati sunt tibi sub sole oĩ tpe vanitatis tue. Hec est em̃ pars ĩ vita ⁊ ĩ labore tuo: q̃ laboras sub sole.
C
Q̃dcũq; facere põt manꝰ tua instanter opare: q: nec opꝰ: nec rõ: nec sapiẽtia: nec sciẽtia erũt apud inferos q̃ tu pperas. Verti me ad aliud ✠ et vidi q̃ sub sole: nec velociũ eẽ cursũ: nec fortiũ bellũ: nec sapiẽtiũ panẽ: nec doctoꝝ diuitias: nec artificũ grãm: sꝫ tps casumq; in oĩbꝰ. Nescit homo finẽ suũ: sꝫ sicut pisces capiuntur hamo et aues laqo ꝓprehendunt: sic capiuntur hoies ĩ tpe malo cũ eis extẽplo superuenerit. Hãc q̃z sub sole vidi sapiẽtiã et ꝓbaui maximã. Ciuitas parua ⁊ pauci ĩ ea viri. Venit ꝯ eã rex magnꝰ: ⁊ vallauit eã: extruxitq; munitiões ꝑ gyrũ: et pfecta est obsidio. Inuẽtusq; est ĩ ea vir pauper ⁊ sapiẽs: ⁊ liberauit vrbem per sapiẽtiã suã: ⁊ nullus deinceps recordatus est hoĩs illiꝰ pauperis. Et dicebã ego meliorẽ esse sapiẽtiã fortitudine. Quõ ergo sapiẽtia pauperis cõtempta est: ⁊ verba eiꝰ nõ sunt audita? Verba sapientiũ audiunt in silentio: plus q̃ clamor pncipis inter stultos. Melior ẽ sapiẽtia q̃ arma bellica: ⁊ q̃ in vno peccauerit multa bona perdet.

Al's ✠ alia.

Sapi. 6. a.

¶ C. X. De muscis morientibus: de corde sapientis ⁊ stulti: de resistendo temptationibus: de exaltatione stulti et serui: de comparatione detractionis ad morsum serpentis: de verbis stulti: de rege puero: ꝺ rege nobili: quod pigritia destruit bona: quod pecunie obediunt omnia: et quod dijs non est detrahendum.

Capitulum. x.

A



Usce morientes pdũt suauitatẽ vnguẽti. Preciosior est auro sapiẽtia: paruaq; gl'ia ad tps stultitia. Cor sapiẽtis ĩ dextera eius: et cor stulti in sinistra illius. Sꝫ et ĩ via stultus ambulãs: cũ ipse insipiẽs sit: omnes stultos existimat. Si spũs potestatẽ habẽtis ascenderit super te: locũ tuũ ne dimiseris: q: curatio faciet cessare pctã maxima. Est ⁊ malum qd̃ vidi sub sole: q̃si p errorẽ egrediẽs
B
a facie pncipis. Positũ stultũ in dignitate sublimi: ⁊ diuites sedere deorsũ. Vidi seruos in equis ⁊ pncipes ambulãtes super terrã quasi seruos. Qui fodit foueam incidet in eam: ⁊ qui dissipat sepem mordebit eũ coluber. Qui trãsfert lapides affligetur in eis: ⁊ qui scindit ligna vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum: et hoc non vt prius sed hebetatum fuerit: multo labore exacuetur: et post industriam sequetur sapientia.
C
Si mordeat serpẽs in silẽtio: nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gr'a: ⁊ labia insipientis precipitabunt eum. Initiũ verborũ eius stultitia: et nouissimũ oris illius error pessimꝰ. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: et quid post se futurũ est: quis ei poterit indicare.
D
Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in vrbem pergere. Ve tibi terra cuius rex puer est: ⁊ cuius pncipes mane comedũt. Beata terra cuiꝰ rex nobilis est: et cuius principes vescũtur in tempore suo ad reficiendum ⁊ nõ ad luxuriã. In pigritijs humiliabit contignatio: et in infirmitate manuũ pstillabit domus. In risu ✠ faciũt panem ⁊ vinũ: vt epulentur bibẽtes. Et pecunie obediũt oĩa. In cogitatiõe tua regi ne detrahas: ⁊ ĩ secreto cubiculi tui nõ maledixeris diuiti: q: et aues celi ✠ portabũt vocem tuam: et qui habent ✠ pennas annunciabunt ✠ sententiam.

Prouer. 26. b.

Eccl. 27. d.

al's ✠ ad ridendum.

al's ✠ auis celi portabit

al's ✠ habet.

al's ✠ annũciabit.

¶ Ca. Xi. De doctrina seminanda: de imutabilitate iudicij: docet etiã bene facere a iuuẽtute: q: ꝓ oĩbꝰ ad iudiciũ duci: de auferenda ira a corde.

Capitulum. xi.

A



Itte panẽ tuũ sup trãseũtes aquas: q: post tpa multa inuenies illum. Da partes ✠ septẽ necnõ ⁊ octo: q: ignoras quid futurũ sit mali sup terrã.
B
Si repletę fuerint nubes imbrem: super terram effundent. Si ceciderit lignũ ad austrũ: aut ad aquilonem in quocunq; loco ceciderit: ibi erit. Qui obseruat ventũ non seminat: et qui cõsiderat nubes nunq̃ metet. Quomodo ignoras que sit via spũs: ⁊ qua rõne cõpingant ossa in ventre pgnãtis: sic nescis opa dei q̃ fabricator est oim.
C
Mane semina semẽ tuũ: ⁊ vespere ne cesset manus tua: q: nescis quid magis oriatur: hoc aut illud: ⁊ si vtrũq; simul melius erit. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solẽ. Si annis multis vixerit homo: et in his oibus letus fuerit: meminisse debet tenebrosi tẽporis et dierum multorum ✠: qui cum vene-
D

al's ✠ partẽ

Dis. u. c. ecclesiasticorum.

al's ✠ nõ hꝫ multorũ.

rint vanitatis arguent̃ p̃terita. Letare
ergo iuuenis in adolescẽtia tua: ⁊ i bo
no sit cor tuũ in dieb⁹ iuuẽtutis tue: et
ambula in vijs cordis tui ⁊ in intuitu
oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ scito q̃d ꝓ oib⁹ his addu
cet te de⁹ in iudiciũ. Aufer irã a corde
tuo: ⁊ amoue maliciã a carne tua. Ado
lescentia enim et voluptas vane sunt.
¶ C. S. De memoria creatoris in iuuẽ
tute: qualr rõ ⁊ sensus et oia bona mu
tant̃: loquẽs sub diuersis silitudinib⁹
ↄcludit ꝙ hõ fact⁹ est vt seruiat deo: et
ideo ꝓ oi errato ducet̃ in iudiciũ hõ:
A sine bonum siue malum sit. Capitulum .xij.
M Emẽto creatoris tui i die
bus iuuentutis tue anteꝗ̃
veniat tps afflictiõis tue:
et appropinquent anni de
quibus dicas nõ mihi pla
cent. Anteꝗ̃ tenebrescant
B sol et lumẽ et stelle ⁊ luna: ⁊ reuertant̃
nubes post pluuiã. Qñ cõmouebuntur
custodes domus et nutabunt viri for
tissimi: et ociose erunt molentes in mi
nuto numero: ⁊ tenebrescẽt videntes p
foramina: et claudẽt ostia in platea: in
humilitate vocis molentes et consur
gent ad vocẽ volucris et obsurdescent
oẽs filie carminis. Excelsa quoq; time
bũt ⁊ formidabũt i via: florebit amig
C dalus: impinguabit̃ locusta: ⁊ dissipa
bit̃ capparis. Qm̃ ibit hõ i domũ eter
nitatis sue: ⁊ circũibit in platea plãgẽ
tes. Anteꝗ̃ rũpat̃ funiculus argente⁹:
et recurrat vita aurea: ⁊ ↄterat̃ hydria
sup fontẽ: ⁊ ↄfringat̃ rota sup cisternã:
et reuertat̃ puluis in terrã suam vnde
Ge.i.a. erat: ⁊ spũs redeat ad eũ q̃ dedit illuꝫ.
D Uanitas vanitatum dixit ecclesiastes:
et oia vanitas. Cũq; esset sapiẽtissim⁹
ecclesiastes docuit populũ: ⁊ enarrauit
p Jo. an. in q̃ fecerat: ⁊ inuestigãs composuit para
prohemio bolas multas. Quesiuit verba vtilia: et
ecle. i glo. cõscripsit sermones rectissimos ac ve
Dis. i. i pn ritate plenos. Uerba sapiẽtũ sicut sti
ci. xij. dis. c. muli ⁊ quasi claui in altũ defixi: que p
omnia. magistroꝝ consilium data sunt a pasto
re vno. His amplius fili mi ne requiras.
Faciẽdi plures libros nullus est finis.
Frequẽsq; meditatio carnis afflictio
als + filius est. Finem loquendi pariter oẽs audia
al + cũcta mus. Deũ time: ⁊ mãdata eius + obser
ua. Hoc est ois homo. Cuncta + q̃ fiunt
adducet deus in iudicium ꝓ omni er
rato: siue bonum siue malum sit.

¶ Explicit liber ecclesiastes.

¶ Cantica canticorum incipiunt +. Als + incipit cãticũ.
¶ C. S. Cãtica cãticoꝝ salomõis a di
uersis doctorib⁹ diuersimode expona
tur: q2 ꝑm sensum literalẽ intelligunt̃
de rege salomõe ⁊ filia pharaõis regis
egypti: sꝫ btũs gregori⁹ exponit ipsa
de xp̃o ⁊ ecctia: alanus ꝟo de xp̃o Jesu
ac virgine maria. Et sic ex diuersis ex
positionib⁹ diuersi possent casus sum
marij fabricari. Capitulum .i.
O Sculetur me oscu A
lo oris sui: q2 meliora sunt
vbera tua vino fragrantia
vnguẽtis optimis. Oleum De fr. vnc.
effusũ nomẽ tuũ: ideo ado ca. vnico.
lescẽtule dilexert te +. Trahe me post al + nimis.
te. Currem⁹ in odorẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ.
Introduxit me rex in cellaria sua. Ex J.2.a.
ultabimus et letabimur in te: memores
vberum tuorum super vinũ. Recti di B
ligunt te. Nigra sum: sed formosa filie
hierusalem sicut tabernacula cedar: si
cut pelles salomonis. Nolite me ↄside
rare ꝙ fusca sim: quia decolorauit me
sol. Filij matris mee pugnauerũt con
tra me: posuerũt me custodẽ in vineis.
Uineam meam non custodiui. Indica
mihi quem diligit anima mea: vbi pa
scas: vbi cubes i meridie: ne vagari in
cipiam post greges sodalium tuorum.
Si ignoras te o pulchra iter mulieres C
egredere ⁊ abi post vestigia gregũ tuo
rum: et pasce hedos tuos iuxta taber
nacula pastorũ. Equitatui meo in cur
ribus pharaonis assimilaui te amica
mea. Pulchre sunt gene tue sicut turtu
ris: collum tuum sicut monilia. Mure
nulas aureas faciemus tibi: vermicu
latas argento. Dum esset rex in accubi D
tu suo: nardus mea dedit odorem suũ.
Fasciculus myrrhe dilectus me⁹ mihi:
inter vbera mea commorabitur. Bo
trus cypri dilect⁹ me⁹ mihi: in vineis
engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea
ecce tu pulchra: oculi tui columbaruꝫ.
Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decor⁹.
Lectulus noster floridus: tigna domo
rum nostrarum cedrina: laquearia no
stra cypressina. Capitulum .ij.
E Go flos cãpi ⁊ liliũ ↄuallii. A
Sicut liliũ inter spinas: sic
amica mea inter filias. Si
cut malus inter ligna silua
rũ: sic dilectus meus inter fi Als + dele
lios. Sub vmbra illius quem + deside derabam.

Als ✝ non habet rex. s.1.a.
raverā sedi: et fructus eius dulcis gut
turi meo. Introduxit me rex ✝ in cellā
vinariā: ordinavit in me charitatem.
Fulcite me floribus: stipate me malis:
B qr amore lāgueo. Leva eius sub capite
Di.30.ca.i. in glo. di. ii. quiescamus. s.8.a. meo: et dextera illius amplexabit me.
Adiuro vos filie hierusalem per capreas
cervosq̃ cāporū: ne suscitetis neq̃ evigi
lare faciatis dilectā donec ✝ ipsa velit.
Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliēs
C in mōtib⁹ trāsiliēs colles. Similis ē dile
Als ✝ quousq̃. ct⁹ me⁹ capree hinuloq̃ cervorum. En ipe
stat post parietē nostrū: respiciens ✝ per
Als ✝ despiciens. fenestras: pspiciēs per cācellos. En dile
s.2.b.5.a. et.8.a. ctus me⁹ loquitur mihi. Surge ppera
amica mea: colūba mea: formosa mea:
et veni. Iā eni hyems trāsijt: imber abijt
et recessit. Flores apparuerūt in terra
nr̃a: tps putatiōis advenit. Vox turtu
D ris audita est in terra nr̃a. Ficus ptu
lit grossos suos. Vinee florētes dede
Als ✝ non habet suū. rūt odorē suū ✝. Surge ppera amica
mea speciosa mea et veni: columba mea
in foraminibus petre: i caverna mace
rie. Ostende mihi faciem tuam: sonet
vox tua in auribus meis. Vox eniz tua
dulcis: et facies tua decora. Capite no
bis vulpes parvulas que demoliūtur
vineas. Nam vinea nostra floruit. Dile
ctus meus mihi et ego illi qui pascitur
inter lilia: donec aspiret dies et inclinē
tur umbre. Revertere: similis esto dile
cte mi capree hinuloq̃ cervorum super
montes bethel. Cap.iij.



A [I]N lectulo meo per noctes
quesivi quē diligit anima
mea. Quesivi illum: et non
inveni. Surgā et circuibo
civitatē per vicos et plateas:
querā quē diligit aia mea.
Quesivi illū et non inveni. Invenerunt
me vigiles qui custodiunt civitatem.
Num quē diligit anima mea vidistis?
B Paululum cū pertrāsissez eos: inveni
quem diligit anima mea. Tenui eum
nec dimittam donec introducā illū in
domum matris mee: et in cubiculū ge
nitricis mee. Adiuro vos filie hierusa
s.2.b. lem per capreas cervosq̃ cāporum: ne su
s.5.c. et.8.a. scitetis neq̃ evigilare faciatis dilectā
donec ipsa velit. Que est ista que ascen
s.8.b. dit per desertum sicut virgula fumi ex
C aromatibus myrrhe et thuris: et univer
si pulveris pigmentarij. En lectulum
salomonis sexaginta fortes ambiūt ex
fortissimis israel oēs tenētes gladios:
et ad bella doctissimi. Uniuscuiusq̃
ensis super femur suū: pter timores
nocturnos. Ferculum fecit sibi rex sa D
lomon de lignis libani. Columnas ei⁹
fecit argenteas: reclinatorium aureū:
ascensum purpureum media charita
te constravit propter filias hierusalē.
Egredimini filie sion et videte regem
salomonem in diademate quo corona
vit illum mater sua in die despōsatio
nis ✝ illius: et in die letitie cordis ei⁹. als ✝ desponsationis.
Capitulum.iiij.



[Q]Uā pulchra es amica mea B
q̃ pulchra es. Oculi tui co 33.q.5.c.nō
lūbarū: absq̃ eo qđ intrin est nostrū.
secus latet. Capilli tui si in glo.
cut greges caprarum: que s.6.b.
ascēderūt de mōte galaad.
Dentes tui sicut greges tonsarum: que
ascenderūt de lavacro. Omnes gemel
lis fetibus: et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua: et elo
quiū tuū dulce. Sicut fragmen mali
punici: ita gene tue absq̃ eo quod in B
trinsecus latet. Sicut turris david col
lum tuū: que edificata est cum propu
gnaculis. Mille clypei pendent ex ea:
omnis armatura fortium. Duo ubera
tua sicut duo hinnuli capree gemelli:
qui pascuntur in lilijs donec aspiret
dies et inclinentur umbre. Vadam ad
mōtem myrrhe: et ad collē thuris. To
ta pulchra es amica mea: et macula nō
est in te. Veni de libano spōsa mea: ve
ni de libano veni coronaberis: de capi
te amana: de vertice sanir et hermon:
de cubilibus leonū: de mōtibus pardo
rū. Vulnerasti cor meū soror mea spō C
sa vulnerasti cor meum in uno oculorum
tuorum: et in uno crine colli tui. Quaz
pulchre sunt māme tue soror mea spō
sa. Pulchriora sunt ✝ ubera tua vino: Als ✝ non hz sunt.
et odor unguentorum tuorum super oia
aromata. Favus distillans labia tua
spōsa: mel et lac sub lingua tua: et odor
vestimentorum tuorum sicut odor thu
ris. Hortus conclusus soror mea spon D
sa: hortus pclusus fons signatus. Emis
siones tue paradisus malorum puni
corum: cum pomorū fructibus. Cypri
cum nardo: nardus et crocus: fistula et
cinnamomum cum universis lignis li
bani: myrrha et aloe cum omnibus pri
mis unguentis. Fons hortorū: puteus
aquarum viventium que fluunt impe
tu de libano. Surge aquilo et veni au
ster: persla hortum meū et fluent aro 24.q.1.ca. omnibus.
mata illius. Capi.v.

A Als + et. Veniat dilectus meus in hor-
tum suum: ut + comedat fructū
pomorum suorum. Ueni in hortū
Hiere. 15. c. meū soror mea spōsa: messui
myrrhā meā cū aromatibus
meis. Comedi fauū cū melle meo: bi-
bi vinū meum cū lacte meo. Comedite
amici & bibite: & inebriamini charissi
mi. Ego dormio: & cor meum vigilat.
Distin. 6. in summa. Uox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi
soror mea: amica mea: colūba mea: im-
maculata mea: quia caput meū plenū est
rore: et cincinni mei guttis noctiū. Ex
B poliaui me tunica mea: quō induar il
la? Laui pedes meos: quō inquinabo
illos? Dilectus meus misit manū suam
Als + aperire. per foramē: & venter meus intremuit ad
tactum eius. Surrexi ut aperirem dile
De sacra vnctio. capi. vnico. cto meo. Manus mee distillauerūt myr
rhā: et + digiti mei pleni sunt myrrha
probatissima. Pessulū ostij mei aperui
Als + non habet et. dilecto meo: at ille declinauerat atq;
trāsierat. Aīa mea liquefacta est: ut dile-
ctus locutus est. Quesiui & non inue-
ni illū: vocaui & nō rūdit mihi. Inuene
C rūt me custodes q circūierūt ciuitatē.
Percusserūt me: & vulnerauerūt me: tu
lerūt palliū meū custodes murorum. Ad
S. 2. & 3. b. j. 8. a. iuro vos filie hierusalem: si inueneritis di
lectū meū ut nūcietis ei quia amore lan-
gueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto
o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus
tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos. Di
lectus meus cādidus & rubicūdus: ele
als + nō hz palmarū. ctus ex millibus. Caput eius aurū opti
mū. Come eius sicut elate palmarum +: ni
36. di. c. ecce. gre quasi coruus. Oculi eius sicut colū
be sup riuulos aquarū que lacte sunt
lote: & resident iuxta fluēta plenissima.
Gene illius sicut areole aromatū cōsite
D a pigmētarijs. Labia eius lilia distillā
tia myrrhā primā. Manus illius tor-
natiles auree: plene hyacinthis. Uēter
eius eburneus: distinctus saphyris. Cru
ra illius colūne marmoree: q fundate
sunt sup bases aureas. Spēs eius ut li-
bani: electus ut cedri. Guttur illius sua-
uissimū: & totus desiderabilis. Talis est
dilectus meus: & ipse est amicus meus filie
hierusalem. Quo abijt dilectus tuus o pul
cherrima mulierū: quo declinauit dile
A ctus tuus? Et querēmus eū tecū. Ca. vj.
Als + aromatis. Dilectus meus descendit in
hortū suū ad areolā aroma
tū +: ut ibi pascat in hortis
& lilia colligat. Ego dilecto
meo: & dilectus meus mihi

qui pascitur inter lilia. Pulchra es ami- B
ca mea suauis et decora sicut hierusalem: [illegible]
terribilis ut castrorum acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me s. 4. a.
auolare fecerūt. Capilli tui sicut grex + Als + greges.
caprarum: que apparuerūt de galaad.
Dētes tui sicut greges ouiū q ascēderūt 3. reg. 11. a.
de lauacro. Oēs gemellis fetibus: & ste C
rilis nō est in eis. Sicut cortex mali pu 34. q. 1. c. lo
nici: sic gene tue absq; oculis tuis. Se quitur. ca. oībus. & c. pu
xaginta sunt regine & octoginta cōcu-
bine: & adolescētularū nō est numerus. denda. [illegible]
Una est colūba mea perfecta mea: una De cōse. di.
est matri sue: electa genitrici sue. Uide 4. c. aliud
rūt eā filie sion: & beatissimā predicaue- est.
rūt regine: & cōcubine laudauerūt eā.
Que est ista que progreditur quasi aurora D
cōsurgēs: pulchra ut luna: electa ut sol: j. 8. a.
terribilis ut castrorum acies ordinata.
Descēdi in hortū nucum ut viderē poma
conuallium: & inspicerem si floruisset
vinea et germinassent malapunica. Ne
sciui. Anima mea cōturbauit me pro-
pter quadrigas aminadab. Reuertere
reuertere sunamitis: reuertere reuer-
tere ut intueamur te. Cap. vij.
Quid videbis in sunamite: A
nisi choros castrorum? Quā
pulchri sunt gressus tui in
calciamentis filia princi-
pis. Iunctura feminū tuo-
rum sicut monilia que fa-
bricata sunt manu artificis. Umbilicus
tuus crater tornatilis: nunq indigēs
poculis. Uenter tuus sicut aceruus tri B
tici: vallatus lilijs. Duo ubera tua si-
cut duo hinnuli gemelli capree: collum
tuum sicut turris eburnea. Oculi tui
sicut piscine in esebon: que sunt in por Dis. 49. ca.
ta filie multitudinis. Nasus tuus sicut hanc etem.
turris libani: que respicit contra da- C
mascum. Caput tuū ut carmelus: & co-
me capitis tui sicut purpura regis iū als + victa
cta + canalibus. Quam pulchra es et
q decora charissima in delitijs. Sta-
tura tua assimilata est palme: & ubera
tua botris. Dixi. Ascendam in palmā:
et apprehendā fructus eius. Et erunt
ubera tua sicut botri vinee: & odor oris
tui sicut odor malorum. Guttur tuum
sicut vinum optimum. Dignum dilecto D
meo ad potandum: labijsq; & dentibus
illius ad ruminandū. Ego dilecto meo:
& ad me conuersio eius. Ueni dilecte mi
egrediamur in agrū: cōmoremur in vil
lis. Mane surgamus ad vineas: videa
mus si floruit vinea: si flores fructus

parturiunt: si floruerunt malapunica.
Ibi dabo tibi vbera mea. Mandrago
re dederũt odorẽ suũ i portis nostris.
Omnia poma noua et vetera dilecte
mi seruaui tibi. Capi.viij.

B Uis mihi de te fratrẽ meũ




suggentẽ vbera mrĩs mee:
vt inueniã te solã foris et
deosculer te: ⁊ iã me nemo
despiciat? Apprehẽdã te ⁊
ducã in domũ matris mee:
Als ✝ non | et in cubiculũ ✝ genitricis mee. Ibi me
hꝫ ⁊ i cubi | docebis ⁊ dabo tibi poculũ ex vino cõ
culũ geni- | dito: ⁊ mustũ malorũ granatoꝝ meoꝝ.
tricis mee. | Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera il
lius amplexabit me. Adiuro vos filie
hierlm: ne suscitetis neq euigilare fa
s.2.b. | ciatis dilectã donec ipsa velit. Que est
B | ista q̃ ascẽdit de deserto: delitijs afflu
s.2.b.3.b. | ens innixa sup dilectũ suũ ✝. Sub ar
et.5.c. | bore malo suscitaui te. Ibi corrupta
s.3.c.⁊.9.a | est mr̃ tua: ibi violata est genitrix tua.
Als ✝ meũ | Pone me vt signaculũ sup cor tuũ: vt
De pe.dist. | signaculũ sup brachiũ tuũ: q2 fortis est
2.c.valida. | vt mors dilectio: dura sicut īfern⁹ emu
latio. Lãpades eius vt lãpades ignis
atq flãmaꝝ. Aque multe nõ potuerũt
C extinguere charitatẽ: nec flumina ob
ruent illã. Si dederit hõ oẽm substan
tiã domus sue ꝑ dilectione: q̃si nihil
despiciet eã. Soror nr̃a paruula: ⁊ vbe
ra nõ habet. Quid faciemus sorori no
stre in die qñ alloquẽda est? Si mur⁹
est: edificemus sup eũ ꝓpugnacula ar
gẽtea. Si ostiũ est: cõpingamus illud
tabulis cedrinis. Ego murus ⁊ vbera
mea sicut turris: ex quo facta sum corã
D eo quasi pacẽ reperiẽs. Uinea fuit pa
cifico: in ea q̃ hꝫ ꝑplos. Tradidit eã cu
stodibus: vir affert ꝑ fructu ei⁹ mille
argẽteos. Uinea mea corã me est. Mil
le tui pacifici: ⁊ ducẽti his q̃ custodiũt
fructus ei⁹. Que habitas in hortis amí
ci auscultãt te: fac me audire vocẽ tuã.
Fuge dilecte mi: ⁊ assimilare capree hin
nuloq ceruoꝝ super mõtes aromatũ.
Expliciunt cantica canticorum.

Incipit prologus in librũ sapiẽtie.
Liber sapiẽtie apd hebreos nusq̃
est. Unde ⁊ ipse stilus grecam ma
gis eloquentiam redolet. Hunc iudei
philonis esse affirmant. Qui proinde
sapiẽtia nominatur: q2 in eo christi ad
uentus qui est sapientia patris: ⁊ pas
sio eius euidenter exprimitur.
Explicit prologus.

Liber sapientie incipit.

C.S. De diligenda iustitia: de boni
tate ⁊ simplicitate querendi deum: de
spiritusancto: de fugienda detractio
ne et murmuratione: de morte non ze
landa. Capitulum.j.



Iligite iustitiam A
qui iudicatis terram. Sẽ
tite de domino in bonita
te: ⁊ in simplicitate cordis
querite illum: quoniã in
uenitur ab his qui non tentant illum:
apparet autem eis qui fidem habẽt in
illum. Peruerse enim cogitationes se | Hiere. 4.b.
parant a deo: probata autem virtus | De pe.di.1.
corripit insipientes. Quoniam in ma | c.sup trib⁹
liuolam animam non introibit sapiẽ | B
tia: nec habitabit in corpore subdito | 1.q.1.c.per
peccatis. Spiritus eñ sanctus disci | esaiam.q.3
pline effugiet fictum: ⁊ auferet se a co | c. saluator.
gitationibus que sunt sine intellectu: | 24.q.3.ca.
et corripietur a superueniente iniqui | de illis.
tate. Benignus est eñ spiritus sapien | De pe.dis.
tie: ⁊ non liberabit maledictum a la | 3.ca.quõ.
bijs suis: quoniam renũ illius testis | De cõse.di.
est deus: ⁊ cordis illius scrutator ẽ ve | 4.ca. osten
rus: ⁊ lingue eius auditor. Quoniam | ditur.⁊ ca.
spiritus dñi repleuit orbem terrarũ: | quomodo.
et hoc quod continet omnia sciẽtiam
habet vocis. Propter hoc qui loquit
iniqua non potest latere: nec preteriet
illũ corripiens iudiciũ. In cogitatio | C
nibus eñ impij interrogatio erit: ser
monũ aũt illi⁹ auditio ad deũ veniet:
et ad correptionem iniquitatũ illius.
Qm̃ auris zeli audit omnia: ⁊ tumul
tus murmurationũ nõ abscõdet. Cu
stodite ergo vos a murmuratione que
nihil prodest: a detractiõe parcite lin | 22.q.2.ca.
gue. Quoniam sermo obscurus in va | nec artifi
cuum non ibit. Os autem quod mẽti | ciose.⁊ ca.
tur occidit animã. Nolite zelare mor | si quis ad
tẽ in errore vite vestre: neq acq̃ratis | te.q.5. ca.
perditionem in operibus manuum ve | iuramẽti.
strarum. Quoniam deus mortẽ non fe | D
cit: nec letatur in perditione viuorũ.
Creauit enim vt essent omnia: et sana
biles fecit nationes orbis terrarũ. Nõ
est in illis medicamentum exterminij:
nec inferorum regnum in terra. Justi
tia enim perpetua est ⁊ immortalis: in
iustitia aũt mortis est acquisitio. Im | j.15.d.
pij aũt manibus ⁊ verbis accersierunt
illã: ⁊ estimãtes illã amicã defluxerũt:

et sponsiones posuerunt ad illam: qm̄
morte digni sunt qui sunt ex p̄te illi⁹.
¶ C. S. De impiorum cogitationib⁹: de
cōsilio iudeorum aduersus xp̄m. Ca. ij.
A Dixerūt em̄ impij cogitan-
tes apud se nō recte. Exi-
guū & cū tedio est tp̄s vite
nr̄e: & nō est refrigeriū in
fine hoīs: & nō est q̄ agnit⁹
sit reuersus ab inferis. Qz
ex nihilo nati sumus: & post hec erim⁹
tanq̄ nō fuerimus. Qm̄ fum⁹ et flatus
est in narib⁹ nr̄is: & sermo scintille ad
cōmouendū cor nostrum. Qz extinctus
cinis erit corpus nostrū: & sp̄s diffun
De pe. dist. detur tanq̄ mollis aer. Et trāsibit vi-
2. c. si enim. ta nostra tanq̄ vestigiū nubis: et sicut
Di. 4. ca. uiz nebula dissoluet̄ que fugata ē a radijs
tantum. solis: & a calore illi⁹ aggrauata. Et no
Esa. 56. d. men nostrū obliuionē accipiet p tp̄s: &
nemo memoriā habebit operū nr̄orū.
B Umbre em̄ trāsitus est tp̄s nostrum: et
nō est reuersio finis nostri: qm̄ cōsigna
ta est: & nemo reuertitur. Uenite ergo
et fruamur bonis que sunt: & vtamur
creatura tanq̄ in iuuentute celeriter.
Uino precioso & vnguentis nos imple-
mus: & nō pretereat nos flos tp̄is. Co
ronemus nos rosis anteq̄ marcescāt:
C
Al's + nr̄m nullū pratū sit q̄ nō pertrāseat luxu-
ria nostra. Nemo vestrū + exors sit lu-
xurie nostre. Ubiq̄ relinquamus signa
letitie: qm̄ hec est pars nostra & hec est
sors nr̄a. Opprimamus pauperē iustū
Al's + vete et nō parcamus vidue nec veterano +:
rani reue- nec reuereamur canos multi tp̄is. Sit
reamur. aūt fortitudo nr̄a lex iniustitie. Qđ ei
infirmū est inutile inuenitur. Circūue
niamus ergo iustū: qm̄ inutilis est no-
bis: & c̄trarius est operibus nostris: & im-
properat nobis pctā legis: & diffamat
in nos peccata discipline nostre. Pro-
mittit se scientiā dei habere: & filium
dei se nominat. Factus est nobis in tra
ductionē cogitationū nr̄arum. Grauis
est nobis etiā ad videndū: qm̄ dissimi-
Al's + in ve lis est alijs vita illius: & immutate + sūt
ritate. vie eius. Tanq̄ nugaces estimati su-
mus ab illo: & abstinet se a vijs nostris
tanq̄ ab immūdicijs: & prefert nouissi
ma iustorum: & gloriatur patrē se habere
deū. Uideamus ergo si sermones illi⁹
veri sint: & tentemus que ventura sunt il
D li: & sciemus que erūt nouissima illi⁹.
Mat. 27. Si em̄ est verus filius dei suscipiet il-
lum: & liberabit illum de manibus cō-
trariorum. Cōtumelia & tormento interro
gemus eū vt sciamus reuerētiā eius: &
probemus patiētiā illi⁹. Morte turpis
sima cōdēnem⁹ eū. Erit em̄ ei + respect⁹ Al's + non
ex sermonib⁹ illi⁹. Hec cogitauerūt et habet ei.
errauerūt: excecauit em̄ illos malicia
eorum. Et nescierūt sacramenta dei neq̄ Ecc. 1. d.
mercedē sperauerūt iustitie: nec iudi- et. 5. a.
cauerūt honorē aīarū sctārum. Qm̄ deus Eccl. 17. a.
creauit hoīem inexterminabilē: et ad
imaginē silitudinis sue fecit illū. Inui
dia aūt diaboli mors introiuit ī orbē
terrarum: imitāt̄ aūt illū q̄ sūt ex p̄te illi⁹.
¶ C. S. De sectis martyribus: de pn̄is
impiorum: de felicitate virginū. Ca. iij.
Iustorum aūt aīe in manu dei A
sunt: & nō tanget illos tor-
mentum mortis. Uisi sunt
oculis insipiētium mori: &
estimata est afflictio exit⁹
illorum. Et ab itinere iusto
abierūt in exterminiū: & qđ a nobis est
iter exterminij: illi aūt sunt ī pace. Et
si corā hoībus tormēta passi sunt: spes
illorum immortalitate plena est. In pau
cis vexati: in multis bene disponētur:
qm̄ deus tētauit eos: & inuenit illos di
gnos se. Tanq̄ aurū in fornace probauit B
illos: & quasi holocausti hostiā + acce- Al's + holo
pit illos: & in tp̄e erit respectus illorum. causta hos
Fulgebūt iusti & tanq̄ scintille in arū stie.
dineto discurrēt. Iudicabūt nationes Mat. 13. f.
& dn̄abunt p̄plis: & regnabit dn̄s illorum
in perpetuū. Qui c̄fidūt in illo + itelli Al's + illū.
gent veritatem: & fideles in dilectione
acquiescēt illi: qm̄ donū & pax est electis
eius. Impij aūt s̄m q̄ cogitauerūt cor-
reptionē habebūt: q̄ neglexerūt iustū &
a dn̄o recesserūt. Sapientiam enim et C
disciplinā qui abijcit infelix est: & va-
cua est spes illorum: & labores sine fru
ctu: & inutilia opera eorum. Mulieres
eorū insensate sunt: & nequissimi filij
illorū. Maledicta creatura eorum: quo- Esaie. 54.
niā felix est sterilis et incoinquinata q̄ Luce. 23. d.
nesciuit thorum in delicto habebit fru Gal. 4. d.
ctum in respectione animarū sanctarum.
Et spado qui nō operatus est p man⁹ Esa. 59. a.
suas iniq̄tatē: nec cogitauit aduersus
deū nequissima. Dabitur em̄ illi fidei
donum electū: & sors in tēplo dei acce-
ptissima. Bonorum enim laborum glo D
riosus est fructus: & que nō cōcidat ra
dix sapientie. Filij autem adulterorū
in consummatione erunt: & ab iniquo
thoro semen exterminabitur. Et siqui 32. q. 4. c. i.
dem longevite erunt: & in nihilū cōpu & c. dicat.
tabuntur: & sine honore erit nouissima Di. 26. c. si.
senectus

senectus illoꝝ. Et si celerius defuncti
fuerint non habebunt spem: nec in die
Als.+ nastionis. agnitionis allocutionẽ. Nationes+ enĩ
inique: dire sunt consummationis.

¶ C. S. De casta gñatione fidelium: de
felicitate iustoꝝ: de obitu a morte preoccupati: de condẽnatione impiorum
et morte iustorum. Cap. iiij.

A 
Quã pulchra est casta gñatio cũ claritate. Immortalis est enĩ memoria illius:
qm̃ et apud deũ nota est et
apud hoĩes. Cũ presens est
imitant̃ illã: ⁊ desiderant
eã cũ se eduxerit: ⁊ in ppetuũ coronata
triũphat incoinquinatoꝝ certaminuꝫ
premiũ vincẽs. Multigena aũt impioꝝ
multitudo nõ erit vtilis: ⁊ adulterine
plãtatiões nõ dabũt radices altas: nec
stabile firmamẽtũ collocabũt. Etsi ĩ ra
mis in tpe germinauerint: infirmiter
Als.+ posite. posita.+ a vẽto cõmouebunt̃: ⁊ nimietate
vẽtoꝝ eradicabunt̃. Cõfringent̃ enĩ
B rami incõsummati: ⁊ fructus illoꝝ in
utiles ⁊ acerbi ad mãducandũ: ⁊ ad nihilum apti. Ex iniquis enĩ oẽs filij qui
nascent̃ testes sunt neqtie: aduersus pa
rẽtes in interrogatiõe sua. Iustus aũt
si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enĩ venerabilis
est: non diuturna neqꝫ annoꝝ numero
Di. 84. ca. porro. cõputata. Cani autẽ sunt sensus hoĩs:
et etas senectutis vita immaculata.
C Placẽs deo factus dilectus: et viuens
Heb. 11. b. inter peccatores trãslatus est. Raptus
De pe. dis. est ne malicia mutaret intellectũ eius:
4. c. si ex bo aut ne fictio deciperet aiam illius. Fano. et c. se scinatio enĩ nugacitatis obscurat boquenti. na: ⁊ incõstantia concupiscẽtie transuertit sensum sine malicia. Cõsumma
tus in breui expleuit tpa multa. Placi
ta enim erat deo aĩa illius: ppter hoc
pperauit educere illũ de medio iniqtatũ. Populi aũt vidẽtes ⁊ nõ intelligẽtes: nec ponẽtes in precordijs talia:
qm̃ gratia dei ⁊ mĩa in sanctos eius: et
respect⁹ in electos illius. Cõdẽnat aũt
iustus mortuus viuos impios ⁊ iuuen
tus celerius cõsummata longam vitã
D iniusti. Uidebũt enĩ finem sapientis: ⁊
non intelligent qd cogitauerit de illo
deus: ⁊ quare muniuerit illũ dñs. Uide
bũt enĩ ⁊ ptẽnẽt eũ: illos aũt dñs irridebit. Et erũt post hec decidentes sine
honore: ⁊ in cõtumelia inter mortuos
in perpetuũ. Qm̃ dirumpet illos infla
tos sine voce: ⁊ cõmouebit illos a fundamentis: ⁊ vsqꝫ ad supremum desola
bunt̃. Et erũt gemẽtes: et memoria illoꝝ periet+. Uenient in cogitatiõe pec Als.+ peribit.
catorum suoꝝ timidi: ⁊ traducẽt illos
ex aduerso iniquitates ipsorum.

¶ C. S. De cõstãtia iustoꝝ cõtra perse
cutores suos: de penitẽtia ⁊ gemitu psecutorum: de spe impij trãsitoria: de
beatitudine ⁊ glĩa sanctoꝝ: de armatu
ra christi ad iudicium. Cap. v.


Unc stabũt iusti in magna cõ A
stantia aduersus eos q̃ se angustiauerũt: ⁊ q̃ abstulerunt
labores eoꝝ. Uidẽtes turba
bũtur timore horribili: ⁊ mi
rabũtur in subitatione insperate salu
tis gementes pre angustia spiritus dicent+ intra+ se: penitẽtiam agẽtes et Als.+ dicẽtes.
pre angustia spũs gemẽtes. Hi sunt qs
habuimus aliqñ in derisum+ ⁊ ĩ simi Als.+ Iter.
litudinẽ improperij. Nos insensati vi Als.+ deritã illoꝝ estimabamus insaniã: ⁊ finem sũt in simiilloꝝ sine honore. Ecce quõ+ cõputati litudinem.
sunt iter filios dei: ⁊ iter sanctos sors Als.+ quõ
illoꝝ est. Ergo errauimus a via verita ergo.
tis: ⁊ iustitie lumẽ nõ luxit nobis: ⁊ sol B
intelligẽtie nõ est ortus nobis. Lassati
sumus in via iniqtatis ⁊ perditionis:
et ambulauimus vias difficiles: viam
aũt dñi ignorauim⁹. Quid nobis pfuit
superbia: aut diuitiarũ iactãtia qd cõ
tulit nobis? Trãsierunt oĩa illa tanqꝫ
vmbra: ⁊ tanqꝫ nũcius precurrẽs: ⁊ tanqꝫ
nauis que pertrãsit fluctuãtẽ aquã
cuius cũ preterierit nõ est vestigiũ inuenire: neqꝫ semitã carine illius ĩ fluctibus. Aut auis que trãsuolat in aere:
cuius nullũ inuenit̃ argumẽtũ itineris
illius: sed tm̃ sonitus alarũ verberans
leue ventũ: ⁊ scindẽs per vim itineris
aerem+ cõmotis alis transuolauit: et Als.+ aera
post hoc nullũ signũ inuenitur itineris
illius. Aut tanqꝫ sagitta emissa ĩ locũ C
destinatum: diuisus aer continuo in se
reclusus est: vt ignoret̃ trãsitus illius:
sic ⁊ nos nati cõtinuo desinimus esse:
et virtutis qdem nullũ signum valuimus ostendere: in malignitate autẽ no
stra consumpti sumus. Talia dixerunt Prouerb. 11. a.
in inferno hi q̃ peccauerũt: qm̃ spes impij tanqꝫ lanugo est que a vento tollit̃:
et tanqꝫ spuma gracilis que a procella
dispergitur: et tanqꝫ fumus qui a vẽto
diffusus est: ⁊ tanqꝫ memoria hospitis
vnius diei pretereũtis. Iusti autem in
perpetuum viuent: ⁊ apud dominũ est
merces eorum: ⁊ cogitatio illoꝝ apud

altissimum. Ideo accipiāt regnū deco
Als+speci. ris: ⁊ diadema speciei + de manu do-
Als+dei. mini+: qm̄ dextera sua teget eos et in
als÷nō est brachio sancto÷ suo defēdet illos. Et
sancto. accipiet armaturā zelus illi⁹: ⁊ arma-
D bit creaturā ad vltionē inimicorum. In-
duet p thoracē iustitiā: ⁊ accipiet pro
als+ rectū galea iudiciū certū+. Sumet scutum
inexpugnabile equitatē: acuet aūt dirā
irā in lanceā: ⁊ pugnabit cū illo orbis
terrarū cōtra insensatos. Ibūt directe
emissiōes fulgurū: ⁊ tanq̄ bene curua-
to arcu nubiū exterminabunt: ⁊ ad cer
tum locū insilient. Et a petrosa ira ple-
Als+cāde ne mittent grādines: ⁊ cādescet+ in il
scent. los aqua maris: ⁊ flumina cōcurrēt du
riter. Cōtra illos stabit spūs virtutis: ⁊
tanq̄ turbo venti diuidet illos: ⁊ ad here
Als+ iniq mū pducet oēm terrā iniqtas+ illorum:
tatis. et malignitas euertet sedes potētū.

¶ C. S. De iudicib⁹ iudicādis a dn̄o: et tormentādis potētib⁹: reges hortatur ad cōcupiscēdā sapiētiā que se offert feliciter querētibus eam. Cap. vi.

A
Eccl. y. b.



Elior est sapiētia q̄ vires: ⁊ vir prudēs q̄ fortis. Audite ergo reges ⁊ intelligite: discite iudices finiū terre. Prebete aures vos q̄ cōtinetis multitudines: ⁊ pla-
cetis vobis in turbis nationū: qm̄ da-
ta est a dn̄o potestas vobis: ⁊ virt⁹ ab
Ro. 13. a. altissimo qui interrogabit opa vestra
et cogitationes scrutabitur: quoniam
cum essetis ministri regni illius: nō re
cte iudicastis nec custodistis legem iu-
stitie: neq̄ s̄m voluntatem dei ambula
8. q. i. c. pre stis. Horrende ⁊ cito apparebit vobis:
cipue. quoniā iudicium durissimū in his qui
presunt fiet. Exiguo enim conceditur
mīa: potentes autem potēter tormēta
patientur. Nō enim subtrahet personā
als+nō hz cuiusq̄ dn̄s q̄ est oīm dn̄ator÷: nec ve-
qui est oīm rebitur magnitudinē cuiusq̄: qm̄ pu-
dn̄ator. sillum ⁊ magnū ipse fecit: ⁊ equaliter
B cura est illi de oībus. Fortioribus aūt
fortior instat cruciatio. Ad vos ergo
reges sunt hi sermones mei: vt discatis
sapientiam et nō excidatis. Qui enim
custodierint iustitiam iuste iudicabun-
tur: ⁊ qui didicerint iusta inuenient q̄d
respondeant. Cōcupiscite ergo sermo
nes meos ⁊ diligite illos: ⁊ habebitis
disciplinā. Clara est ⁊ que nunq̄ mar-
cescet sapiētia: ⁊ facile videtur ab his
qui diligunt eam: ⁊ inuenitur ab his q̄
querunt illā. Preoccupat qui se cōcu-
piscunt: vt illis se prior ostendat. Qui
de luce vigilauerit ad illā non labora-
bit: assidētē eīm illā foribus suis inue- C
niet. Cogitare ergo de illa sensus ē cō
summatus: ⁊ q̄ vigilauerit ppter illā
cito securus erit. Qm̄ dignos se ipsa cir
cuit querens: ⁊ in vijs suis ostendet se
illis hilariter: ⁊ in oī puidentia+ oc- Als+pru
curret illis. Initium enim illius veris- dentia.
sima est discipline cōcupiscētia. Cura
ergo discipline dilectio est: et dilectio
custodia legū illius est. Custoditio aūt
legum cōsummatio incorruptiōis est:
incorruptio aūt facit esse primū deo. D
Cōcupiscentia itaq̄ sapiētie deducet
ad regnū perpetuū. Si ergo delecta-
mini sedibus ⁊ sceptris÷ o reges po- Als+sedi
puli: diligite sapiētiā vt in ppetuū re- bus et ste-
gnetis. Diligite lumen sapiētie oēs q̄ matibus.
pestis populis. Quid est aūt sapiētia:
et quēadmodum facta sit referā: ⁊ non
abscōdam a vobis sacramenta dei: sed
ab initio natiuitatis inuestigabo: ⁊ po-
nam in lucem sciētiam illius: ⁊ nō pre
teribo veritatē: neq̄ cū inuidia tabe-
scente iter habebo: qm̄ talis homo nō
erit particeps sapientie. Multitudo
autē sapientium sanitas est orbis ter-
rarum. Et rex sapiēs populi stabilimē
tum est. Ergo accipite disciplinā per
sermones meos: et proderit vobis.

¶ C. S. Hortādo alios ad disciplinā se ponit in exēplū dicēs: optauit dat⁹ est mihi sensus: ⁊ laudat sapiētiā oīb⁹ preferendā: q̄ spūs sapientie sit multiplex ⁊ vnicus: ⁊ q̄ sapiētia sit cādor lucis eterne ⁊ imago dei patris. Ca. vij.



Um qdē ⁊ ego mortalis hō A
similis oīb⁹+: ⁊ ex genere als+hoīb⁹
terreno÷ illius q̄ prior fa Al+terre-
ctus est. ⁊ in vētre matris ni.
figuratus sum caro: decem als+ terre
mēsiū tpe coagulatus sum
in sanguie ex semine hois ⁊ delectamē
to somni+ cōueniēte. Et ego natus acce Als+ som
pi cōmunem aerem: ⁊ similiter decidi nij.
in terram factā: ⁊ primā vocē similem
oībus emisi plorans. In inuolumentis
nutritus sum: et curis magnis. Nemo
eīm ex regibus aliud habuit natiuitatis
initium. Unus ergo introitus est oīu-
bus ad vitam: et similis exitus. Pro-
pter hoc optaui et datus est mihi sen-
sus: ⁊ inuocaui ⁊ venit in me spūs sa-
piētie. Et preposui illā regnis et sedi-
bus: ⁊ diuitias nihil esse dixi in cōpa-
ratiōe illius. Nec cōparaui illi lapidē

preciosum: q̄m oē aurū in cōparatiōe
illius arena est exigua: ⁊ tanq̄ lutū esti
mabit argentū in cōspectu illius. Su
Job.28.c. per salutem ⁊ speciē dilexi illā: ⁊ ꝓpo
1.pal.1. sui p̄ luce habere illā: q̄m inextinguibi
Di.36.cap. ecce. le est lumē illi⁹. Uenerūt aūt mihi oīa
bona pariter cum illa: et innumerabi
B lis honestas per manus illi⁹: ⁊ letatus
26.q.2.c.q. fine. sum in oībus: q̄m antecedebat me ista
sapientia ⁊ ignorabā: q̄m bonoꝝ oīm
cat. Qui audit illam iudicabit + gentes: ⁊
qui intuetur illam permanebit confi-
dens. Si crediderit ei hereditabit il
lam: ⁊ erunt in confirmatione creatu-
C re illoꝝ: qm̄ in tentatione ambulat cū
eo: ⁊ in primis eligit eum. Timorē et
metum ⁊ pbationē inducet super illū:
et cruciabit illū in tribulatiōe doctri
ne sue: donec tentet eū in cogitationi-
bus suis ⁊ credat anime illius. Et fir-
mabit illū ⁊ iter ducet directum ad il
Als + abs lum: ⁊ letificabit illū ⁊ denudabit abs-
scondita. consa + sua illi: ⁊ thesaurizabit super
illum scientiā ⁊ intellectū iustitie. Si
aūt oberrauerit derelinquet eū: ⁊ tra-
det eū in manus inimici sui. Fili con-
serua tēpus: ⁊ deuita a malo. Pro aīa
tua ne cōfundaris dicere verū. Est eñ
cōfusio adducēs pctm̄: ⁊ est cōfusio ad-
ducens gloriā ⁊ gratiam. Ne accipias
faciē aduersus faciē tuam: nec aduer-
sus animā tuam mendacium. Ne reue-
D rearis primum tuū in casu suo: nec re-
Als + eius tineas verbū in tempore salutis. Non
abscōdas sapiētiā tuā in decore suo +.
In lingua enim sapiētia dignoscitur:
⁊ sensus ⁊ sciētia ⁊ doctrina in verbo
sensati: ⁊ firmamentum in operibus iu
stitie. Non cōtradicas verbo veritatis
vllo modo: ⁊ de mendacio ineruditio
nis tue cōfundere. Non cōfundaris cō
fiteri peccata tua: ⁊ ne subijcias te om
ni homini p peccato. Noli resistere cō-
tra faciem potentis: nec coneris con-
als + fluuij tra ictum fluminis +. Pro iustitia ago
nizare p anima tua: ⁊ vsq3 ad mortem
certa pro iustitia: et deus expugnabit
pro te inimicos tuos. Noli citat⁹ esse
in lingua tua: et inutilis et remissus in
operibus tuis. Noli esse sicut leo i do-
mo tua: euertens domesticos tuos et
opprimēs subiectos tibi. Non sit por
recta manus tua ad accipiēdum: et ad
dandum collecta.

¶ C. S. De nō cōfidēdo in diuitijs: de
timēdo dei vindictā: de cōuersione ad
pniam nō tardāda de fugiēda lenita-
te: de verbo dei audiēdo ⁊ prudēter p
ferendo ne susurro appelleris. Ca. v.

Non attendere ad possessio A
nes iniquas: et ne dixeris
est mihi sufficiēs vita. Ni-
hil enim pderit in tēpore
vindicte ⁊ obductiōis. Ne
sequaris i fortitudine tua
concupiscētiam cordis tui: et ne dixe-
ris. Quomodo potui: aut qs me subij-
ciet propter facta mea? Deus enim vin
dicans vindicabit. Ne dixeris. Pecca-
ui: et quid mihi accidit triste? Altissi- B
mus enim est patiēs redditor. De pro- j. 24. a.
pitiato + peccato noli eē sine metu +: Als + ppi
neq3 adijcias peccatū super peccatum. tiatu pecca
Et ne dicas. Miseratio dñi magna est torum.
multitudinis peccatoꝝ meoꝝ misere- Als + ti-
bitur. Misericordia enim ⁊ ira ab il- more.
lo cito proximant: ⁊ in peccatores respi j. 6. b.
cit ira illius. Non tardes conuerti ad Deu. 24. d.
dominum: ⁊ ne differas de die in diez. C
Subito enim veniet ira illius: ⁊ in tē Prouerbi.
pore vindicte disperdet te. Noli anxi⁹ 10. ⁊. 11. a.
esse in diuitijs iniustis: non + eñ pde- als + nihil.
runt tibi + in die obductionis ⁊ vindi als + super
cte. Non ventiles te in omnem ventum: est tibi.
et non eas in omnem viam. Sic enim
omnis peccator probatur in duplici li
gua. Esto firmus in via domini: ⁊ in ve
ritate sensus tui ⁊ sciētia: ⁊ prosequa
tur te verbum pacis ⁊ iustitie. Esto mā
suetus ad audiēdum verbum dei vt in
telligas: et cum sapientia proferes re-
sponsum verum. Si est tibi intellect⁹
respōde proximo: sin autem sit manus
tua super os tuum: ne capiaris in ver- D
bo indisciplinato et confundaris. Ho
nor et gloria in sermōe sensati: lingua
vero imprudentis subuersio est ipsius.
Nō appelleris susurro in vita tua: ⁊ li
gua tua ne capiaris et confundaris.
Super furem enim est confusio et pe-
nitentia: ⁊ denotatio + pessima super
bilinguem: susurratori autem odium als + deno-
et inimicitia et contumelia. Iustifica tatio vel de
pusillum et magnum similiter. notatio.

¶ C. VI. De bilingui: de elatiõe in cogitatu: de anima nequã: de sermone dulci et lingua gratiosa: de amicitia vera: de amico nõ permanẽte: de excipiẽda doctrina sapientie: de accipiendo cõsilio et inuestiganda sapientia et sequẽte vtilitate ex ea. Cap. vi.

B 
Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim et cõtumeliã malus hereditabit: et omnis peccator inuidus et bilinguis. Nõ te extollas in cogitatiõe anime tue velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiã: et folia tua comedat: et fructus tuos perdat: et relinquaris velut lignũ aridũ in heremo. Aia enim nequã disperdet qui se habet: et in gaudiũ inimicis dat illũ: et deducet in sortẽ impiorum. Uerbũ dulce multiplicat amicos: mitigat inimicos: et lingua eucharis in bono hoie abũdabit. Multi pacifici sint tibi: et cõsiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicũ in tẽtatione posside eũ: et ne facile credas ei teipsuz. Est enim amicus secundum tempus suũ: et nõ permanebit in die tribulatiõis. Et est amicus qui cõuertitur ad inimicitiã ✝: et est amicus qui odiũ et rixã et conuitia denudabit.

Als ✝ amicitiam.

B Est aũt amicus socius mẽse: et nõ permanebit ✝ in die necessitatis. Amicus si permãserit fixus erit tibi quasi coequalis: et in domesticis tuis fiducialiter aget.

j. 37. a.

Als ✝ permanet.

Si humiliauerit se contra te: et a facie tua abscõderit se: vnanimem habebis amicitiã bonã. Ab inimicis tuis separare: et ab amicis tuis attẽde. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum: inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio: et nõ est digna põderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis: et qui metuũt dominum inuenient illũ. Qui timet deum eque habebit amicitiam bonã: quoniã secundum illum erit amicus illius. Fili a iuuentute tua excipe doctrinã: et vsque ad canos inuenies sapiẽtiã.

C Quasi is qui arat et qui seminat accede ad eã: et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguũ laborabis: et cito edes de generationibus illius. Quã aspera est nimiũ sapiẽtia indoctis hominibus: et nõ permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: et nõ demorabuntur proijcere illã. Sapiẽtia enim doctrine secundum nomẽ est eius: et nõ est multis manifesta. Quibus autem agnita est permanet vsque ad conspectum dei. Audi fili et accipe cõsiliũ intellectus: et ne abijcias cõsiliũ meũ. Iniice pedẽ tuũ in cõpedes illius: et in torques illius collũ tuũ. Subijce humerũ tuũ et porta illã: et ne accidieris vinculis eius. In omni aio tuo accede ad illã: et in omni virtute tua cõserua vias eius. Inuestiga illã et manifestabitur tibi: et cõtinẽs factus ne derelinquas eã. In nouissimis enim inuenies requiẽ in ea: et cõuertetur tibi in oblectationem. Et erit tibi cõpedes eius in protectionẽ fortitudinis ✝: et bases virtutis et torques illius in stola ✝ glorie. Decor enim vite est in illa: et vincula illius alligatura salutis ✝. Stola glorie indues eã: et coronã gratulatiõis ✝ superpones tibi. Fili si attẽderis mihi disces eam: et si accõmodaueris aĩm tuũ sapiẽs eris. Si inclinaueris aurẽ tuã excipies doctrinã: et si dilexeris audire sapiẽs eris. In multitudine presbyterorum prudẽtiũ sta: et sapiẽtie illorum ex corde cõiungere: vt oẽm narrationẽ dei possis audire: et prouerbia laudis nõ effugiant a te. Et si videris sensatũ euigila ad eum: et gradus ostiorũ illius exterat pes tuus. Cogitatum tuũ habe in preceptis dei: et in mãdatis illius maxime assiduus esto: et ipse dabit tibi cor: et cõcupiscẽtia sapiẽtie dabitur tibi.

i. reg. i. d.

D

Als ✝ seruitutis.

als ✝ stellã

Als ✝ salutaria.

Al ✝ congratulationis.

¶ C. VII. De malicijs nõ faciẽdis: de se nõ iustificãdo: et primatus nõ querẽdo: de obediẽdo: de ira dei memorãdo: qualiter sapiens se habeat ad vxorẽ: ad amicũ: ad filios: ad seruũ: de parẽtibus honorãdis et sacerdotibus: de honorãdo deo et faciẽdo oblationes: de mia ad infirmuz: de memorandis nouissimis. Cap. vij.

A 
Noli facere mala: et nõ te apprehẽdẽt. Discede ab iniquo: et deficiẽt mala abs te. Fili nõ semines mala in sulcis iniustitie: et non metes ea in septuplũ. Noli querere ab hoie ducatũ: neque a rege cathedrã honoris. Nõ te iustifices ante deum: quoniam agnitor cordis ipse est: et penes regem noli velle ✝ videri sapiẽs. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciẽ potẽtis: et ponas scãdalum in agilitate tua. Nõ pecces in multitudine ciuitatis: nec te immittas in populum: neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. Noli esse

Als ✝ supra est velle.

Al's + corde pusillanimis i animo + tuo. Exorare ⁊
facere elemosinam ne despicias. Ne di
cas in multitudie munerū meorū respi
ciet deus: et offerēte me deo altissimo
munera mea suscipiet. Nō irrideas ho
B minē in amaritudie aīe: est enī q̄ humi
liat et exaltat circūspector deus. Noli
arare mendaciū aduersus fratrē tuū:
neq̄ in amicū silr facias. Noli velle mē
tiri oē mēdaciū: assiduitas enī illi⁹ nō
est bona. Noli verbosus eē in multitudi
ne p̄sbyterorū: ⁊ nō iteres verbū i orone
tua. Nō oderis laboriosa opa: ⁊ rusti
cationē creatā ab altissimo. Non te re
putes in multitudine idisciplinatorū.
Memēto ire: qm̄ nō tardabit. Humi
lia valde spiritū tuū: qm̄ vindicta car
nis ipi ignis ⁊ vermis. Noli p̄uarica
Al's + pecu ri in amicū pecuniā + differētē + neq̄
nia. fratrē charissimū auro spreueris. No
Al's + dese li discedere a muliere sensata et bona
rentem vel quā sortitus es in timore dñi + : gr̄a ei
deferenti. verecūdie illi⁹ sup aurū. Nō ledas ser
Al's + dei. uum i veritate operātē: neq̄ mercena
C riū dantē + animā suā. Seruus sensa
Al's + do tus sit tibi dilectus q̄si aīa tua: nō de
nantem. fraudes illū libertate: neq̄ inopē dere
ī.33.d. linquas illū. Pecora tibi sunt attende
ī.30.b. illis: ⁊ si sunt vtilia p̄seuerēt apud te.
Al's + cura Filii tibi sunt erudi illos: ⁊ curua + il
los a pueritia eorū. Filie tibi sunt s̄ua
corpus illarū: ⁊ nō ostēdas hilarē faciē
tuā ad illas. Trade filiā ⁊ grāde opus
feceris: ⁊ hoī sensato da illā. Mulier
si est tibi s̄m aīam tuā nō p̄iicias illā:
et odibili non credas te in toto corde
ī.3.b. tuo. Honora patrē tuū: ⁊ gemitus ma
tris tue ne obliuiscaris. Memēto qm̄
Al's + sup nisi p illos natus + nō fuisses: et retri
cit natus. bue illis quō ⁊ illi tibi. In tota aīa tua
D time deū: ⁊ sacerdotes illi⁹ sanctifica.
In oī virtute tua dilige eū q̄ te fecit: ⁊
ministros eius nō derelinquas. Hono
ra deū ex tota aīa tua: ⁊ honorifica sa
cerdotes et ppurga te cū brachiis. Da
illis partē sicut mādatū est tibi primi
tiarū ⁊ purgatōis: ⁊ de negligētia tua
purga te cū paucis. Datū brachiorum
tuorū: ⁊ sacrificiū sctificatiōis offeres
dño: initia sanctorū ⁊ pauperi porrige
manū tuā: vt perficiatur propiciatio
et benedictio tua: gratia datus in con
spectu omnis viuentis: ⁊ mortuo non
12.q.2.c. in prohibeas gratiam. Nō desis ploranti
ecclesiastico. bus in consolatione: ⁊ cum lugētibus
ambula. Nō te pigeat visitare infirmū:
ex his enī in dilectione firmaberis. In
omnibus operibus tuis memorare nouis
sima tua: et in eternum non peccabis.

¶ C. VIII. De non litigando cū fortiori: de malis vitādis: de nō gaudendo de morte inimici: de non spernēdis primis: de non spernēdo verba sapiētū: de voto moderando: de declinando ab hominibus malis. Cap. viii.



Non litiges cū hoīe potēte: A
ne forte incidas in manus
illius. Nō cōtēdas cū viro
locuplete: ne forte econtra
cōstituat litē tibi. Multos
enī perdidit aurū ⁊ argen
tum: ⁊ vsq̄ ad cor regum extendit ⁊ cō ī.31.a.
uertit. Non litiges cū hoīe linguato: ⁊
non strues in ignem illius ligna. Non
cōmunices hoī indocto: ne male de p̄
genie tua loquat̄. Ne despicias homi
nem auertentem se a peccato: neq̄ im
properes ei. Memento qm̄ omnes in B
corruptione sumus. Ne spernas homi
nem in sua senectute: etenim ex nobis se ī.25.d.
nescunt. Noli de mortuo inimico tuo 12.q.2.c. in
gaudere: sciens qm̄ omnes morimur: ⁊ ecclesiastico.
in gaudium volumus + venire. Ne de Al's + nolu
spicias narrationem presbyterorū sa mus.
pientium: et in prouerbiis eorum con
uersare. Ab ipsis enim disces sapien
tiam ⁊ doctrinam intellectus: ⁊ serui
re + magnatis sine querela. Nō te pre Al's + frue
tereat narratio seniorum: ipsi enī didi re.
cerunt a patrib⁹ suis. Qm̄ ab ipsis di
sces intellectum: ⁊ in tpe necessitatis
dabis responsum. Non incendas carbo C
nes peccatorū arguēs eos: ⁊ ne incēda
ris flāma ignis peccatorū illorū. Ne cō
tra faciem stes contumeliosi: ne sedeat
quasi insidiator ori tuo. Noli fenerari
homini fortiori te: q̄ si feneraueris q̄si
perditum habe. Non spōdeas sup vir
tutem tuā: q̄ si spopōderis quasi resti
tuens cogita. Nō iudices contra iudi
cem: qm̄ s̄m quod iustum + est iudicat. Al's + dignū
Cū audace nō eas in via: ne forte gra D
uet mala sua in te. Ipse enī s̄m volūta
tem suam vadit: ⁊ simul cum stulticia
illius peries. Cum iracūdo non facias
rixam: ⁊ cū audace non eas in desertū:
qm̄ quasi nihil est ante illum sanguis:
et vbi non est adiutorium elidet te. Cū
fatuis consilium non habeas: nō enim
poterunt diligere: nisi que eis placēt.
Coram extraneo ne facies consiliū: ne
scis enim quid pariet +. Nō omni ho al's + paret
mini cor tuū manifestes: ne forte infe
rat tibi gratiā falsam ⁊ cōuiciet̄ tibi.
¶ C. IX.

¶ C. IX. De vitãdis piculis pudicitie: de amico antiquo: de nõ zelãdo gl'iam iniquoꝝ: de nõ frequẽtãdo pncipẽ et cõuictu boꝝ: qꝺ homo litigiosus est terribilis in sua ciuitate. Cap. ix.

A N On zeles mulierẽ sin⁹ tui:
ne ostendat sup te maliciã
doctrĩe neqñ. Nõ des mu
lieri potestatem aĩe tue: ne
ingrediat in virtute tua et
confundaris. Ne respicias
mulierẽ multiuolã: ne forte incidas in
laqueos illi⁹. Cũ saltatrice ne assidu⁹
sis: nec audias illã: ne forte peas i effi
cacia illi⁹. Uirginẽ ne ɔspicias: ne for
te scãdalizeris in decore illius. Ne des
fornicarijs aĩam tuã i vllo: ne pdas te
B et hereditatẽ tuã. Noli circũspicere in
vicis ciuitatis: nec oberraueris i pla
teis illius. Auerte faciẽ tuã a muliere
cõpta: et ne circũspicias speciẽ alienã.
Propter speciẽ mulieris multi perie
runt: et ex hoc cõcupiscẽtia quasi ignis
Hier.11.c. exardescit. Ois mulier que est fornica
ria: q̃si stercus in via ab oib⁹ pretereũ
tib⁹ cõculcabit. Speciẽ mulieris alie
ne multi admirati reprobi facti sunt:
colloquiũ ei illi⁹ q̃si ignis exardescit.
Cũ aliena muliere nõ sedeas oĩno: nec
accũbas cũ ea sup cubitũ: et nõ alterce
ris cũ illa in vino ne forte declinet cor
C tuũ in illã: et sanguine tuo labaris i p
ditionẽ. Ne derelinq̃s amicũ antiquũ:
nouus eñ nõ erit similis illi. Uinũ no
uum amicus nouus. Ueterascet: et cũ
suauitate bibes illud. Nõ zeles gloriã
et opes pctõris: nõ eñ scis que futura
sit illius subuersio. Nõ placeat tibi iniu
ria iniustoꝝ: sciẽs qm̃ vsq ad inferos
nõ placebit impi⁹. Lõge abesto ab ho
mine potestatẽ habẽte occidẽdi: et non
suspicaberis timorẽ mortis. Et si ac
D cesseris ad illũ noli aliqd cõmittere:
ne forte auferat vitã tuã. Cõmunionẽ
mortis scito: qm̃ in medio laqueoꝝ in
grediеris et super dolẽtiũ arma ambu
labis. Scd̃m virtutẽ tuã caue te a pxi
mo tuo: et cũ sapiẽtibus et prudẽtibus
tracta. Uiri iusti sint tibi cõuiue: et in
timore dei sit tibi gloriatio: et in sensu
sit tibi cogitatus dei: et ois enarratio
2.reg.4.a. tua in preceptis altissimi. In manu ar
tificum opera laudabũtur: et pncipes
populi in sapiẽtia sermonis sui: i sen
su vero seniorum verbũ. Terribilis est
in ciuitate sua homo linguosus: et teme
rarius in verbo suo odibilis erit.

¶ C. X. De iudicib⁹ et regib⁹: detesta
tio auaritie et supbie: de laude timoris
dñi: de viro sensato: in labore pprij ope
ris nõ est iactãdum: de honoranda aĩa
sua: de gloria in tribulatione. Cap. x.
I Udex sapiẽs iudicabit po B
pulũ suũ: et pncipatus sen
sati stabilis erit. Scd̃m iu
dicẽ ppl'i sic et ministri ei⁹:
et qualis rector est ciuitatis
tales inhabitãtes i ea. Rex
insipiens perdet pplm suũ: et ciuitates
inhabitabũtur per sensum prudẽtiũ.
In manu dei potestas terre: et execrabi
lis ois iniquitas gentium: et vtilẽ re
ctorẽ suscitabit in tps sup illã. In ma
nu dei potestas hoĩs: super faciem scri Leui.19.c.
be imponet honorem suum. Ois iniu
rie pximi ne memineris: et nihil agas
in operib⁹ iniurie. Odibilis corã deo
est: et hominibus supbia: et execrabilis 23.q.7.c.Si
omnis iniquitas gentium. Regnum a de rebus.
gente in gẽtem transfertur propter in B
iustitias et iniurias et cõtumelias et di
uersos dolos. Auaro aũt nihil ẽ scele
stius. Quid superbis terra et cinis. Ni
hil est iniquius q̃ amare pecuniã: hic
enim et animam suã venalẽ habet: qm̃
in vita sua proiecit intima sua. Omis
potentatus breuis vita. Languor pro
lixior grauat medicum. Breuẽ lãguo
rem precidit medicus. Sicut et rex ho
die est: et cras morietur. Cum eñ mo
rietur homo hereditabit serpentes et
bestias et vermes. Initium supbie ho
minis apostatare a deo: quoniã ab eo
qui fecit illũ recessit cor eius: quoniã
initiũ omis peccati est superbia. Qui C
tenuerit illam adimplebitur maledi
ctis: et subuertet eum in finẽ. Propter
ea exhonorauit dominus conuẽtus ma
lorum: et destruxit eos vsq in finẽ. Se
des ducũ superboꝝ destruxit deus: et
sedere fecit mites p eis. Radices gen
tium superbarũ arefecit deus: et plãta
uit humiles ex ipsis gentibus. Terras
gentiũ euertit dñs: et perdidit eas vsq
ad fundamẽtũ. Arefecit ex ipsis de⁹ et
disperdidit eos: et cessare fecit memo
riam eorum a terra. Memoriã super
borum perdidit deus: et reliq̃t memo
riam humiliũ sensu. Non est creata ho D
minibus superbia: neq iracũdia na
tioni mulierum. Semen hominum ho
norabitur hoc quod timet deum: semẽ
autem hoc exhonorabitur qꝺ preterit
mãdata dñi. In medio fratrum rector

illorum in honore: et qui timent dñm
erunt in oculis illius. Gloria diuitum
honoratoꝝ: ⁊ pauperum timor dei est.
Noli despicere hominem iustũ pauperẽ:
et noli magnificare virũ peccatorẽ di
D uitẽ. Magnus est iudex ⁊ potẽs est in
honore: ⁊ non est maior illo qui timet
Pver.17.a. deũ. Seruo sensato liberi seruient: et
vir prudẽs ⁊ disciplinatus nõ murmu
rabit correptus ⁊ inscius nõ honora-
bitur. Noli extollere te in faciẽdo ope
re tuo: ⁊ noli cunctari in tpe angustie.
Pver.12.b. Melior est q̃ operatur ⁊ abũdat in om-
nibus: ꝙ qui gloriatur ⁊ eget pane. Fili
in mãsuetudine serua animã tuã: ⁊ da
illi honorẽ ſm meritũ suũ. Peccãtẽ in
I.19.b. animã suam quis iustificabit? Et quis
honorificabit exhonorãtem aĩam suã?
Pauper gloriat per disciplinam ⁊ ti-
morẽ suũ: et est homo q̃ honorificatur
ꝓpter substãtiam suã. Qui autem glo-
riatur in paupertate: quãtomagis in
substantia. Et qui gloriatur in substã-
tia paupertatem vereatur.
¶ C. S. Qd sapiẽtia exaltat nõ est iu-
dicandum ex apparentia: de homine:
de honore: de iudicio temerario: de nõ
querẽdis diuitijs: quod deus honestat
pauperẽ ⁊ premiatur: de memoria mu
lierum in diebus bonis: ⁊ de cauendis
insidijs dolosi ⁊ pestiferi. Cap. xj.



B Apientia humiliati exal-
tauit caput illius: ⁊ in me-
dio magnatorũ consedere
illum faciet. Nõ laudes vi-
rum in specie sua: neq̃ sp-
nas hoiem in visu suo. Bre
uis in volatilibus est apis: ⁊ initiũ dul
coris habet fructus illi⁹. In vestitu ne
glorieris vnq̃: nec in die honoris tui
extollaris: qm mirabilia opera altissi
mi solius: ⁊ gloriosa ⁊ absconsa ⁊ inui
sa opera illius. Multi tyrãni sederũt
in throno: et insuspicabilis portabit
dyadema. Multi potẽtes oppressi sũt
Pver.18.c. valde: ⁊ gloriosi traditi sunt in man⁹
11.q.3. cap. alterorum. Priusq̃ interroges ne vitu
coꝝ.15.qo. peres quẽq̃: ⁊ cum interrogaueris cor
8.c.scisci- ripe iuste. Priusq̃ audias ne respon-
tantibus. deas verbũ: ⁊ in medio senioꝝ ne adij
B cias loqui. De ea re que te nõ molestat
ne certeris: ⁊ in iudicio peccãtium ne
consistas. Fili ne in multis sint actus
tui: ⁊ si diues fueris nõ eris immunis
a delicto. Si em̃ secutus fueris nõ ap
prehendes: ⁊ non effugies si precucur-
reris. Est hõ laborãs ⁊ festinans ⁊ do-
lens impius: ⁊ tantomagis nõ abũda-
bit. Est homo marcidus egens recupe-
ratione: plus deficiens virtute ⁊ abũ-
dans paupertate: ⁊ oculꝰ dei respexit
illum in bono ⁊ erexit eum ab humili-
tate ipsius: ⁊ exaltauit caput ei⁹: ⁊ mi
rati sunt in illo multi et honorauerũt
deum. Bona et mala vita ⁊ mors pau-
pertas ⁊ honestas a deo sunt. Sapien
tia ⁊ disciplina et scientia legis apud
deũ: dilectio ⁊ vie bonorũ apud ipsũ.
Error ⁊ tenebre peccatoribus cõcrea-
ta sunt: qui autẽ exultant in malis con
senescũt in malo. Datio dei permanet E
iustis: et profectus illius successus ha-
bebunt in eternũ. Est qui locupletatur
parce agendo: et hec est pars mercedis
illius in eo ꝙ dicit inueni requiẽ mihi:
et nunc manducabo de bonis meis so-
lus: ⁊ nescit ꝙ tempus preteriat illũ
et mors appropinquet: ⁊ relinquat oĩa
alijs et moriatur. Sta in testamento
tuo ⁊ in illo colloquere: ⁊ in opere mã
datorum tuorum veterasce. Ne manse
ris in operibus peccatorũ. Cõfide aũt
in deo et mane in loco tuo. Facile est
em̃ in oculis dei: subito honestare pau
perem. Benedictio dei in mercede iu-
sti festinat: et in honore veloci ꝓcessus
illi⁹ fructificat. Ne dicas. Quid est mi
hi opus: ⁊ que erũt mihi ex hoc bona?
Ne dicas. Sufficiens mihi sum: et q̃d I.18.c
ex hoc pessimabor. In die bonorum ne
immemor sis malorũ: ⁊ in die maloꝝ
ne immemor sis bonorum: qm̃ facile est
coram deo i die obitus retribuere vni-
cuiq̃ ſm vias suas. Malicia hore obli- D
uionem facit luxurie magne: et in fine
hoĩs denudatio operũ illius. Ante mor-
tem ne laudes hoĩem quẽq̃: quoniã in
filijs suis agnoscitur vir. Nõ omnẽ ho
minem inducas in domum tuã: multe
enim sunt insidie dolosi. Sicut enim
eructuãt precordia fetentium: et sicut
perdix inducit in caueam: ⁊ vt caprea
in laqueum: sic ⁊ cor superboꝝ: et sicut
prospector videns casum proximi sui.
Bona em̃ in mala conuertẽs insidiat:
et in electis imponet maculã. A scin-
tilla enim vna augetur ignis: ⁊ ab vno
doloso augeẽ sanguis: homo vero pec-
cator sanguini insidiatur. Attende ti-
bi a pestifero: fabricat enim mala ne
forte inducat super te subsannationẽ
in perpetuum. Admitte ad te alienige
nam: et subuertet te in turbine: et ab-
alienabit te a vijs proprijs.

¶ C. S. De discretione dandi elemo-
sinam: de amicis et inimicis difficile
cognoscendis. Cap.xii.

A 
I benefeceris scito cui fece-
ris: et erit grā in bonis tuis
multa. Benefac iusto et inue-
nies retributionē magnā: et
si nō ab ipso certe a dn̄o. Nō
est em̄ ei bene q̄ assiduus est in malis et
elemosinas nō danti: qm̄ et altissimus
odio habet petōres: et misertus est pe-
nitentibꝰ. Da misericordi ne suscipias
peccatorem: et impijs et peccatoribus
redde vindictam custodiens eos ī diē
B vindicte. Da bono z non receperis pec
catorē. Benefac humili: z non dederis
impio. Prohibe panes illi dare: ne in
ipsis potentior te sit. Nam duplicia ma
la inuenies in omnibus bonis q̄cunq̄
feceris illi: quoniā altissimus odio hꝫ
peccatores: z impijs reddet vindictā.
Non agnoscet in bonis amicus: z non
abscōdetur in malis inimicus. In bo-
nis viri inimici illius: in tristitia et in
malicia illius amicus agnitus est. Non
C credas inimico tuo ī eternū. Sicut ei
eramentū eruginat nequitia illius. Et
.i.22.b. si humiliatus vadat curuus abijce aīm
tuum: et custodi te ab illo. Nō statues
illum penes te: nec sedeat ad dexterā
tuā: ne cōuersus stet in loco tuo: ne for
te cōuersus in locum tuū inq̄rat cathe
dram tuam: z in nouissimo cognoscas
verba mea: z in sermonibꝰ meis stimu
leris. Quis miserebitur incantatori a
serpēte percusso: z oībus q̄ appropiāt
bestijs. Sic z q̄ comitatur cū viro ini-
quo: z obuolutus est in petīs eiꝰ. Una
D hora tecū permanebit. Si aūt declina
ueris nō supportabit te. In labijs suis
indulcat inimicus: z in corde suo insi-
diatur vt subuertat te in foueam. In
oculis suis lachrimatur inimicus: z si
inuenerit tempus non satiabitur san-
guine. Et si incurrerint tibi mala: inue-
nies eum illic priorē: z quasi adiuuās
suffodiet plantas tuas. Caput suū mo
uebit et plaudebit manu: et multa su-
surrans commutabit vultum suum.

¶ C. S. Non est habenda societas cum
diuitibus z superbis: qualiter diuites
precipiunt pauperibus et multis adu
lantur. Capi.xiii.

A 
Ui tetigerit picem inq̄nabi
tur ab ea: et qui cōmunicaue
rit superbo induet super-
biam. Pondus super se tol-
lit qui honestiori se communicat. Et
ditiori te ne socius fueris. Quid com-
municabit cacabus ad ollam? Quan-
do enim se colliserint confringentur.
Diues iniuste egit et fremebit: pauper
autem lesus tacebit. Si largitus fue-
ris assumet te: et si non habueris dere-
linquet te. Si habes conuiuet tecum
et euacuabit te: et ipse non dolebit su-
per te. Si necessarius illi fueris sup-
plantabit te: et subridens spem dabit B
narrans tibi omnia bona: et dicet:
Quid opus est tibi: et confundet te in
cibis suis: donec te exinaniat bis z ter:
et in nouissimo deridebit te. Postea
videns derelinquet te: et caput suum
mouebit a te. Humiliare deo z expecta
manus eius. Attende ne seductus in
stultitia humilieris. Noli esse humilis
in sapientia tua: ne humiliatus in stul
titia seducaris. Aduocatus a poten-
tiore discede: ex hoc enim magis te ad-
uocabit. Ne improbus sis ne impin-
gueris: et ne longe sis ab eo ne eas in
obliuionem. Ne retineas ex equo lo-
qui cum illo: ne credas multis verbis
illius. Ex multa enim loquela tenta-
bit te: et subridens interrogabit te de
absconditis tuis. Immitis animus il-
lius et conseruabit verba tua: et non C
parcet de malicia et de vinculis. Caue
tibi z attende diligenter auditui tuo:
quoniā cū subuersione tua ambulas.
Audiens vero illa: quasi in somnis vi .i.27.b.
de z vigilabis. Oī vita tua dilige deū:
et inuoca illum in salute tua. Om̄e ani
mal diligit simile sibi: sic et omnis ho-
mo proximum sibi. Omnis caro ad si-
milem sibi coniungetur: et omnis ho- 2.cori.9.b.
mo simili sibi sociabitur. Sicut com-
municabit lupus agno: aliquando sic
et peccator iusto. Que communicatio
sancto homini ad canem: aut que pars
bona diuiti ad pauperem. Uenatio leo
nis onager in heremo: sic z pascua diui
tum sunt pauperes. Et sicut abomina- D
tio est supbo humilitas: sic z execratio
diuitis pauper. Diues commotus con
firmatur ab amicis suis: humilis autē
cum ceciderit expelletur et a notis. Di
uiti decepto multi recuperatores. Lo-
cutus est superba et iustificauerunt il-
lum. Humilis deceptus est insuper et
arguitur. Locutus est sensate z non est
datus ei locus. Diues locutus est z oēs
tacuerūt: et verbū illius vsq̄ ad nubes
perducēt. Pauper locutus est z dicūt.

Quis est hic? Et si offenderit subuer-
tent illū. Bona est substātia cui nō est
pctm in consciētia: ꝛ nequissima pau-
pertas i ore impij. Cor hois immutat
faciem illius: siue in bono siue i malo.
Uestigium cordis boni ꝛ faciē bonam
difficile inuenies et cum labore.

¶ C.S. De eo qui non offendit verbo:
detestatur pestē auaritie: monet bene-
facere offerēdo deo et dare ꝛ memora-
ri: quoniam mors nō tardat: de beati-
tudine viri morātis in sapia. Ca. xiiij.

A Eatus vir q̄ non est lapsus
verbo ex ore suo: et non est
stimulatus in tristicia deli
cti. Felix q̄ nō habuit ani-
mi sui tristiciā: et non exci
dit a spe sua. Uiro cupido
et tenaci sine ratiōe est substātia: ꝛ ho-
mini liuido ad q̄d aurū? Qui acceruat
ex animo suo iniuste alijs cōgregat: et
in bonis illius alius luxuriabit. Qui
sibi nequā est: cui alij bon⁹ erit. Et nō
iocūdabitur in bonis suis. Qui sibi in-
B uidet nihil est illo nequius: ꝛ hec red-
Puer. 27. c. Eccle. 1. b. ditio est malicie illius: ꝛ si benefecerit
ignoranter et non volēs facit: ꝛ in no-
uissimo manifestat maliciam suā. Ne-
quā est oculus liuidi: ꝛ auertens faciē
suam et despiciens animam suam. In
satiabilis oculus cupidi in parte iniq
tatis: nō satiabitur donec cōsumat are-
faciens animā suā. Oculus malus ad
mala ꝛ nō satiabitur pane indigēs: et
in tristitia erit super mēsam suā. Fili
si habes benefac tecū: et deo dignas ob
lationes offer. Memor esto qm̄ mors
nō tardat: ꝛ testamentū inferoꝝ q2 de-
monstratū est tibi. Testamētū enī hui⁹
C mūdi morte morietur. Ante mortē be-
nefac amico tuo: ꝛ p̄ vires tuas expor-
rigens da pauperi. Non defrauderis a
die bono: ꝛ particula boni doni non te
Esa. 40. b. pretereat. Nōne alijs relinques dolo-
Jaco. 1. b. res ꝛ labores tuos? In diuisiōe sortis
1. Pe. 1. d. da ꝛ accipe: et iustifica aīam tuā. Ante
obitum tuū operare iustitiā: qm̄ nō est
apud inferos inuenire cibū. Ois caro
sicut fenum veterascet: ꝛ sicut foliū fru
ctificans in arbore viridi. Alia generā
tur ꝛ alia deijciūtur: sic gñatio carnis
et sanguinis alia finitur et alia nasci-
tur. Oē opus corruptibile in fine defi-
ciet: ꝛ q̄ illud operatur ibit cū illo. Et
oē opus electū iustificabitur: et q̄ ope
ratur illud honorabit in illo. Beatus
vir qui in sapiētia morabitur: ꝛ q̄ in
iustitia sua meditabitur: et i sensu co-
D gitabit circūspectionem dei. Qui ex-
cogitat vias illius in corde suo et in
absconsis illius intelligēs: vadēs post
illam quasi inuestigator: ꝛ in vijs illi⁹
consistes. Qui respicit per fenestras il
lius. ꝛ in ianuis illius audiēs. Qui re
quiescit iuxta domū illi⁹: ꝛ in parieti
bus illi⁹ figēs palū. Statuet casulam
suā ad manus illi⁹: ꝛ requiescēt i casula
illius bona p̄ euū. Statuet filios suos
sub tegmine illius. et sub ramis illius
morabitur. Protegetur sub tegmine il
lius a feruore: et in gloria ei⁹ requiescet.

¶ C.S. Laus viri timētis deum. q̄ bo
na nostra a deo sunt: mala nostra non
sunt vilipendenda. Cap. xv.



Ui timet deū faciet bona: A
et q̄ cōtinēs est iustitie ap
prehendet illā: ꝛ obuiabit
illi quasi mater honorifica
ta. et quasi mulier a virgi-
nitate suscipiet illū. Ciba
bit illū pane vite et intellectus: ꝛ aqua
sapiētie salutaris potabit illū. Et fir-
mabitur in illo ꝛ nō flectetur: et cōtine
bit illū ꝛ nō confundetur: et exaltabit
illum apud proximos suos: et in medio
ecclesie aperiet os eius: et adimplebit ē. 6. d.
illū spū sapientie et intellectus: et sto- B
la glorie vestiet illū. Jocūditatē ꝛ exul
tationē thesaurizabit sup illū: et noīe
eterno hereditabit illum. Hoies stulti
nō apprehēdēt illā: ꝛ hoies sensati ob
uiabunt illi. Hoies stulti nō videbunt
eā: lōge enī abest a supbia ꝛ dolo. Uiri
mendaces nō erūt illius memores: ꝛ vi
ri veraces inuenientur in illa: et succes-
sum habebūt vsq3 ad inspectionē dei.
Nō est speciosa laus in ore peccatoris:
q2 nō est a dño missus: qm̄ a deo pfecta
est sapia. Sapie enī dei astabit laus: et C
in ore fideli abūdabit: et dñator dabit
eā illi. Non dixeris p̄ deū abest: que enī
odit ne feceris. Nō dicas ille me īplā-
nauit: nō enī necessarij sunt ei hoies i-
pij. Oē execramētū erroris odit dñs:
et nō erit amabile timētib⁹ deū. Deus
ab initio cōstituit hoiem: et reliqt illū
in manu cōsilij sui. Adiecit mādata et
precepta sua: si volueris mādata cōser- Mat. 20. c
uare cōseruabūt te: et in ppetuū fidem D
placitā seruare. Apposuit tibi aquā ꝛ
ignē: ad quod volueris porrige manū
tuā. Ante hoiem vita ꝛ mors: bonū et
malū. Qd̄ placuerit ei dabitur illi: qm̄
multa sapia dei ꝛ fortis in potētia: vi-

ps.33.c. deus oes sine intermissione. Oculi dñi
Hebre.4.b ad timentes eũ: et ipse agnoscit omnẽ
operã hominis. Nemini mandauit im
pie agere: τ nemini dedit spaciũ peccã
di. Non enĩ concupiscit multitudinem
filioꝝ infidelium et inutilium.

¶ C.S. Non iocundandũ de filijs im-
pijs: de igne vltionis domini: sicut in
vno ita τ in multis. Capitulum.xvj.

B 
Ne iocunderis in filijs im-
pijs si multiplicentur: nec
oblecteris sup ipsos si nõ
est timor dei in illis. Non
credas vite illorum: et ne
respexeris i labores eorũ.
Melior est enĩ vnus timẽs deũ: ꝙ mil-
le filij impij. Et vtile est mori sine filijs
ꝙ relinquere filios impios. Ab vno sen-
sato inhabitabit patria: τ a tribus im
j.21.b. pijs deseretur. Multa talia vidit ocu-
lus meus: τ fortiora his audiuit auris
mea. In synagoga peccantium exarde-
bit ignis: τ in gẽte incredibili exarde-
B scet ira. Non exorauerunt pro peccatis
suis antiqui gygantes q destructi sunt
confidentes sue virtuti: τ non pepercit
peregrinationi illoꝝ: sed percussit eos
et execratus est eos pre superbia verbi
illorum. Non misertus est illis gẽtem
totam perdẽs: τ extollentem se in pec
s.5.b. catis suis. Et sicut sexcenta milia pedi
tum qui cõgregati sunt in duritia cor-
dis sui: τ si vnus fuisset ceruicatus mi
rum si fuisset immunis. Mia enim et
ira ẽ cũ illo: potẽs est exoratio τ effun
dens irã ꝑm miam suã: sic correctio il-
lius hoiem ꝑm opera sua iudicat. Non
effugiet i rapina peccator: et nõ retar-
dabit sufferẽtia miam facientis. Ois
mia faciet locum vnicuiqꝫ ꝑm meritũ
operũ suoꝝ: τ ꝑm intellectum peregri
C natiõis ipsi⁹. Nõ dicas. A deo abscon-
dar: et ex summo qs mei memorabit?
In ppl'o magno non agnoscar. Que est
enĩ aia mea in tam immensa creatura?
Ecce celũ τ celi celoꝝ: abyssus τ vniuer
sa terra τ que in eis sunt in conspectu
illius commouebunt: montes simul et
colles τ fundamẽta terre: τ cũ conspe-
xerit illa deus tremore concutient. Et
in oibus his insensatũ est cor: et omne
cor intelligit ab illo: et vias illius qs
intelligit. Et procellã quã nec oculus
videbit hoĩs. Nã plurima illius opera
sunt in absconsis: sed opa iustitie eius
quis enunciabit aut quis sustinebit?
Longe enĩ est testamẽtum a quibusdã:
et interrogatio hoim in cõsummatiõe
est. Qui minorat corde cogitat inania:
et vir imprudẽs τ errans cogitat stul-
ta. Audi me fili τ disce disciplinã sen- D
sus: τ in verbis meis attende in corde
tuo: τ dicam in equitate disciplinã: et
scrutabor enarrare sapiẽtiã: τ in ꝟbis
meis attẽde i corde tuo: τ dico in eqta
te spũs: virtutes quas posuit de⁹ i ope
ra sua ab initio: et i veritate enuncio
sciẽtiã ei⁹. In iudicio dei opa eius ab
initio: τ ab institutiõe hoim ipsoꝝ di
stinxit partes illoꝝ: τ initia eoꝝ i gẽti-
bus suis. Ornauit i eternũ opa illorũ:
nec esurierũt nec laborauerũt τ nõ de-
stiterũt ab opib⁹ suis. Unusquisqꝫ pri-
mũ sibi nõ angustiabit vsqꝫ i eternum.
Non sis incredibilis verbo illi⁹. Post
hec deus in terrã respexit: et impleuit il
lam bonis suis. Anima autem omnis
vitalis denũciauit ante faciem ipsius:
et ipsa iterum reuersio illorum.

¶ C.S. Quod nullus a cognitiõe dei
absconditur: qui enim hominem crea-
uit per nationes distinxit: et rectores
dedit sine intermissione ad eos respi-
cit: de elemosyna: de penitentia et con
fessione non tardanda. Capitulũ.xvij.


Deus creauit de terra homi- A
nem: et ꝑm imaginẽ suã fe- Genes.1.b.
cit illum. Et iterũ conuer-
tit illum in ipsam: τ ꝑm se
vestiuit illum virtute. Nu-
merum dierum et tempus
dedit illi: τ dedit illi potestatem eorũ
que sunt super terram. Posuit timo-
rem illius super omnem carnem: τ do
minatus est bestiarum et volatilium.
Creauit ex ipso adiutoriũ simile sibi: Genes.2.b
consilium et linguam et oculos et au-
res et cor dedit illis excogitandi: τ di
sciplina itellect⁹ repleuit illos. Crea-
uit τ illis sciẽtiam spũs: τ sensu imple
uit cor illorum: et mala et bona osten-
dit illis. Posuit oculum ipsorũ super
corda illorum ostẽdere illis magnalia
operũ suorum: vt nomẽ sctificationis
collaudent: et gloriari i mirabilibus
illius: vt magnalia enarrent operum
eius. Addidit illis disciplinã: et leges B
vite hereditauit illos: testamẽtũ eter-
num cõstituit cũ illis: τ iustitiã τ iudi
cia sua ostendit illis. Et magnalia ho-
noris eius vidit oculus eoꝝ: τ honorẽ
vocis audierũt aures illorũ: τ dixit il
lis: attendite ab oi iniquo Et manda-
uit illis vnicuiqꝫ de proximo suo. Vie

illoꝝ corā illo sunt semꝑ: ⁊ nō sunt ab
scōse ab oculis ipsius. In vnāquāq́ʒ
gētē preposuit rectorē: ⁊ pars dei isrl̄
facta est manifesta. Et oīa opa illorum
velut sol in cōspectu dei: et oculi eius
sine intermissione: inspicientes in vijs
eorum non sunt absconsa testamenta
ꝓpter iniquitatem illoꝝ: ⁊ omnes ini
§.29.c. E quitates eoꝝ in cōspectu dei. Elemo
sina viri quasi sacculus cū ipso: ⁊ gra
tiam hoīs quasi pupillā cōseruabit: et
postea resurget ⁊ retribuet illis retri
Actu.2.d. butionē vnicuiq́ʒ in caput ipsorum: et
ꝯuertet ī inferiores partes terre. Peni
tentibus aūt dedit viam iustitie: ⁊ cō
firmauit deficiētes sustinere: ⁊ destina
uit illis sortē veritatis. Cōuertere ad
dominū ⁊ relinque peccata tua: preca
re ante faciem dn̄i: et minue offendicu
la. Reuertere ad dn̄m ⁊ auertere ab in
iustitia tua: et nimis odito execratio
nē ⁊ cognosce iustitias ⁊ iudicia dei: ⁊
sta ī sorte ꝓpositiōis ⁊ oratiōis altissi
mi dei. In partes vade seculi sctī: cū vi
D uis ⁊ dantib⁹ cōfessionem deo. Non de
De pe. di.1. moreris in errore impiorum: ante mor
§ idē. ⁊ ca. tē cōfitere. A mortuo quasi nihil perit
voluissent. confessio. Confiteberis viuēs viuus et
sanus cōfiteberis ⁊ laudabis deum: et
gloriaberis in miserationibus illius.
Quam magna mīa dn̄i: et propitiatio
illius conuertentibus ad se. Nec enim
omnia possunt esse in hominibus: qm̄
non est immortalis filius hominis: et
in vanitate malitie placuerunt. Quid
lucidi⁹ sole? Et hic deficiet. Aut quid
nequius ꝙ qđ excogitauit caro et san
guis? Et hoc arguetur. Uirtutem alti
tudinis celi ipse cōspicit: et omnes ho
mines terra et cinis.

¶ Ca. S. De magnalibus dei et homi
nis miseria erga proximum: de danda
elemosyna sine verbo malo: de ꝓuiden
do et memorando iudicio: de oratiōe
et continentia anime. Caplm̄. xviij.

A 
Ui viuit in eternū creauit
oīa simul. De⁹ solus iustifi
cabit: et manet inuict⁹ rex
in eternum. Quis sufficiet
enarrare opa illius? Quis
enim inuestigabit magna
lia eius? Uirtutem autem magnitudi
nis eius qs enunciabit? Aut quis adij
ciet enarrare misericordiam eius? Nō
est minuere neq́ʒ adijcere: nec est inueni
re magnalia dei. Cum consummauerit
homo: tunc incipiet: et cum quieuerit
operabitur. Quid est homo? et que est
gr̄a illius? Et quid est bonum: aut qđ
nequam illius? Numerus dierum ho Gene. 6.a
minum vt multum centum anni: quasi ps̄. 89.c
gutte aque maris deputati sunt. Et si B
cut calculus arene: sic exigui anni ī die
eui. Propter hoc patiēs est de⁹ ī illis:
et effundet sup nos misericordiā suā.
Uidit ꝓsumptionē cordis eoꝝ qm̄ ma
la est: et cognouit subuersionem illoꝝ
qm̄ nequā est. Ideo adimpleuit propi
tiationem suam in illis: ⁊ ostendit eis
viam equitatis. Miseratio hoīs circa
proximum suum: misericordia autem
dei super omnē carnē. Qui misericor
diā habet docet et erudit: quasi pastor
gregē suum. Misereatur excipiens do
ctrinā miserationis: et q̄ festinat in iu
dicijs eius. Fili in bonis nō des quere
lam: ⁊ in omni dato non des tristitiam
verbi mali. Nōne ardorē refrigerabit
ros. Sic et verbū melius ꝙ datū. Non
ne ecce verbum super datum bonum.
Sed vtraq́ʒ cum homine iustificato. C
Stultus acriter iproperabit: ⁊ datus 16.q.1. sic vi
indisciplinati tabescere facit oculos. ue. ⁊. c. se.
Ante iudicium para iustitiam tibi: et
anteꝙ loquaris disce. Ante languorē
adhibe medicinam: et ante iudiciū in
terroga teipsum: et in cōspectu dei in
uenies propitiationem. Ante langu
rem humilia te: et in tempore infirmi
tatis ostende conuersationem tuam.
Non impediaris orare semper: et non
verearis vsq́ʒ ad mortem iustificari: qm̄
merces dei manet in eternū. Ante ora Luce.18.a.
tionem prepara animam tuam: et noli Thessa.5.d
esse quasi homo qui tentat deū. Me §.7.c.
mento ire in die cōsummationis: ⁊ tē
pus retributionis in conuersatione fa
ciei. Memento paupertatis in tem
pore abundantie: et necessitatem pau
pertatis in die diuitiarū. A mane vsq́ʒ D
ad vesperā immutabit tempus: et hec
oīa citata in oculis dei. Homo sapiēs
in omnibus metuit: ⁊ ī diebus delicto
rū attendet ab inertia. Omnis astutus
agnoscit sapientiam: ⁊ inuenienti eam
dabit cōfessionē. Sensati in verbis et
ipsi sapienter egerūt: ⁊ intellexerūt ve
ritatem et iustitiam: ⁊ implorauerunt
prouerbia ⁊ iudicia. Post concupiscē
tias tuas nō eas: ⁊ a volūtate tua auer
tere. Si prestes anime tue concupiscē 47.di.c. vl
tias eius: faciet te in gaudiū inimicis tum.
tuis. Ne oblecteris ī turbis: nec in mo
dicis. Assidua enī est ꝯmissio illoꝝ. Ne

fueris mediocris in cōtentiōe ex feno-
re: ꝛ nō est tibi nihil in seculo. Eris eñ
inuidus anime tue.

¶ C. S. De vino ꝛ luxuria ꝛ loquacita-
te: de discretione habēda in verbis: de
differentia habenda sapiētie diuine ꝛ
humane: de hoīe cognoscēdo: de corre-
ptione sine ira. Caplm. xix.

A Operariꝰ ebriosus nō locu-
pletabit: ꝛ ꝗ spernit modi-
ca paulatim decidet. Uinū
et mulieres apostatare fa-
ciūt sapiētes: ꝛ arguūt sen-
satos: ꝛ ꝗ se iūgit fornica-
riis erit nequā. Putredo ꝛ vermes he-
reditabūt illū: ꝛ extolleť in exemplum
maius: et tolletur de numero aīa eius.
Qui credit cito leuis est corde ꝛ mino-
rabit: ꝛ ꝗ delinqͭt ī aīam suā insup ha-
B bebiť. Qui gaudet iniqͭtate denotabiť
E.10.D. et ꝗ odit correptionē minueť vita: ꝛ ꝗ
odit loquacitatem extinguit maliciā.
Qui peccat in aīam suam penitebit: ꝛ
qui iocundatur in malicia denotabiť.
Ne iteres verbum nequam et durū: et
nō minoraberis. Amico ꝛ inimico no-
li narrare sensum tuum: ꝛ si est tibi de-
lictum noli denudare. Audiet eñ te et
custodiet: ꝛ quasi defendēs pctm̄ odiet
te: ꝛ sic aderit tibi semper. Audisti ver-
bū aduersus proximum tuū: cōmoria-
tur in te fidens: qm̄ non te dirumpet.
A facie verbi parturit fatuus: tāꝙ ge-
mitꝰ partus infantis. Sagitta infixa
femori canis: sic verbum ī corde stulti.
C Corripe amicum ne forte non intelle-
xerit: ꝛ dicat non feci: aut si fecerit: ne
iterum addat facere. Corripe proximū
ne forte nō dixerit: ꝛ si dixerit ne forte
iteret. Corripe amicum: sepe enim fit
cōmissio: et nō omni verbo credas. Et
ꝗ labiť ligua sua: sʒ nō ex aīo. Quis est
eñ ꝗ nō deliquerit in lingua sua? Cor-
ripe proximū anteꝙ cōminueris: ꝛ da lo-
cum timori altissimi: qꝛ oīs sapiētia ti-
mor dei: et ī illa timere deū: et ī omni
D sapiētia dispositio legis. Et non est sa-
piētia neqͭtie disciplina: ꝛ nō est cogi-
tatus bonꝰ pctōꝝ prudētia. Est prudē-
tie nequitia: et ī ipa execratio: ꝛ est insi-
piens ꝗ minuitur sapiētia. Melior est
homo ꝗ minuiť sapientia: ꝛ deficiens
sensu in timore dei ꝙ qui abundat sen-
su ꝛ trāgrediť legem altissimi. Est so-
lertia certa: et ipsa iniqua. Et est qui
emittit verbū certū enarrās veritatē.
Et qui nequiter humiliat se: ꝛ interio-
ra eius plena sunt dolo: et est iustus ꝗ
se nimiū submittit a multa humilita-
te: ꝛ est iustus qui inclinat faciē suā et
fingit nō videre se quod ignoratū est.
Et si ab imbecillitate viriū vetetur pec-
care: si inuenerit tēpus malefaciēdi ma-
lefaciet. Ex visu cognosciť vir: ꝛ ab oc-
cursu faciei cognosciť sensatꝰ. Amictꝰ
corporis ꝛ risus dentiū: ꝛ ingressus ho-
minis enunciant de illo. Est correctio
mēdax in ira cōtumeliosi: ꝛ est iudiciū
quod nō probatur esse bonum: et est ta-
cens et ipse est prudens.

¶ C. S. De correptiōe ꝛ correpti peni-
tentia: de tacēte ꝛ loquace: de dato sa-
piētis: de gratia ꝛ dato fatui: de falsa
promissione: de mendacio: de sapiente
placente magnatis: de donis non acci-
piēdis: de sapientia abscōdita. Ca. xx.

Quam bonum est arguere ꝙ A
irasci: ꝛ cōfitentē ī oratiōe
nō phibere. Concupiscen-
tia spadonis deuirginauit
iuuenculam: sic ꝗ facit per
vim iudiciū iniquū. Quam
bonum est correptū manifestare peni-
tentiam: sic enim effugies voluntarium
peccatum. Est tacens qui inuenitur sa-
piens: et est odibilis qui procax est ad
loquendum. Est autem tacens non ha-
bens sensum loquele: ꝛ est tacēs sciens
tempus apti temporis. Homo sapiēs
tacebit vsqꝫ ad tempus: lasciuus autē
ꝛ imprudens non seruabunt tempus.
Qui multis vtitur verbis ledet aīam
suam: ꝛ qui potestatem sibi assumit in- B
iuste odietur. Et processio in malis vi-
ro indisciplinato: ꝛ est inuentio in de-
trimentum. Et datum quod nō est vti-
le: et est datū cuius retributio duplex.
Est propter gloriam minoratio: et est
ꝗ ab humilitate leuabit caput. Est qui
multa redimat modico precio: et resti-
tuens ea in septuplum. Sapiens ī ver-
bis seipsum amabilē facit: gratie autē
fatuorum effundentur. Datus insipien-
tis nō erit vtilis tibi: oculi enim illiꝰ
septēplices sunt. Exigua dabit et mul-
ta improperabit: ꝛ apertio oris illius
inflāmatio est. Hodie feneratur ꝗs et
cras expetit: ꝛ odibilis ē hō huiusmo-
di. Fatuo nō erit amicꝰ: ꝛ nō erit gra-
tia ī bonis illius. Qui eñ edunt panē
illiꝰ: false lingue sunt. Quotiēs ꝛ quā- C
ti irridebunt eū? Neqꝫ eñ qđ habendū
erat directo sensu distribuit: siľr et qđ
nō erat habēdum. Lapsus false lingue

quasi qui in pauimēto cadēs: sic casus
malorū festināter venient. Hō acharis
quasi fabula vana: ⁊ ĩ ore ĩdisciplina-
torꝝ assidua erit. Ex ore fatui reprobra
bitur parabola: nō em̄ dicit illā in tpe
suo. Est q̄ vetat̃ peccare pre inopia: et
in reqe sua stimulabit̃. Est q̄ ꝑdet aīaꝫ
suā pre cōfusione: ⁊ ab ĩprudēti ꝑsona
ꝑdet eā: ꝑsone aūt acceptione ꝑdet se.
Est q̄ pre ꝯfusione ꝓmittit amico: ⁊ lu
D cratus est cum inimicū gratis. Oppro
briū nequā ĩ hoīe mēdaciū: ⁊ in ore in-
disciplinatorꝝ assidue erit. Potior est
fur q̄ assiduitas viri mēdacis: ꝑditio-
nem aūt ābo hereditabūt. Mores ho-
minū mēdaciū sine honore: ⁊ confusio
Prover. 12.b. illorꝝ cū ipsis sine ĩtermissiōe. Sapiēs
⁊.28.c. in verbis ꝓducet seipm̄ et homo pru-
Exo. 23.a. dēs placebit magnatis. Qui operatur
Deut. 16.d. terrā suā inaltabit aceruū frugū: et q̄
j.41.c. operat̃ iustitiaꝫ ipse exaltabit̃: q̄ vero
placet magnatis effugiet iniquitatem.
Exenia et dona excecāt oculos iudicū:
et q̄si mutus in ore auertit correctiōes
eorꝝ. Sapiētia abscōsa ⁊ thesaurus in
uisus: que vtilitas in vtrisq̄? Melior
est q̄ celat insipientiam suā q̄ homo q̄
abscondit sapientiā suam.

¶ C.S. De peccatis nō cumulādis: sed fu
giēdis: de audaci lingua heretici: de cō
summatione ⁊ via peccantiū: de fatuo
et sapiēte alternatim: de maledicente
diabolum et susurrone. Cap. xxi.

A
a.5.b.

Ili peccasti: non adijcias
iterū: sꝫ ⁊ de p̄stinis deprecare
vt tibi dimittant̃. Qua-
si a facie colubri fuge ꝑctā
et si accesseris ad illa susci
piēt te. Dētes leonis den-
tes eius: interficiētes aīas hominum.
Quasi romphea bis acuta hoīs iniqui
tas: plage illius nō est sanitas. Obiur-
gatio et iniurie annullabūt substātiā:
et dom⁹ que nimis locuples est annul-
labit̃ sup̄bia: sic substātia sup̄bi eradi-
cabit̃. Deprecatio pauperis ex ore vsq̄
ad aures perueniet: ⁊ iudiciū festinato
adueniet illi. Qui odit correptionē ve
stigiū est peccatoris: ⁊ q̄ timet deū ꝯuerte
B tur ad cor suū. Notus a lōge potēs lin-
gua audaci: ⁊ sensat⁹ scit labi se ab ipo.
Qui edificat domū suā impēdiis alie-
nis: quasi qui colligit lapides suos in
hyeme. Stupa collecta synagoga pec-
cantiū: ⁊ cōsummatio illorum flamma
ignis. Via peccātiū cōplātata lapidi-
bus: et in fine illorū inferi ⁊ tenebre et
pene. Qui custodierit iustitiā ꝯtinebit
sensum ei⁹: consummatio timoris dei
sapientia ⁊ sensus. Non erudiet̃ q̄ non
est sapiens in bono. Est aūt insipiētia
q̄ abūdat in malo: et non est sensus vbi
est amaritudo. Scientia sapientis tā-
q̄ inundatio abundabit: ⁊ cōsilium il-
lius sicut fons vite ꝑmanet. Cor fatui C
quasi vas confractū: ⁊ oēm sapiētiam j.33.a.
nō tenebit. Verbū sapiēs quodcūq̄ au
dierit sciens laudabit et ad se adijciet:
audiuit luxuriosus ⁊ displicebit illi ⁊
proijciet illud post dorsum suū. Narra
tio fatui quasi sarcina ĩ via. Nam in la
bijs sensati inuenit̃ gr̃a. Os prudentis
queritur ĩ ecclesia: ⁊ verba illius cogi-
tabūt ĩ cordib⁹ suis. Tanq̄ domus ex-
terminata sic fatuo sapiētia: et sciētia
insensati inenarrabilia verba. Compe-
des ĩ pedibus stulto doctrina: et quasi
vincula manuum super manum dexte-
ram. Fatuus in risu exaltat vocē suā:
vir autem sapiens vix tacite ridebit.
Ornamentū aureū prudenti doctrina: D
⁊ q̄si brachiale in brachio dextro. Pes
fatui facilis in domū proximi: ⁊ homo
perit⁹ ꝯfundet̃ a ꝑsona potētis. Stul
tus a fenestra respiciet ĩ domū: vir au
tem erudit⁹ foris stabit. Stultitia ho
minis auscultare per ostiū: ⁊ prudens
grauabitur contumelia. Labia impru-
dentiū stulta narrabunt: verba autem
prudētiū statera pōderabunt̃. In ore
fatuorꝝ cor illorū: ⁊ in corde sapientiū
os illorꝝ. Dū maledicit impius diabolū:
maledicit ipse aīam suam. Susurro co
inquinabit aīam suā et in oīb⁹ odiet̃:
et q̄ permāserit odiosus erit: tacitus
et sensatus honorabitur.

¶ C.S. De lapidatiōe pigri: de filio ⁊
filia fatua discernēdū: qd ⁊ q̄b⁹ sit pre
dicandum: de luctu mortui ⁊ luctu fa-
tui: de non loquēdo multum cū fatuo:
et q̄ amicitiā soluāt conuicia. Ca. xxij.


N lapide luteo lapidat⁹ est B
piger: ⁊ oēs loquent̃ super
aspnationē illi⁹. De sterco
re boū lapidat⁹ ē piger: et
oīa q̄ tetigerit eū excutiet
man⁹. Confusio p̄ris est de
filio ĩdisciplinato. Filia aūt fatua ĩ de
minoratiōe fiet. Filia prudens heredi
tas viro suo: nā q̄ cōfundit ĩ ꝯtumeliā
fit genitoris. Patrem ⁊ virū cōfundit
audax: ⁊ ab impijs non minorabit̃: ab
vtrisq̄ aūt ignorabit̃. Musica ĩ luctu
importuna narratio: flagella ⁊ doctri-

na in omni tempore sapiētia. Qui do-
cet fatuum quasi qui cōglutinat testā.
Qui narrat verbum nō audienti: qua-
si qui excitat dormientē de graui som-
s.3.d.i.31. no. Cum dormiente loquitur qui enar
a.i.38.b. rat stulto sapientiā: et in fine narratio-
B nis dicit. Quis est hic? Supra mortuū
plora: defecit enim lux eius: & supra fa
tuum plora: deficit enim sensu. Modi-
cum plora supra mortuum: quoniam
requieuit. Nequissimi em̄ nequissima vita
s.12.c. sup mortē fatui. Luctus mortui septē
dies: fatui autē et impij oēs dies vite
illorum. Cum stulto ne multum loqua
ris: et cū insensato ne abieris. Serua-
te ab illo vt non molestiam habeas: et
non coinquinaberis in peccato illius.
Pro.27.a. Deflecte ab illo & inuenies requiē: et nō
accidiaberis i stultitia illi⁹. Sup plū
C bum qd grauabitur? Et qd illi aliud
nomē ꝙ fatuus? Arenā et salē et mas-
sam ferri facilius est ferre: ꝙ hoīez im
prudētem & fatuum & impium. Sicut
loramentum ligneum colligatū in fun
damento edificij nō dissoluet: sic & cor
cōfirmatū i cogitatione consilij. Cogi
tatus sensati in oī tpe vel metu nō de-
prauabitur. Sicut palee in excelsis et
cemēta sine impensa posita ꝯtra faciē
venti nō ꝑmanebūt: sic et cor timidum
in cogitatione stulti contra impetū ti-
moris non resistit. Sicut ornat⁹ areno
sus i pariete limpido: sic & cor trepidū
in cogitatiōe fatui oī tpe non metuet:
sed & q̄ in preceptis dei permanet sem
per. Pūgēs oculū deducit lacrimas:
et q̄ pūgit cor profert sensum. Mittēs
lapidē in volatilia deijciet illa: sic & q̄
D cōuitiaf amico dissoluit amicitiā. Ad
amicū & si pduxeris gladiū non despe
res: est em̄ regressus ad amicū. Si ape
ruerit os triste: nō timeas. Est em̄ con-
cordatio excepto cōuicio & iproperio:
et superbia & mysterij reuelatiōe & pla
ga dolosa. In his oib⁹ effugiet amic⁹.
Fidem posside cum amico i pauperta-
te illi⁹: vt et i bonis illius leteris. In tē
pore tribulatiōis illi⁹ permane illi fi-
delis: vt et i hereditate illius coheres
sis. Ante ignem camini vapor et fum⁹
ignis inaltaf: sic et ante sanguinē ma-
uit: sic ira ipsius gẽtes que nõ exquisie
runt eũ hereditabit. Quomodo cõuer Exo.14.c.
tit aquas in siccitatem: & siccata est ter
ra: & vie illius vijs illorũ directe sunt:
sic peccatoribus offensiones in ira ei⁹.
Bona bõis creata sunt ab initio✝: sic Als✝ eter
nequissimis bona & mala. Initiũ neces no.
sarie rei vite hoim: aqua: ignis: & ferrũ: D
sal: lac & panis similagineus: et mel et
botrus vue: & oleum & vestimentũ. Hec
omnia sanctis in bona: sic et impijs et
peccatoribus in mala cõuertent. Sũt
spiritus qui ad vindictam creati sunt:
et in furore suo confirmauerũt tormẽ-
ta sua. Et in tempore consummatiõis
effundent virtutem: et furorem eius q̃
fecit illos confundent. Ignis: grando:
fames & mors: omnia hec ad vindictã
creata sunt. Bestiarũ dentes & scorpij j.19.b.
et serpentes: & rõphea vindicans in ex j.40.b.
terminium impios. In mandatis eius
epulabuntur: & super terram in neces-
sitate preparabũtur: & in temporibus
suis non preterient verbũ. Propterea
ab initio confirmatus sum & consilia-
tus sum: et cogitaui et scripta dimisi.

Omnia opa dñi bona: et oē opus hora
sua subministrabit. Non est dicere: hoc
I. eodem. illo nequius est. Oia em̄ in tpe suo cōpro
babuntur. Et nūc in oī corde ꝛ ore col
laudate et benedicite nomen domini.
¶ C. S. De occupatione magna et gra
ui iugo: et de omni hominum miseria:
de transitu glorie et superbie impioꝝ:
de benedictione iustorum: de peroga-
tiua timoris domini. Capitulum. xl.



A Ccupatio magna creata ē
oib⁹ hoib⁹: ꝛ iugum graue
sup filios adā a die exitus
de ventre matris eorū vsq;
in diem sepulture in ma-
trem omniū. Cogitatiōes
eoꝝ ꝛ timores cordis adinuētiōes ex-
pectationis: et dies finitionis a presi-
Als.✝ resi- dente. dente✝ sup sedē gloriosam vsq; ad hu
miliatū in terrā ꝛ cinerē ab eo q̄ vti-
tur hyacintho et portat coronam vsq;
ad eum qui cooperitur lino crudo. Fu
ror: zelus: tumult⁹: fluctuatio ꝛ timor
mortis: iracundia perseuerās et cōten
tio: et in tempore refectiōis in cubili
somnus noctis immutat sciētiā eius.
als.✝ nō hꝫ autem. Modicū autē✝ tanq̄ nihil in reqe: et
ab eo i somnis q̄si in die respect⁹. Con
B turbatus est in visu cordis sui: tanq̄ q̄
euaserit in die belli. In tpe salutis sue
exurrexit: ꝛ admirās ad nullū timorē
cū oī carne ab hoīe vsq; ad pecus: ꝛ su
per peccatores septuplū. Ad hec mors
sanguis: ꝯtentio ꝛ romphea: oppssio-
Genes. 7. b nes: fames et cōtritio: ꝛ flagella. Sup
j. 41. b. iniquos creata sunt hec oīa: ꝛ ꝑpter il
14. q. 2. c. in los fact⁹ est cataclysmus. Oia em̄ q̄ de
ecclesiastico. terra sunt i terrā ꝯuertent: ꝛ aq̄ oēs in
mare cōuertent. Omne munus ꝛ iniq-
tas delebitur: ꝛ fides in seculū stabit.
Substātie iniustoꝝ sicut fluuius sicca
als.✝ siccabitur. bunt✝: ꝛ sicut tonitruū magnū in plu
uia personabūt. In aperiendo manus
C suas letabitur: sic ꝑuaricatores in con
summatiōe tabescēt. Nepotes impio-
rū nō multiplicabūt ramos: ꝛ radices
immūde sup cacumē petre sonāt. Su-
als.✝ escā. per oēm✝ aquā viriditas: ꝛ ad orā flu
minis ante omne fenū euelletur. Gra
sicut paradisus in bñdictiōib⁹: et mia
in seculo ꝑmanet. Uita sibi sufficiētis
operarij condulcabit: ꝛ in ea inuenies
thesaurū. Edificatio ciuitatis confir-
mabit nomen: ꝛ sup hāc mulier imma
culata ꝯputabit. Uinū ꝛ musica letifi-
cāt cor: ꝛ sup vtraq; dilectio sapiētie.
Tibie ꝛ psalteriū suauē faciunt melo-
diā: ꝛ sup vtraq; lingua suauis. Grām
et speciē desiderabit oculus tuus: ꝛ su
per hec virides satiōes. Amic⁹ ꝛ soda
lis in tpe ꝯueniētes: ꝛ sup vtrosq; mu
lier cū viro. Fratres in adiutorium in D
tpe tribulationis: et super nos mia li-
berabit. Aurū ꝛ argentū ꝛ constitutio
pedū: ꝛ sup vtrūq; consiliū beneplaci-
tū. Facultates ꝛ virtutes exaltāt cor: ꝛ
sup hec timor dñi. Nō est in timore dñi
minoratio: ꝛ nō est in eo inquirere ad-
iutoriū. Timor dñi sicut paradisus be
nedictiōis: ꝛ sup omnē gloriā operue-
rūt illū. Fili in tēpore vite tue ne indi
geas. Melius est em̄ mori q̄ indigere.
Uir respiciēs in mensam alienā: nō est
vita eius in cogitatiōe victus. Alit em̄
aiam suam cibis alienis. Uir aūt disci al✝ discretus.
plinatus✝ et eruditus custodiet se. In
ore imprudentis condulcabit inopia:
et in ventre eius ignis ardebit.
¶ C. S. De memoria mortis ꝛ iudicij:
de perditione impioꝝ: de bono nomi
ne curando: de sapientia publicanda:
monet a diuersis vitijs abstinere: de fu
gienda muliere. Capitulum. xli.



Mors q̄ amara est memo A
ria tua homini✝ pacē ha- als.✝ iniusto et.
bēti i substātijs suis: viro
quieto ꝛ cuius vie directe
sunt in oībus: et adhuc va
lēti accipere cibū. O mors
bonum est iudicium tuum homini idi
gēti: et qui minoratur viribus defecto
etate: ꝛ cui de omnibus cura est ꝛ icre-
dibili qui perdit sapiētiam. Noli me-
tuere✝ iudicium mortis. Memento q̄ al✝ timere
ante te fuerunt: ꝛ q̄ superuentura sunt
tibi. Hoc iudiciū a domino omni car-
ni: ꝛ que superuenient tibi in benepla
cito altissimi: siue decem siue cētum si-
ue mille anni. Non est enim in inferno B
accusatio vite. Filij abominationū fi- 56. dist. c. si.
unt filij peccatorum: et q̄ cōuersantur
secus domos impiorum. Filiorum pec
catorū periet hereditas: ꝛ cū semine il
loꝝ assiduitas opprobrij. De patre im 2. q. 7. c. q̄ri
pio q̄runtur filij: qm̄ ꝑpter illū sunt in tur.
opprobrio. Ue vobis viri impij q̄ dereli-
q̄stis legē dñi altissimi. Et si nati fueri
tis i maledictiōe nascemini: si mortui
fueritis i maledictiōe erit pars vestra.
Oia q̄ de terra sunt i terrā conuertē- I. 40. b.
tur: sic impij a maledicto in ꝑditionē. 13 q. 2. c. in
Luctus hoīm in corpore ipsoꝝ: nomē ecclesiastico.
autem impioꝝ delebitur. Curā habe
de bono nomine: hoc enim magis per-

C
11. q. 1. c. volo. in prin. per guido. Prouerb. 22. .20. a. als ÷ occultus.

manebit tibi ꝙ mille thesauri magni
⁊ p̄ciosi. Bone vite numer⁹ dierꝫ: bonū
aūt nomē ꝑmanebit in euū. Disciplinā
in pace ꝯseruate filij. Sapīa eīm abscō
dita ⁊ thesaur⁹ inuisus ÷: q̄ vtilitas in
vtrisq̄. Melior est hō q̄ abscōdit stul
titiā suā: ꝙ hō q̄ abscōdit sapiām suā.
Uerūtñ reuertimini ī his q̄ ꝓcedūt de
ore meo. Nō est eīm bonū oēm irreuerē
tiā obseruare: ⁊ nō oīa oībus benepla
D
cēt in fide. Erubescite a p̄re et a matre
de fornicatiōe: ⁊ a p̄sidēte ⁊ a potēte
de mēdacio: a ꝑncipe ⁊ a iudice de de
licto: a synagoga et plebe de iniq̄tate:
a socio ⁊ amico de iniustitia ⁊ de loco
in q̄ habitas: de furto de veritate dei ⁊
testō: de discubitu in panib⁹ ⁊ ab offu
scatiōe dati ⁊ accepti: a salutantib⁹ de
silētio: a respectu mulieris fornicarie:
Luce. 14.
et ab auersiōe vultus cognati. Ne auer
tas faciē tuā a ꝓximo tuo: ⁊ ab auferē
do partē ⁊ nō restituēdo. Ne respicias
mulierē alieni viri: et ne scruteris an
cillā eius neq̄ steteris ad lectum eius.
als ÷ nō habet caue.
Caue ÷ ab amicis de sermonib⁹ impro
perij: ⁊ cū dederis ne impꝓperes.

¶ C. S. De nō publicatione sermonis
absconditi: de personarū nō acceptio
ne: ⁊ de quibusdā vitijs particularib⁹:
de filia luxuriosa custodiēda: et fugien
do mulierū consortio. Capitulū. xlij.

A



On duplices sermonē au
ditus de reuelatiōe sermo
nis absconditi: ⁊ eris vere
sine confusiōe: et inuenies
grām in cōspectu omniū
hominū. Ne ꝓ his omni
bus confundaris: et ne accipias perso
nam vt delinquas. De lege altissimi et
testamēto: et de iudicio iustificare im
piū: de verbo sociorum ⁊ viatoꝝ: et de
datiōe hereditatis amicoꝝ: de equali
tate stathere et ponderū: de acquisitio
ne multorū ⁊ paucorū: de corruptione
emptionis ⁊ negociatorū: et de multa
disciplina filiorū et seruo pessimo la
tus sanguinare. Super mulierem ne
B
quam bonū est signū. Ubi manus mul
te sunt claude: et quodcūq̄ trades nu
mera et appende: datū vero ⁊ acceptū
omne describe. De disciplina insensati
et fatui: ⁊ de seniorib⁹ q̄ iudicātur ab
adolescētib⁹: et eris eruditus in oīb⁹:
et probabilis in cōspectu oīm virorū.
Filia patris abscōdita ē: vigilia ⁊ sol
licitudo eius aufert somnū ne forte in
adolescētia sua adultera efficiat: et cū

viro commorata odibilis fiat: neq̄quā
do polluatur in virginitate sua: et in
paternis suis grauida inueniatur: ne
forte cum viro cōmorata transgredia
tur: aut certe sterilis efficiatur. Sup ī. 26. b.
filiam luxuriosam confirma custodiā:
neq̄n faciat te in opprobriū venire ini
micis: a detractiōe in ciuitate et abie
ctiōe plebis: ⁊ cōfundat te in multitu
dine populi. Omni homini noli inten C
dere ī specie: et in medio mulierū noli
cōmorari. De vestimētis eīm ꝓcedit ti
nea: et a muliere iniq̄tas viri. Melior
est eīm iniquitas viri ꝙ mulier benefa
ciēs: ⁊ mulier cōfundēs in opprobriū.
Memor ero igitur operū dñi: ⁊ q̄ vidi
annūciabo in sermonib⁹ dñi opa eius.
Sol illuminans ꝑ oīa respexit: et glīa
dñi plenū est opus ei⁹. Nōne dñs fecit
sctōs enarrare oīa mirabilia sua: q̄ cō
firmauit dñs omps stabilis in gloria
sua. Abyssum ⁊ cor hominū inuestiga D
uit ÷: ⁊ in astutia eorū excogitauit ÷. als ÷ inuestigabit.
Cognouit eīm dñs oēm scientiā: et in Als ÷ excogitabit.
spexit in signū eui: annūcians q̄ p̄terie
rūt ⁊ q̄ superuētura sunt: reuelās vesti
gia occultoꝝ. Nō p̄terit illum oīs cogi
tatus: ⁊ nō abscōdit se ab eo vllus ser
mo. Magnalia sapie sue decorauit q̄
est ante sclm ⁊ vsq̄ in seculū: neq̄ adie
ctū est neq̄ minuet: et nō eget alicuius
consilio. Quā desiderabilia oīa opera
eius: ⁊ tanq̄ scintilla que ÷ est conside als ÷ q̄.
rare. Omnia hec viuunt ⁊ manēt in se
culū: et in omni necessitate omnia ob
audiunt ei. Omnia duplicia vnū cōtra
vnū: et nō fecit quicq̄ deesse. Unuiscu
iusq̄ ꝯfirmabit bona. ÷ Et q̄s satiabi al ÷ deficiet ⁊ q̄s sciens cōfirmabit fortitudinem eius.
tur videns gloriam eius.

¶ C. S. Annunciat mirabilia dei: lau
dat creatorem: et in laude eius dicit se
deficere. Capitulum. xliij.

A



Ltitudinis firmamentum
pulchritudo eius est: spēs
celi ī visiōe glorie. Sol in
aspectu annuncians in ex
itu: vas admirabile opus
excelsi. In meridiano exurit terrā: ⁊ in
ꝯspectu ardoris ei⁹ q̄s poterit sustine
re. Fornacē custodiens in operibus ar
doris. Tripliciter sol exurēs montes:
radios igneos exsufflans: ⁊ refulgēs ra
dijs suis obcecat oculos. Magnus do
minus qui fecit illum: et in sermonib⁹
ei⁹ festinauit ÷ iter. Et luna in omni al ÷ festinat.
bus in tēpore suo: ostensio temporis ⁊
signum eui. A luna signum diei festi; in

minare q̄d minuit̄ in consummatione. Mēsis s̄m nomē ei⁹ est crescēs: mirabiliter + in ɔsummatiōe. Uas castrorum in excelsis: i firmamēto celi respōdēs gloriose. Species celi gl'ia stellarum: mūdū illuminās in excelsis dn̄s. In v̄bis scti + stabūt ad iudiciū: τ nō deficient in vigilijs suis. Uide arcum τ benedic eū + q fecit illū. Ualde speciosus est in splēdore suo. Gyrauit celū in circuitu gl'ie sue: man⁹ excelsi aperuerunt illū. Imperio suo accelerauit niuē: τ accelerat chorusćatiōes emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri: τ euolauerūt nebule sicut aues. In magnitudine sua posuit nubes: τ cōfracti sunt lapides grādinis. In cōspectu ei⁹ commouebunt̄ mōtes: τ in voluntate eius aspirauit nothus. Uox tonitrui ei⁹ verberauit + terram: tēpestas aquilonis et cōgregatio spūs: τ sicut auis deponēs ad sedēdū aspgit niuē: τ sicut locusta demergēs descēsus eius. Pulchritudinem cādoris + ei⁹ admirabit̄ oculus: τ sup imbrē ei⁹ expauescit cor. Gelu sicut salē effundet sup terrā: et dū gelauerit fiet tanq̄ cacumina tribuli. Frigid⁹ vētus aquilo flauit: τ gelauit crystallus ab aqua. Sup oēm cōgregationē aquarū reqescet: τ sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit mōtes τ exuret desertū: et extinguet viride sicut ignē. Medicina oīm in festinatiōe nebule: et ros obuiās ab ardore veniēti humilem efficiet eum. In sermone ei⁹ siluit vētus τ cogitatiōe sua placabit abyssum: τ plātauit illū dn̄s iesus. Qui nauigant mare enarrant pericula eius: τ audiētes auribus nr̄is admirabimur. Illic p̄clara opera et mirabilia: varia bestiarū genera τ omniū pecorū τ creatura beluarū +. Propter ipsum confirmatus + est itineris finis: et i sermone eius ɔposita sunt oia. Multa dicim⁹ et deficimus in verbis: cōsummatio autem sermonū ipse est. In oib⁹ gloriantes: ad q̄d valebimus? Ipse enim oipotens sup oia opera sua. Terribilis dominus τ magnus vehementer: τ mirabilis potentia ipsius. Glorificātes dominū q̄ntūcūq̄ potueritis supervalebit adhuc: et admirabilis magnificentia eius. Benedicētes dn̄m exaltate illum q̄tū potestis: maior enim est omni laude. Exaltantes eū replemini virtute. Ne laboretis: nō enim comprehēdetis +. Quis videbit eū et enarrabit: et quis magnificabit eū sicut est ab initio +? Multa abscondita sunt maiora his. Pauca em̄ vidim⁹ operum ei⁹. Omnia autē dominus fecit: τ pie agētibus dedit sapientiam.

Margin: B — Als+ admirabilit̄. — Als+ sanctis. — als+ nō hz cum. — Als+ verberabit. — E — Als+ coloris. — D — als+ bestiarum. — Als+ consummat⁹. — ps.95. — Als+ perveniētis. — Als+ principio.

¶ C.S. Laudat generaliter viros gloriosos: de laudibus enoch: noe: abrahā: isaac et iacob. Capitulū.xliiij.

Laudemus viros gl'iosos: τ parētes nr̄os in gn̄atione sua. Multam gloriā fecit dn̄s: magnificētia sua a seculo. Dn̄antes in potestatibus suis: hoīes magni virtute et prudentia sua prediti: nūciātes in p̄phetis dignitatē p̄phetarū: τ imperātes i p̄senti populo: τ virtute prudentie p̄p̄lis sctissima verba. In peritia + sua requirētes modos musicos: τ narrātes carmina scripturarū. Hoīes diuites in virtute pulchritudinis studiū habentes: pacificātes in domibus suis. Oēs isti in generatiōib⁹ gētis sue gloriā adepti sunt: τ in dieb⁹ suis habent̄ in laudib⁹. Qui de illis nati sunt reliquerūt nomē narrādi laudes eorum. Et sunt quorum nō est memoria. Perierūt quasi q̄ nō fuerint: τ nati sunt quasi non nati: τ filij eorū cum ipsis. Sed illi viri mie sunt: quorum pietates nō defuerunt. Et cū semine eorum permanet + bona hereditas: τ nepotū ipsorum semē in testamēto stetit: τ filiorū ipsorum semē propter illos vsq̄ in eternū manent +. Semē eorum et gloria eorū non derelinquetur. Corpora ipsorū in pace sepulta sunt: τ nomen eorū viuet in generatiōe τ generationē +. Sapiētiā ipsorum narrēt populi: τ laudē eorū nunciet ecclesia. Enoch placuit deo et trāslatus est i paradisum: vt det gētibus sapiētiā. Noe inuētus est pfectus iustus: τ in tp̄e iracūdie factus est recōciliatio. Ideo dimissum est reliquū terre cū factū est diluuiū. Testamenta seculi posita sunt apud illum: ne deleri possit diluuio omnis caro. Abrahā magnus pater multitudinis gētiū: τ non est inuentus similis illi in gloria. Qui cōseruauit legē excelsi: et fuit in testamento cū illo. In carne eius stare fecit testamētū +: τ in tentatione inuentus est fidelis. Ideo iureiurādo dedit illi gloriā i gēte sua: crescere illū quasi terre cumulum: et vt + stellas exaltare semen ei⁹: τ hereditare illos a mari vsq̄ ad mare: et a flumine vsq̄ ad termi-

Margin: A — Als+ peritia. — B — Als+ perseuerat bona hereditas τ nepotum. — C — Als+ manet. — Als+ gl'ationes τ generatiōes. — ñ.30.d. — Gen.5.c. — Hebr.11.b. — Gene.6.b. — Hebr.11.a. — Gen.17.a. — Gen.22.c. — Heb.11.d. — Als+ firmamentū. — D — als+ sicut.

nos orbis terre. Et isaac eodē modo fe
cit ꝓpter abraā p̄re eius. Bn̄dictionē
als + terra rum. oīm + gētiū dedit illi dn̄s: et testm̄ suū
ↄfirmauit super caput iacob. Agnouit
eū i bn̄dictiōib⁹ suis: ꝛ dedit illi here
ditatē: ꝛ diuisit illi partē in tribubus
duodeci. Et ↄseruauit illi hoīes mīe i
Als + conspectu. uenientes grām i oculis + oīs carnis.
¶ Ca. S. De laudibus moysi et aaron
et phinees. Capitulum. xlv.

A



Dilect⁹ deo ꝛ hoib⁹ moyses:
cui⁹ memoria in bn̄dictiōe
est. Similē illū fecit i glīa
sctoꝝ: ꝛ magnificauit eū in
timore inimicorum: et in
verbis suis monstra placa
uit. Glorificauit illū i ↄspectu regum:
Exo. 11. a. ꝛ iussit illi corā pp̄lo suo: ꝛ ostēdit illi
gloriā suā. In fide ꝛ lenitate ipsi⁹ san
ctum fecit illum: ꝛ elegit eum ex oī car
ne. Audiuit em̄ eum ꝛ vocē ipsius: ꝛ in
als + nube. duxit illū i + nubē. Et dedit illi cor ad
p̄cepta: ꝛ legē vite ꝛ disciplīe docere ia
cob testamentū suū: ꝛ iudicia sua isrl̄.
Als + eius Excelsum fecit aarō fratrem + suū. Et
B similē sibi de tribu leui. Statuit ei te
stamētū eternū: ꝛ dedit illi sacerdotiū
gētis: ꝛ beatificauit illū in glīa. Et cir
cūcinxit eū zona iustitie: ꝛ induit eū sto
lam glīe: ꝛ coronauit eū in vasis virtu
Exo. 28. f. tis. Circumpedes + ꝛ femoralia: ꝛ hu
als + circū pedilea. merale posuit ei: ꝛ + cinxit illum tinti
nabulis aureis plurimis in gyro: dare
als + circū cinxit. sonitū in incessu suo: auditū facere so
nitū i tēplo i memoriā filiis gētis sue.
Stolam sanctā auro ꝛ hyacintho et
purpura op⁹ textile: viri sapiētis iudi
cio ꝛ veritate p̄diti. Torto cocco opus
artificis gēmis p̄ciosis figuratis i liga
Als + opa. tura auri et opere + lapidarij sculptis
in memoriā: s̄m numerū tribuū israel.
Corona aurea sup̄ mitrā eius expres
sa signo sanctitatis: et gloria honoris
ꝛ opus virtut̄: desiderio oculoꝝ orna
ta. Sic pulchra ante ip̄m nō fuerūt ta
als + origi nem. lia vsq ad orīētē +. Nō est indutus illa
alienigena aliq̄s: s₃ tm̄ filij ipsius soli:
C ꝛ nepotes eius p̄ oē tēpus. Sacrificia
Als + consumpta. ipsius consummata + sunt igni quoti
die. Cōpleuit moyses manus ei⁹: ꝛ vn
Leui. 8. b. xit illū oleo sancto. Factū est illi in te
stamētū eternū et semini ei⁹ sicut dies
celi: fungi sacerdotio et habere laudē:
als + glorificauit. et glorificare + populū suum in nomi
ne suo. Ip̄m elegit ab omni viuente of
ferre sacrificium deo incēsum: ꝛ bonū
odorem in memoriam placare pro po

pulo suo. Et dedit illi i preceptis suis
potestatē i testamētis iudicioꝝ: doce
re iacob testimonia: et i lege sua lucem
dare isrl̄. Qꝛ cōtra illū steterūt alieni: Nu. 16. a.
ꝛ ꝓpter inuidiā circūdederūt illum ho
mines i deserto q̄ erāt cū dathā ꝛ abi
ron: ꝛ congregatio chore in iracundiā.
Uidit dn̄s de⁹ ꝛ nō placuit illi: et con
sumpti sunt in ip̄etu iracūdie. Fecit il
lis monstra: ꝛ ↄsumpsit illos i flamma
ignis. Et addidit aarō gloriā et dedit
illi hereditatē: ꝛ p̄mitias frugū + ter Als + fructuum.
re diuisit illi. Panē ipsi⁹ i p̄mis para
uit i satietatē: nā et sacrificia dn̄i edēt D
q̄ dedit illi ꝛ semini ei⁹. Ceterū inter als + in terra gens.
gētes + nō hereditabit: et pars non est
illi i gēte. Ip̄e est em̄ pars ei⁹: ꝛ heredi
tas. Phinees fili⁹ eleazari terti⁹ i glo
ria imitādo eū i timore dn̄i +: et stare Als + dei.
in reuerētia gētis: i bonitate ꝛ alacri Num. 25. c.
tate aīe sue placuit deo israel. Ideo sta
tuit illi + testamētū pacis ꝛ principez Als + ad illum.
sanctorū ꝛ gentis sue: vt sit illi et semi
ni eius sacerdotij dignitas i eternum.
Et testamentū dauid regi filio iesse de
tribu iuda: hereditas ipsi ꝛ semini ei⁹
vt daret sapiētiā i cor nostrū iudicare
gentem suam in iustitia: ne abolerētur
bona ipsorum: ꝛ gloriam ipsorū in gē
tem eorum eternam fecit.
¶ C. S. De laudibus iosue caleb et sa
muelis. Capitulum. xlvi.

B



Fortis in bello iesus naue
successor moysi i ꝓphet: q̄
fuit magn⁹ s̄m nomē suū:
maximus i salutē electorū
dei: expugnare insurgētes
hostes vt ↄsequeret here
ditatem israel. Quam gloriā adeptus
est extollēdo man⁹ suas: ꝛ iactādo cō
tra ciuitates rōphea. Quis ante illū
sic restitit? Nam hostes ipse dominus
percussit. Aut non in iracundia ei⁹ im
peditus est sol: ꝛ vna dies facta est qua
si duo. Inuocauit altissimum potentē Josue. 10. c.
in oppugnādo inimicos vndiq: ꝛ au
diuit illum magnus ꝛ sanctus deus in
saxis grandinis virtutis valde fortis.
Impetum fecit cōtra gentem hostilē:
et in descensu perdidit cōtrarios vt co
gnoscant gentes potentiam eius: quia
contra deum + pugnare non est facile: B
et secutus est a tergo potentes. Et in Als + dn̄m
diebus moysi miam fecit ipse et caleb Num. 14. a.
filius iephone: stare cōtra hostē ꝛ p̄hi
bere gētē a peccatis: ꝛ ↄstringere murmur
malicie. Et ipsi duo cōstituti a pericu

ho liberati sunt a numero sexcentorum
miliū peditū: inducere illos in heredi
Josue.14. tatē in terrā q̄ manat lac τ mel. Et de
dit dn̄s illi caleb fortitudinē τ vsq; in
senectutē p̄mansit illi virtus: vt ascēde
ret in excelsum terre locū: τ semē ipsi⁹
obtinuit hereditatē. Et viderunt oēs
filii israel: q2 bonū est obseq̄ sctō deo.
C Et iudices singuli suo noīe quorū non
est corruptū cor: q̄ nō auersi sunt a dn̄o
vt sit memoria illorū in bn̄dictiōe. Et
ossa eorum pullulāt de loco suo: et nomē
Als.+ per eorum p̄manet in eternū permanēte + ad
manens. filios illorum sanctorum virorū glia. Dile
ctus a dn̄o deo tuo samuel p̄pheta dn̄i
renouauit imperiū: τ vnxit p̄ncipes in
26.q.5.c. gente sua. In lege dn̄i cōgregationē iu
nec mirum. dicauit τ vidit deū iacob: τ in fide sua
in p̄n̄i. a na p̄batus est p̄pheta. Et cognitus est in
tiuitate. v̄bis suis fidelis: q2 vidit deū + lucis.
D Et inuocauit dn̄m oipotētē i oppugnā
Als.+ dn̄m do hostes circūstantes vndiq;: in obla
Als.+ im tiōe viri inniolati +. Et itonuit de ce
molati. lo dn̄s: τ in sonitu magno auditā fecit
vocē suā: τ cōtriuit p̄ncipes tyriorum et
1.reg.7.c. oēs duces philistijm. Et ante tp̄s finis
1.reg.12.a. vite sue τ seculi testimoniū p̄buit in
ɔspectu dn̄i et xp̄i. Pecunias τ vsq; ad
calciamēta ab omni carne nō accepit:
et nō accusauit illū homo. Et post hec
Als.+ ob dormiuit + τ notum + fecit regi: τ ostē
dormiuit. dit illi finem vite sue: et exaltauit vo
als.+ vocē. cem eius de terra in prophetia delere
impietatem gentis.

¶ C.S. De laudibus nathan: dauid e t salomonis: τ interfectione golie: de roboam īprudētia τ hierobo. i idolatria q̄ fecit peccare israel. Capl'm.xlvij.

A

Ost hec surrexit nathā p̄phe
ta in diebus dauid. Et quasi
als.+ hz est adeps separat⁹ + a carne: sic
dauid a filijs isrl'. Cū leoni
bus lusit quasi cū agnis: τ in
vrsis sic̄r fecit sicut i agnis ouiū in iu
1.regū.17.f. uētute sua. Nunqd nō occidit gigātē:
et abstulit opprobriū de gēte. In tollē
do manū in saxo funde deiecit exulta
tionē golie: vbi inuocauit deū oipoten
tem. Et dedit i dextera ei⁹ tollere ho
minē fortē i bello: τ exaltare cornu gē
tis sue. Sic i decē milib⁹ glorificauit
eū: τ laudauit eū i bn̄dictionib⁹ dn̄i in
offerēdo illi coronā glorie. Contriuit
em̄ inimicos vndiq;: τ extirpauit phi
listijm ɔtrarios vsq; i hodiernum diē.
1.reg.18.b. Cōtriuit cornu ipsorum vsq; i eternū. In
B oi opere dedit ɔfessionē sctō: τ excelso
in verbo glie. De oi corde suo laudauit
dn̄m: τ dilexit eū q̄ fecit illū: τ dedit il
li cōtra inimicos potentiā. Et stare fe
cit cātores cōtra altare: τ in sono eorum
dulces fecit modos +. Et dedit in cele Als.+ mo
bratiōib⁹ decus: τ ornauit tēpora vsq; dulos.
in cōsummationē vite: vt laudarēt no
men sanctū dn̄i: et amplificarent mane
dei sctitatē. Christus + purgauit pctā als.+ sp̄us.
ipsius: τ exaltauit in eternū cornu ei⁹. 2.reg. 12.d.
Et dedit illi testamentū regni +: et se Als.+ regū
dem glorie i israel. Post ip̄m surrexit Als.+ reqe
filius sensatus: τ propter illū + deiecit uit in lati
omnē potentiā inimicorū. Salomon tudine.
imperauit in dieb⁹ pacis: cui subiecit C
deus oēs hostes vt cōderet domū i no
mine suo τ pararet sctitatē i sempiter
nū: quēadmodū erudit⁹ est i iuuētute
sua. Et iple tus est q̄si flumē sapiētia:
et terram retexit aia sua. Et replesti in
cōparatiōib⁹ enigmata: ad isulas lōge
diuulgatū est nom[illegible] suū: τ dilect⁹ es in
pace tua. In cātilen[illegible] puerbus τ cō
paratiōib⁹ et interp[illegible]tiōib⁹ mirate
sunt terre: τ i noīe dn̄i dei + cui est co Als.+ non
gnomē de⁹ isrl'. Collegisti q̄si auricbal hz dei.
cum aurū: τ vt plumbū cōplesti argen
tum: τ iclinasti femora tua mulierib⁹.
Potestatē habuisti in corpe tuo. Dedi 3.reg.11.a.
sti maculā i gloria tua: τ p̄phanasti se
men tuū īducere iracūdiā ad liberos
tuos: τ in ceteris stultitiā tuā: vt face
res imperiū bipartitū: τ et ephraim + als.+ ephrē
imperare iperiū durū. De⁹ aūt nō dere D
linquet miām suā τ nō corrūpet nec de
lebit opa sua: neq; pdet a stirpe nepo
tes electi sui: et semen eius qui diligit
dn̄m nō corrumpet. Dedit aūt reliquū
iacob τ dauid de ip̄a stirpe. Et finē ha
buit salomō cum patrib⁹ suis. Et reli 3.reg.12.c.
quit post se de semine suo gētis stulti
tiā: et minutū a sua prudētia roboam
qui auertit gentē consilio suo: τ hiero
boam filiū nabath q̄ peccare fecit isrl':
et dedit viam peccādi ephraim: et plu
rima redūdauerūt peccata ipsorum. Ual
de em̄ auerterunt illos a terra sua. Et
quesiuit omnes nequitias vsq; dū per
ueniret ad illos defensio: et ab omni
bus peccatis liberauit eos.

¶ C.S. De laudibus helie τ helisei: Ezechie et Esaie. Capitulum.xlviij.


T surrexit helias propheta A
quasi ignis: τ verbum ipsius 3.reg. 17.b.
quasi facula ardebat. Qui in
duxit in illos famē: τ imitā
tes illum inuidia sua pauci

Al's + tabe facti + sunt. Non em̃ poterant sustine-
facti. re pcepta dñi. Uerbo dñi ɔtinuit celũ:
et deiecit a se ignẽ terre. Sic amplifi-
catus est helias in mirabilib⁹ suis. Et
qs pōt siſr sic gl'iari tibi? Qui sustuli-
al's + susci- sti + mortuum ab inferis de sorte mor-
tasti. tis i verbo dñi dei. Qui deiecisti reges
ad pniciẽ et cõfregisti facile potẽtiam
ipsorum: ⁊ gloriosus de lecto suo. Qui
Al's + cho- audisti in sina iudicium: ⁊ in oreb + iu-
reb. dicia defensionis? Qui vngis reges ad
al's + potẽ penitẽtiã +: et prophetas facis succes-
tiam. sores post te. Qui recept⁹ es i turbine
3.reg.19.c. ignis: in curru equorũ igneorum. Qui
4.reg.2.b. inscriptus es in iudicijs tẽporũ lenire
B iracundiã dñi: ɔciliare cor patris ad fi-
lium et restituere tribus iacob. Beati
Al's + au- sunt q̃ te viderunt +: et i amicitia tua
dierunt. decorati sunt. Nam nos vita viuimus
tm̃: post mortẽ aũt nõ erit tale nomen
al's + vect⁹ nostrũ. Helias q̃ in turbine tect⁹ + est:
et in heliseo cõpletus est spũs eius. In
dieb⁹ suis nõ pertimuit principem: et
potẽtia nemo vicit illum. Nec supera-
uit illũ verbũ aliquod: et mortuũ pro-
4.reg.13.d. phetauit corpus eius. In vita sua fecit
Al's + sua. mõstra: ⁊ in morte + mirabilia opera-
C tus est. In oib⁹ istis nõ penituit pplo:
⁊ nõ recesserũt a pctis suis vsq; dũ ab-
iecti sunt de terra sua: et dispersi sunt
in oẽm terrã: ⁊ relicta est gẽs perpau-
ca: et princeps in domo dauid. Quidã
ipsor fecerũt qđ placeret deo: alij aũt
multa cõmiserũt pctã. Ezechias muni-
uit ciuitatẽ suam: et induxit in mediũ
ipsius aquã: ⁊ fodit ferro rupẽ: et edi-
4.reg.18.c. ficauit ad aquã puteũ. In dieb⁹ ipsius
ascẽdit sennacherib: ⁊ misit rapsacem
et sustulit manũ suã cõtra illos: ⁊ extu-
lit manũ suã in sion: et superb⁹ factus
est potẽtia sua. Tunc mota sunt corda
⁊ manus ipsorũ: ⁊ doluerũt quasi par-
D turiẽtes mulieres. Et inuocauerũt do-
minũ misericordẽ: ⁊ expandentes ma-
nus suas extulerunt ad celũ: ⁊ sanctus
4.reg.19.g. dñs de⁹ audiuit cito vocẽ ipsorũ. Non
est cõmemoratus pctõr illor: neq; de-
dit illos inimicis: sʒ purgauit illos in
al's + subie- manu esaie prophete scti. Deiecit + ca-
cit. stra assyriorũ: ⁊ cõtriuit illos angelus
Al's + dei. dñi +. Nã fecit ezechias quod placuit
deo: et fortiter iuit in viam dauid pa-
tris sui: quã mandauit illi esaias pro-
pheta magnus et fidelis in cõspectu
Al's + dñi. dei +. In diebus ipsius retro rediit sol
4.re.20 b. et addidit regi vitã +. Spũ magno vi-
Al's + viã. dit vltima: ⁊ cõsolatus est lugentes in
sion vsq; in sempiternum. Ostendit fu-
tura et abscondita anteq̃ euenirent.

¶ Ca. XLIX. De laudibus iosie: de immu-
nitate trium regum a peccato ceteror
regũ: de persecutione hieremie: de lau-
de ezechielis ⁊ duodecim prophetarũ:
de laudibus zorobabel: neemie: enoch:
ioseph: seth ⁊ sem: qui gloriam adepti
sunt super omnes in origine adam.

Capitulum. xlix.



Emoria iosie in ɔpositiõe A
odoris facta op⁹ pigmẽta-
rij. In oĩ ore q̃si mel indul-
cabit ei⁹ memoria: ⁊ vt mu-
sica in ɔuiuio vini. Ipse est
direct⁹ diuinit⁹ in penitẽ-
tia gẽtis: ⁊ tulit abominatiões impieta-
tis. Et gubernauit ad dñm cor ipsius:
et i dieb⁹ pctõr corroborauit pietatẽ.
Preter dauid ⁊ ezechiã ⁊ iosiã: oẽs re- B
ges pctm̃ ɔmiserũt: nã reliquerũt legẽ
altissimi reges iuda: ⁊ ɔtẽpserũt timo-
rẽ dei. Dederunt em̃ regnũ suũ alijs: et
gloriã suã alienigene gẽti. Incẽderunt
electã ciuitatẽ scitatis: ⁊ desertas fe-
cerũt vias ipsi⁹ i manu hieremie. Nam
male tractauerũt illũ q̃ a vẽtre matris
cõsecrat⁹ est ppheta: euertere ⁊ eruere
et pdere ⁊ iterũ edificare et renouare.
Ezechiel q̃ vidit conspectũ glorie quã C
ostẽdit illi in curru cherubin. Nã ɔme-
morat⁹ est inimicor i ymbre: bñfacere
illis q̃ ostẽderũt rectas vias. Et duode-
cim pphetarum ossa pullulãt de loco
suo: nã corroborauerunt iacob ⁊ rede-
merũt se in fide virtutis sue. Quõ am-
plificemus zorobabel: nã et ipse q̃si si-
gnũ in dextra manu israel. Et iesum fi-
liũ iosedech. Qui in dieb⁹ suis edifica-
uerũt domum et exaltauerunt templũ
sanctum dño: paratũ in gloriã sempi-
ternã. Et neemias in memoria multi D
temporis qui erexit nobis muros euer-
sos: et stare fecit portas ⁊ seras: q̃ ere-
xit domos nras. Nemo natus est in ter-
ra qualis enoch: nã ⁊ ipse receptus est
a terra. Et ioseph qui natus est homo
princeps fratrum: firmamẽtũ gentis:
rector fratrum: stabilimẽtum populi:
et ossa ipsius visitata sunt: ⁊ post mor-
tem pphetauerunt. Seth ⁊ sem apud
hoies gloriã adepti sunt: et sup omnẽ
animam in origine adam.

¶ Cap. L. Laus simonis onie filij: de
duab⁹ gẽtibus quas odit: ⁊ de tertia q̃
nõ est gens: de nomine scriptoris et de
laude huius operis. Capitulum. l.



B Simon onie filius sacerdos
magnus: q̄ in vita sua suf-
fulsit domum: et in diebus
suis corroborauit tēpluz.
Templi etiā altitudo ab
ipso fundata est duplex edi
ficatio: ⁊ excelsi parietes tēpli. In die-
als + suis. bus ipsius + emanauerūt putei aqua-
rū: ⁊ quasi mare adimpleti sunt supra
modū. Qui curauit gentē suā: ⁊ libera
uit eā a perditiōe. Qui p̄ualuit ampli
ficare ciuitatem: qui adeptus est glo-
riam in conuersatione gētis: ⁊ ingres-
als + in ingressu. sum + dom⁹ et atrij āplificauit. Qua-
si stella matutina in medio nebule: et
q̄si luna plena in diebus suis lucet. Et
q̄si sol refulgēs: sic ille effulsit in tēplo
dei. Quasi arcus refulgens inter nebu-
las glorie: et quasi flos rosarū in die-
bus vernis: ⁊ quasi lilia que sunt ī trā-
situ aque: et quasi thus redolēs in die-
bus estatis. Quasi ignis effulgens: et
quasi thus ardens in igne. Quasi vas
auri solidū ornatum omni lapide pre
B ciosō. Quasi oliua pullulās: et cupres-
Als + altitudinem. sus in altitu- inē + se extollēs. In acci
piēdo ipsum stolam glorie: ⁊ vestiri eū
in cōsummatione virtutis. In ascensu
altaris sancti gloriam dedit sanctita-
tis amictum. In accipiendo autē par-
tes de manu sacerdotum: et ipse stans
iuxta aram. Circa illū corona fratrū:
et quasi plantatio cedri in monte liba
no: sic circa illum steterunt quasi rami
palme: ⁊ omnes filij aarō ī gloria sua.
Oblatio autem domini in manib⁹ ip-
sorum coram omni synagoga israel: et
consummatione fungens in aram: am-
C plificare oblationem excelsi regis por
als + in. rexit manum suam in libatione: ⁊ liba
uit de + sanguine vue. Effudit ī funda
mento altaris odorem diuinum excel-
als + productilibus. so principi. Tunc exclamauerunt filij
aaron: in tubis ductilibus + sonuerūt:
et auditam fecerūt vocem magnam in
memoriam coram dn̄o. Tūc omnis po
pulus simul properauerunt: et cecide-
runt in faciem super terrā adorare do
minum deum suum: ⁊ dare preces om-
nipotenti deo excelso. Et amplificaue-
als + auct⁹ runt psallētes in vocibus suis: ⁊ in ma
gna domo fact⁹ + est sonus suauitatis
plenus. Et rogauit populus dominuz
excelsum in prece vsq̄ dum perfectus
est honor domini: et munus suum per-
fecerūt. Tunc descendens manus suas
extulit in omnem congregationem fi-
liorum israel dare gloriā deo a labijs
suis: et ī nomine ipsius gloriari. Et ite
rauit orationem suam: volens ostende D
re virtutez dei. Et post rursum + plus als + nō hz post rursū.
orauit deum omnium qui magna fecit
in omni terra: q̄ auxit dies nr̄os a ven
tre matris nostre: ⁊ fecit nobiscum s̄m
suam mi̇am. Det nobis iocūditatē cor
dis: et fieri pacem in diebus nostris in
israel p̄ dies sempiternos: credere isrl̄
nobiscū esse dei misericordiā: vt libe
ret nos + ī dieb⁹ suis. Duas gētes odit als + eos.
anima mea: tertia autem non est gens
quā oderim. Qui sedent in monte seir
et philistijm: ⁊ stultus populus qui ha
bitat in sichimis. Doctrinā sapiētie et
discipline scripsit ī codice isto: iesus fi
li⁹ sirach hierosolymita q̄ renouauit
sapientiam de corde suo. Beatus q̄ in
istis versatur bonis: qui ponit illa in
corde suo: sapiens erit semper. Si em̄
hec fecerit ad omnia valebit: quia lux
dei vestigium eius est.

¶ Oratio iesu filij sirach. Capitulū. li.

Confitebor tibi dn̄e rex: et B
collaudabo te deū saluato
rem meū. Cōfitebor nomi-
ni tuo: qm̄ adiutor et pro-
tector fact⁹ es mihi: ⁊ libera
sti corpus meū a p̄ditione:
a laqueo lingue inique: ⁊ a labijs ope-
rantiū mendaciū: et in cōspectu astan-
tiū factus es mihi adiutor. Et libera-
sti me s̄m multitudinem mie noīs tui
a rugientibus preparatis ad escam: de
manibus querentium animam meam:
et de portis tribulationum + que cir- als + multis tribulationibus.
cundederūt me: a pressura flamme que
circundedit me: et in medio ignis non
sum estuatus. De altitudine vētris in-
feri: et a lingua coinquinata ⁊ a verbō
mendacij: a rege iniquo et a lingua in-
iusta. Laudabit vsq̄ ad mortem anima D
mea dn̄m: et vita mea appropinquans
erat ī inferno deorsum. Circūdederūt
me vndiq̄: ⁊ non erat q̄ adiuuaret. Re
spiciens erā ad adiutoriū hoim ⁊ non
erat. Memoratus sum mie tue dn̄e: et
cooperationis tue q̄ a seculo sunt: qm̄
eruis sustinentes te dn̄e: ⁊ liberas eos
de manib⁹ gētiū. Exaltasti super terrā
habitationē meā: et pro morte defluen
te deprecatus sum. Inuocaui dominū
patrem dn̄i mei: vt nō derelinquat me
in die tribulationis mee: ⁊ in tempore
superborū sine adiutorio. Laudabo no
men tuū assidue: ⁊ collaudabo illud in

cōfessiōe:⁊ exaudita est oro mea. Et li
Als+ eri= berasti+me de pditiōe:⁊ eruisti me de
puisti. tpe iniq. Propterea cōfitebor ⁊ laudē
dicā tibi: ⁊ bñdicā nomen dñi. Cū ad=
al+oberrē huc iunior sum prius oberrarē+: q̄siui
sapiētiā palā i orone mea. An tps po=
stulabā p illa: ⁊ vsq; i nouissimis inq=
C rā eā: ⁊ florebit tāq̄ pcox vua. Letatū
est cor meū i ea: ābulauit pes me⁹ iter
rectū: a iuuētute mea inestigabā eā. In
clinaui modice aurē meā: ⁊ excepi illā.
Multā inueni i meipo sapiam: ⁊ mul
tū pfeci i ea. Danti mihi sapiam dabo
gloriā. Cōsiliat⁹ sum em̄ vt facerē illā:
zelatus sum bonū ⁊ nō ɔfundar. Collu
ctata ē aia mea i illa: ⁊ i faciēdo eā cō=
firmat⁹ sum. Man⁹ meas extēdi in al
tū: ⁊ i sapia ei⁹ luxit aia mea: ⁊ ignorā
tias meas illūinauit. Aiam meā dire=
als+agni= xi ad illā: ⁊ i agnitiōe+ inueni eā. Posse
tionem. di cū ipa+ cor ab initio: ppter hoc nō
al+ ipsis. dereliquar. Uēter me⁹ ɔturbat⁹ ē q̄rē=
do illā: ppterea bonā possidebo pos=
Als+ eru= sessionē. Dedit em̄ mihi dñs linguā+
ditam. mercedē meā: ⁊ in ipa laudabo eū. Ap
D propiate ad me idocti: ⁊ ɔgregate vos
in domū disciplinę. Quid adhuc retar
datis? Et qd dicitis in his? Aie vrē si=
Esa. 55. a. tiūt vehemēter. Apui os meū ⁊ locut⁹
sum. Cōparate vobis sine argēto sapiē
tiā: ⁊ collū vrm subiicite iugo ei⁹: ⁊ su
scipiat aia vra disciplinā. In pxio est
J. 9. b. em̄ inuenire eā. Uidete ocl'is vris: q̄r mo
dicū laboraui: ⁊ inueni mihi multā re
quiē. Assumite disciplinā i multo nu=
mero argēti: ⁊ copiosum aurū posside
te in ea. Letet aia vra in mia eius: ⁊ nō
confundemini in laude ipsius. Opera
mini opus vestrū ante tps: ⁊ dabit vo
bis mercedē vestram in tempore suo.

¶ Explicit liber ecclesiasticus.

¶ Incipit oratio salomonis.



Et iclinauit salomō genua
sua i ɔspectu totius ecclie
isrl: ⁊ apuit man⁹ suas ad
3. Reg. 8. c. celū. Et dixit. Dñe de⁹ isrl
nō est silis de⁹ i celo sursum
neq; in terra deorsum q cu
stodis testm̄ tuum: ⁊ miam pueris tuis
euntibus in ɔspectu tuo in toto corde
seruās puero tuo dauid q locut⁹ es il=
li: ⁊ locut⁹ es in ore tuo: ⁊ in manu tua
impleisti quasi dies iste. Et nūc dñe de⁹
isrl custodi puero tuo dauid pri meo
q locut⁹ es illi: dicēs. Nō deerit tibi vir
a facie mea sedēs in throno isrl. Verū=
tñ si custodierint filij tui legē meā: et in
pceptis meis ambulēt: sicut ambulaue
rūt in ɔspectu meo fideles. Et nūc dñe
de⁹ israel creditū est verbū qd locutus
es puero tuo dauid: qm̄ si vere habita=
bit de⁹ cū hoib⁹ in terra. Si celū ⁊ celi
celorū nō sufficiūt tibi: quātomagis do
mus hec quā edificaui. Sed respicias
ad orationē serui tui: ⁊ depcationē ei⁹:
vt exaudias dñe placationē orationis
quā puer tuus orat coram te hodie: vt
sint oculi tui sup domū hāc die ac no=
cte: in locū quē dixisti inuocare nomē
tuū. Et exaudias orationē quam puer
tuus orat in hoc loco: ⁊ exaudias pca=
tionē pueri tui ⁊ ppli tui israel: si ora
uerint in loco isto: et exaudias in loco
habitatiōis de celo: ⁊ exaudias ⁊ ppi=
tius sis si peccauerit vir in te.

¶ Explicit oratio salomonis.

¶ Incipit prologus i esaiam pphetā.

Nemo cū pphetas versib⁹ viderit
esse descriptos: metro eos esti=
met apud hebreos ligari: et aliqd sile
habere de psalmis vel+ opib⁹ salomo Als+. et.
nis. Sz qd i demosthene ⁊ tullio solet
fieri: vt p cola scribant et comata qui
vtiq; psa ⁊ nō versibus ɔscripserūt+. al+ scripse
Nos q̄z vtilitati legētiū puidētes in= runt.
terpretationē nouā nouo scribēdi gne
distinximus. Ac pmū de esaia sciēdū qd
in sermone suo disert⁹ sit: qppe vt vir
nobilis et vrbane elegātie: nec habens
qcq̄+ in eloqo rusticitatis admixtum. al+ qppiā
Unde+ accidit vt pre ceteris florē ser als+ inde.
monis ei⁹ translatio nō potuerit cōser=
uare. Deinde etiā hoc adiiciēdū q nō
tam ppheta dicēdus sit q̄ euāgelista.
Ita em̄ vniuersa xpi ecclieq; mysteria
ad liquidū psecut⁹ est: vt nō putes eū
de futuro vaticinari: sed de pteritis hi
storiam texere. Unde cōiicio noluisse
tūc tēporis septuaginta interpretes fi
dei sue sacramēta pspicue ethnicis p=
dere ne scm̄ canib⁹ et margaritas por
cis darēt: q cum hāc editionē legeritis
ab illis animaduertetis abscondita.
Nec ignoro quanti laboris sit prophe=
tas intelligere: nec facile quempiā pos
se iudicare de interpretatiōe: nisi intel=
lexerit ante q legerit. Nos quoq; pate
re morsib⁹ plurimorū: que stimulante
inuidia: qd consequi non valent despi
ciunt. Sciens ergo et prudens in flam

Alias fastidiosis. mam mitto manũ. Et nihilominus hoc a fastidiosis + lectoribus precor: vt quõ greci post septuaginta trãslatores aquilã et symmachũ et theodotionẽ legũt: vel ob studiũ doctrine sue: vel vt septuaginta magis ex collatione eorum intelligãt: sic et isti saltẽ vnũ post priores habere dignent interpretẽ. Legant prius et postea despiciãt: ne videant nõ ex iudicio: sed ex odij presumptione ignorata dãnare.
Alias israel. Prophetauit aũt esaias in hierusalem + et in iudea: necdũ decẽ tribubus in captiuitatẽ ductis: ac de vtroque regno nũc commixtim: nũc separatim texit oraculũ. Et cũ interdũ ad presentẽ respiciat historiã: et post babylonie captiuitatẽ reditum populi significet in iudeã: tñ ois eius cura de vocatiõe gẽtiũ et de aduẽtu xpi est. Quẽ quãto plus amatis o paula et eustochiũ tanto magis ab eo petite: vt pro obtrectatiõe presenti qua me indesinẽter emuli laniãt: ipse mihi mercedẽ restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrine lingue eruditiõe sudasse: ne iudei de falsitate scripturarũ ecclesijs eius diutius insultarent.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Esaias in hierusalẽ nobili genere ortus est ibique pphetauit. Sub manasse rege sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub quercu rogel iuxta transitũ aquarũ: quas olim ezechias rex iacto obstruxerat puluere.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Esaias ppheta.



¶ C. S. Visio esaie: sermo de ira dñi cõtra iudeã et hierlm pp peccata sua: de cessantibus et reprobatis solẽnitatibus: de futuro lauacro quo peccata lauantur: de increpatione hierlm pp spiritualẽ meretricium. Capi. j.



Visio esaie filij amos A
quã vidit super + iudã et hierusalẽ in diebus ozie ioathã achaz et ezechie regum iuda. Alias + contra
Audite celi et auribus percipe terra: qm dñs locutus est. Filios enutriui et exaltaui: ipsi aũt spreuerũt me. Cognouit bos possessorem suũ: et asinus presepe dñi sui: israel aũt me nõ cognouit: et pplus meus non intellexit. Ve gẽti peccatrici: populo graui iniquitate: semini nequã: filijs sceleratis. Dereliquerunt B
dñm: blasphemauerũt sanctum israel: abalienati sunt retrorsum. Super quo 6.q.1.c. verum.
percutiã vos vltra addẽtes preuaricationem? Omne caput languidũ et omne cor merẽs. A plãta pedis vsque ad verticem nõ est in eo sanitas. Vulnus et liuor et plaga tumens: nõ est circũligata nec curata medicamine neque fota oleo.
Terra vestra deserta: ciuitates vestre C
succẽse sunt igni. Regionem vestrã coram vobis alieni deuorant: et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia sion vt vmbraculum in vinea: et sicut tugurium in cucumerario: et sicut ciuitas que vastatur. Nisi dñs Ro.9.f.
exercituũ reliquisset nobis semẽ: quasi sodoma fuissemus et quasi gomorra similes essemus. Audite verbum dñi principes sodomorũ: percipite auribus legẽ dei vestri populus gomorre. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dixit dñs. Plenus sum. Holocausta arietum et adipẽ pinguiũ: et sanguinẽ vitulorum et agnorũ et hyrcorum nolui. Cũ D
veneritis + ante cõspectum meum quis Alias + veniretis.
quesiuit hec de manibus vestris: vt ambularetis in atrijs meis. Ne offeratis Hiere. 6.c.
vltra sacrificiũ frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias nõ feram. Iniqui sunt cetus vestri. Calendas vestras Amos.5.f.
et solẽnitates vestras odiuit aia mea. Hiere. 6.c.
Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis: et cum multiplicaueritis orationem nõ exaudiam. Manus enim + vestre sanguine plene sunt. Lauamini mũdi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit dominus. Si fue- j.59.c. Alias + non habet em. E De pe. di. 3. c. lauamini Dist. 87. c. defensiõis.

rint peccata vestra vt coccinum: quasi
nix dealbabuntur: et si fuerint rubra si
cut vermiculus: velut lana alba erunt.
[Al's + non habet me.] Si volueritis et audieritis me + bona
terre comedetis. Quod si nolueritis et me
ad iracundiam prouocaueritis: gladius
deuorabit vos: quia os domini locutum
F est. Quomodo facta est meretrix ciui-
[8 7. di. c. efficies. i fine.] tas fidelis: plena iudicij? Iustitia ha-
bitauit in ea: nunc autem homicide. Ar-
gentum tuum versum est in scoriam: vi
num tuum mixtum est aqua. Principes tui
infideles socij furum. Omnes diligunt mu
nera: sequuntur retributiones. Pupil-
lo non iudicant: et causa vidue non ingre-
[Hiere. 5. g.] ditur ad illos. Propter hoc ait domi-
[Al's + non habet ego.] nus deus exercituum fortis israel. Heu
ego + consolabor super hostibus meis:
et vindicabor de inimicis meis. Et con
uertam manum meam ad te: et exco-
quam ad purum scoriam tuam: et conferam
omne stannum tuum: et restituam iudices
G tuos vt fuerunt prius: et consiliarios
tuos sicut antiquitus. Post hec vocabe
ris ciuitas iusti: vrbs fidelis. Sion in
[Al's + iustitiam.] iudicio redimetur: et reducent eam in
iustitia +. Et conteret scelestos + et pec-
[Al's + sceleratos.] catores simul: et qui dereliquerunt do-
minum consumentur. Confundentur
[Ro. 9. d.] enim ab idolis quibus sacrificauerunt.
Et erubescetis super hortis quos ele-
[Al' + paradisus.] geratis cum fueritis velut quercus de-
fluentibus folijs: et velut hortus + abs-
que aqua. Et erit fortitudo vestra vt fa-
uilla stuppe: et opus vestrum quasi
scintilla: et succendetur vtrumque simul: et
non erit qui extinguat.

¶ C. S. De morte christi et eius passione:
de aductu eius: de reprobatione iudeo-
rum: et exaltatione christi. Cap. ij.

A
[Miche. 4. a.]



Verbum quod vidit esaias fi-
lius amos super iudam et hie-
rusalem. Et erit in nouissi-
[Al's + verticem.] mis diebus preparatus mons
domus domini in vertice + mon
tium: et eleuabitur super col
[Al's + et.] les. Et fluent ad eum omnes gentes: et ibunt
populi multi: et dicent. Venite + ascen
damus ad montem domini: et ad domum dei
iacob: et docebit nos vias suas: et am-
bulabimus in semitis eius: quia de sion
B exibit lex et verbum domini de hieru-
[Miche. 4. b.] salem. Et iudicabit gentes: et arguet po
pulos multos. Et conflabunt gladios
suos in vomeres et lanceas suas in fal-
ces. Non leuabit gens contra gentem
gladium: nec exercebuntur vltra ad pre

lium. Domus iacob venite et ambule-
mus in lumine dei + nostri +. Proieci [Al's + domine.]
sti enim populum tuum domum iacob: [Al's + non habet nostri.]
quia repleti sunt vt olim: et augures ha-
buerunt vt philistijm: et pueris alienis
adheserunt. Repleta est terra argento
et auro: et non est finis thesaurorum eius.
Et repleta est terra eius equis: et innu- C
merabiles quadrige eius. Et repleta est
terra eius idolis. Opus manuum sua-
rum adorauerunt quod fecerunt digiti
eorum. Et incuruauit se homo: et humilia
tus est vir. Ne + ergo dimittas + eis. In [Al's + non.]
gredere in petram et abscondere in fossa [Al's + dimittam.]
humo a facie timoris domini: et a glo-
ria maiestatis eius. Oculi sublimis ho
minis humiliati sunt: et incuruabitur
altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus
solus in die illa: quia dies domini exercituum
super omnem superbum et excelsum +: et [Al's + non habet et excelsum.]
super omnem arrogantem et humilia-
bitur: et super omnes cedros libani subli
mes et erectas: et super omnes quercus
basan: et super omnes montes excelsos: et
super omnes colles eleuatos: et super omnem
turrim excelsam: et super omnem murum
munitum: et super omnes naues tharsis:
et super omne quod visu pulchrum est. Et in D
curuabitur omnis + sublimitas hominum: [Al's + non habet omnis.]
et humiliabitur altitudo virorum. Et
eleuabitur dominus solus in die illa: et ido
la penitus conterentur. Et introibunt
in speluncas petrarum: et in voragines
terre a facie formidinis domini: et a gloria
maiestatis eius: cum surrexerit percu-
tere terram. In die illa proiiciet homo [I. 31. b.]
idola argenti sui: et simulacra auri sui
que fecerat sibi: vt adoraret talpas et
vespertiliones. Et ingredietur scissu-
ras + petrarum: et in cauernas saxorum [Al's + fissuras.]
a facie formidinis domini: et a gloria ma-
iestatis eius: cum surrexerit percutere [Luce. 23. a.]
terram. Quiescite ergo ab homine cuius
spiritus in naribus eius est: quia excel
sus reputatus est ipse.

¶ C. S. De homine christo quod auferet
a iuda omnem potentiam qua preua-
lebant in peccatis: et omnem ornatum
superbie. Capi. iij.



Ecce enim dominator dominus [A]
exercituum auferet ab hie
rusalem et a iuda validum et
fortem. Omne robur panis:
et omne robur aque et fortem et
virum bellatorem et iudi-
cem et prophetam et ariolum et senem
principem super quinquaginta: et ho-

notabilē vultu ⁊ cōsiliariū ⁊ sapientē
de architectis: ⁊ prudentē eloquij my-
stici. Et dabo pueros principes eoꝝ: et
Al's + irruet effeminati dn̄abūtur eis. Et corruet +
ppl's vir ad virū: et vnusquisq̃ ad ꝓxi
mum suū. Tumultuabit puer contra
senē: ⁊ ignobilis cōtra nobilē. Appre-
hendet em̄ vir fratrē suū domesticū pa
tris sui: et dicet. Uestimentum tibi est:
princeps esto noster: ruina aūt hec sub
B manu tua. Respōdebit q̃ in die illa di-
cens. Nō sum medicus: ⁊ in domo mea
non est panis neq̃ vestimentum. Noli-
te cōstituere me principem ppl'i. Ruit
Al's + non habet em̄. em̄ + hierl'm et iudas cecidit: quia lin-
gua eoꝝ et adinuētiones eorum cōtra
dnm: vt puocarent oculos maiestatis
eius. Agnitio vultus eoꝝ respondebit
eis: et peccatū suū quasi sodoma predi
cauerunt nec abscōderūt. Ue aie eoꝝ:
qm̄ reddita sunt eis mala. Dicite iusto
quoniam bene: qm̄ fructū adinuētio-
num suarū comedet. Ue impio in ma-
C lum. Retributio em̄ manuum eius fiet
ei. Populum meum exactores sui spo-
liauerunt: et mulieres dominate sunt
eis. Popule meus qui te beatū dicunt
ipsi te decipiunt: et viam gressuū tuoꝝ
Luce.21.f. dissipant. Stat ad iudicādum dn̄s: et
stat ad iudicādos populos. Dn̄s ad iu
dicium veniet cum senib⁹ populi sui:
et principibus eius. Uos enim depasti
estis vineā meam: et rapina pauperis
Al's + affligitis. in domo vestra. Quare atteritis + po-
pulum meū: et facies pauperū cōmoli
Al's + confunditis. tis + dicit dn̄s exercituū. Et dixit dn̄s
deus. Pro eo ꝙ eleuate sunt filie sion:
D et ambulauerūt extento collo ⁊ nutib⁹
oculoꝝ ibant: et plaudebant et ambu-
Al's + in. labant + pedibus suis: et cōposito gra
du incedebāt: decaluabit dn̄s verticem
filiarū sion: et dn̄s crinem earū nuda-
bit. In die illa auferet dn̄s ornamentū
calciamētoꝝ et lunulas: et torques et
Al's + non habet et. monilia et armillas ⁊ mitras + et di-
scriminalia et periscelides ⁊ murenu-
las ⁊ olfactoriola ⁊ inaures et anulos
et gemmas in fronte pendentes: et mu
Al's + pallia. tatoria et palliola + et linthea mina et
acus et specula et syndones et vittas ⁊
theristra. Et erit ꝓ suaui odore fetor:
et pro zona funiculus: et pro crispanti
crine caluiciū: ⁊ ꝓ fascia pectorali cili
tium. Pulcherrimi quoq̃ viri tui gla-
dio cadent: et fortes tui in ꝑlio. Et me
rebunt atq̃ lugebunt porte eius: et de-
solata in terra sedebit.

¶ C. S. De septē ecclesijs: de magnifi-
centia domini: et lauacro spirituali:
et protectione ecclesie. Capi. iiij.

Et apprehendēt septe mu- A
lieres virū vnum in die illa
dicētes. Panē nostrū come
demus ⁊ vestimentis nr̄is
operiemur: tm̄modo inuo
cetur nomē tuū super nos:
aufer opprobriū nr̄m. In die illa erit
germē dn̄i in magnificētia et gloria: et
fructus terre sublimis: ⁊ exaltatio his
qui saluati fuerit de israel. Et erit ois
qui relictus fuerit in sion et residuus
in hierusalē: sanctus vocabit ois qui
scriptus est i vita in hierl'm. Si ablue B
rit dn̄s sordes + filiarū sion: ⁊ sangui- Al's + sordē
nem hierl'm lauerit de medio ei⁹ i spū
iudicij ⁊ spū ardoris. Et creabit + dn̄s Al's + creauit.
super omnē locum mōtis sion: ⁊ vbi i-
uocatus est nubē per diem et fumum ⁊
splendorem ignis flāmantis in nocte.
Super omnem enim gloriā ꝓtectio: ⁊
tabernaculum + erit inumbraculo diei Al's + vmbraculum.
ab estu: et in securitatem et absconsio-
nem a turbine et a pluuia.

¶ C. S. De christo ⁊ vinea eius: predi-
catur reprobatio ipsius vinee propter
diuersas iniquitates: damnatur ebrie-
tas cum voluptate: de vocatione gen-
tium ad salutem. Cap. v.

Cantabo dilecto meo can- A
ticum patruelis mei vinee
sue +. Uinea facta est dile- Al's + dē vinea sua.
cto meo: i cornu filio olei.
Et sepiuit + ea ⁊ lapides al's + sepsit
elegit ex ea: et plātauit vi- Hiere.2.d.
neā electā. Et edificauit turrim in me Mat.21.d.
eum: et reuelabit terra sanguinē suū:
et non operiet vltra interfectos suos.
¶ C.S. De iudicio et īteritu diaboli:
de spina dom⁹ ⁊ vinea sua: de p̄dicatio
ne aplo⁊: de fide gentiū. Caplm̄.xxvij.
A IN die illa visitabit dñs in
gladio suo duro: ⁊ grandi
et forti: sup leuiathan ser-
pentē vectem: ⁊ sup leuia-
than serpentē tortuosum:
et occidet cetum q̄ in mari
est. In die illa vinea meri cantabit ei.
Ego dñs q̄ seruo eam: repente ppina-
bo ei: ne forte visitetur contra eam: no
cte et die seruo eam: indignatio nō est
B mihi. Quis dabit me spinam et veprē?
In prelio gradiar super eam: succēdā
eā pariter. An potius tenebo fortitu-
dinem meā. Faciet pacē mihi: pacem
faciet mihi. Qui ingrediuntur impetu
a iacob efflorebit ⁊ germinabit israel:
et implebūt faciem orbis semine. Nun
C quid iuxta plagam percutiētis se per-
cussit eū? Aut sicut occidit interfectos
eius: sic occisus est. In mensura contra
mensuram cum abiecta fuerit iudica-
bit eam: meditatus est ī spiritu suo du
ro per diē estus. Idcirco super hoc di-
mittetur iniquitas domui iacob: ⁊ iste
omnis fructus: vt auferatur peccatum
eius. Cum posuerit omnes lapides al-
taris sicut lapides cineris allisos: non
stabunt luci et delubra. Ciuitas enim
munita desolata erit: speciosa relinq̄-
tur et dimittetur quasi desertum. Ibi
pascef vitulus ⁊ ibi accubabit: ⁊ cōsu-
D met summitates ei⁹. In siccitate mes-
sis illius conterētur: mulieres venien-
tes et docentes eam. Non est enim po-
pulus sapiens: propterea non miserē-
bitur eius qui fecit eum: et qui forma-
uit eum non parcet ei. Et erit in die il-
la percutiet dominus ab alueo fluminis
vsq3 ad torrētem egypti: et vos cōgre-
gabimini vnus et vnus filii israel. Et
erit ī die illa clāgetur in tuba magna:
et venient qui perditi fuerant de terra
assyriorum: et qui eiecti erant de terra
egypti: et adorabūt dominum in mon
te sancto in hierusalem.
¶ C.S. Indignatio dñi cōtra sup̄biā
ephraim: ⁊ ebrietatē sacerdotū: ⁊ con-
tra principes illusores: de xp̄o quoq3
nascituro: ⁊ de pena illuso⁊. C.xxviij.
UE corone superbie ebrijs A
ephraim: ⁊ flori decidenti
glie exultatiōis ei⁹ q̄ erāt
in vertice vallis pinguissi
me errātes a vino. Ecce va
lidus ⁊ fortis dñs sicut im
petus grādinis turbo confringens: si-
cut impetus aquarū multarū inundā-
tiū: ⁊ emissarū super terrā spaciosam.
Pedib⁹ cōculcabitur corona superbie
ebriorum ephraim: et erit flos decidēs
glie exultatiōis ei⁹ q̄ est sup verticem
vallis pinguiū quasi temporaneū ante
maturitatē autūni. Quā cū aspexerit vi B
dens statim vt manu tenuerit: deuora-
bit illud. In die illa erit dñs exercituū
corona glorie: ⁊ sertū exultatiōis resi-
duo ppl̄i sui: ⁊ sp̄us iudicij sedēti sup
iudiciū: ⁊ fortitudo reuertētib⁹ de bel
lo ad portā. Uerum hi quoq3 pre vino
nescierunt: et pre ebrietate errauerūt.
Sacerdos et propheta nescierunt pre
ebrietate: absorpti sunt a vino: erraue
rūt ī ebrietate: nescierūt videntē: igno C
rauerūt iudiciū. Oēs em̄ mēse replete
sunt vomitu sordiuq3: ita vt non esset
vltra locus. Quē docebit scientiam: et
quē intelligere faciet auditū. Ablacta 1.cor.14.b.
tos a lacte: auulsos ab vberibus: quia
manda remanda: manda remāda: expe
cta reexpecta: expecta reexpecta: modi
cum ibi: modicum ibi. In loquela enim
labij: et lingua altera loquetur ad po-
pulum istum: cui dixit. Hec est requies
mea: reficite lassum: ⁊ hoc est meum re
frigerium: ⁊ noluerunt audire. Et erit
eis verbū domini manda remāda: mā
da remāda: expecta reexpecta: expecta
reexpecta: modicum ibi: modicum ibi:
vt vadāt ⁊ cadant retrorsum ⁊ conte-
rantur ⁊ illaqueant et capiant. Propter

D hoc audite verbũ dñi viri illusores: q
dñamini sup pplm meũ q est i hierlm.
Dixistis eñ. Percussim⁹ fedus cũ mor
Amos.9.c. te: ꝛ cũ inferno fecim⁹ pactũ. Flagellũ
inũdãs cũ trãsierit nõ veniet sup nos:
qꝛ posuim⁹ mẽdaciũ spẽ nostrã: ꝛ mẽ
Rom.9.g. dacio ꝓtecti sumus. Idcirco hec dicit
i.petri.2.a. dñs de⁹. Ecce ego mittã in fundamen-
tis siõ lapidẽ angularem: lapidẽ pba-
tum preciosum in fundamento funda-
E tum. Qui crediderit: nõ festinet. Et po
Rom.10.b. nam in põdere iudiciũ: et iustitiam in
mẽsura. Et subuertet grãdo spem mẽ
dacij ꝛ ꝓtectionẽ. Aque inundabũt: et
delebit fedus vestrũ cũ morte: ꝛ pactũ
vestrũ cũ inferno nõ stabit. Flagellum
inũdãs cũ trãsierit: eritis ei in ꝯculca
tionẽ. Quãcunqꝫ ptrãsierit tollet vos:
qm̃ mane diluculo pertransibit in die
et in nocte: et tantummodo sola vexa-
tio intellectũ dabit auditui. Coangu-
statum est enim stratũ ita vt alter deci
dat: ꝛ palliũ breue vtrũqꝫ operire non
F potest. Sicut eñ in mõte diuisionũ sta
I.10.f. bit dñs: sicut in valle que est in gabaon
irascet vt faciat opus suũ: alienum est
opus eius vt operetur opus suũ: pere-
grinum est opus eius ab eo. Et nũc no
lite illudere: ne forte constringant vin
cula vestra. Cõsummationem enim et
abbreuiationem audiui a domino deo
exercituũ super vniuersam terrã. Au-
ribus percipite et audite vocem meã:
attendite et audite eloquiũ meũ. Num
quid tota die arabit arãs vt serat: pro-
G scindet et sariet humum suam? Nonne
cum adequauerit faciẽ eius seret gith:
et ciminũ sparget: ꝛ ponet triticũ per
ordinẽ: ꝛ hordeũ ꝛ miliũ et viciã in fi-
nibus suis? Et erudiet illũ de⁹ suus in
iudicio: docebit illum. Nõ enim in ser
ris triturabit gith: nec rota plaustri su
per ciminũ circuibit: sed in virga ex-
cutietur gith: ꝛ ciminum in baculo: pa
nis aũt comminuetur. Verũ nõ in per-
petuum triturans triturabit illũ: neqꝫ
vexabit eum rota plaustri: nec vngulis
suis cõminuet eũ. Et hoc a domĩo deo
exercituum exiuit: vt mirabile faceret
consiliũ ꝛ magnificaret iustitiam.

¶ C.S. Prophetatur destructio hieru
salem per nabuchodonosor et ꝑ roma
nos: de ciuitate prophetarum et libro
signato ꝓpter peccata populi: de zelã-
tibus peccata sua: de fide gẽtium ꝛ re-
uersione iudeorum ad fidem: ꝛ pena il
lusorum. Capitulum.xxix.



Ve ariel. Ariel ciuitas quã B
expugnauit dauid. Addi- 2.Reg.5.g.
tus est annus ad annũ: so-
lẽnitates euolute sunt. Et
circũuallabo ariel: et erit
tristis ꝛ merẽs: ꝛ erit mihi
quasi ariel. Et circundabo quasi sphe-
ram in circuitu tuo: ꝛ iaciã ꝯtra te ag-
gerẽ: et munimenta ponã in obsidionẽ
tuam. Humiliaberis de terra loqris: ꝛ
de humo audietur eloquiũ tuũ. Et erit
quasi phytonis de terra vox tua: et de
humo eloquiũ tuum mussitabit. Et erit B
sicut puluis tenuis multitudo vẽtilan
tiũ te: ꝛ sicut fauilla pertrãsiẽs multi-
tudo eoꝝ q cõtra te ꝑualuerũt. Eritqꝫ
repente: confestim a dño exercituũ vi-
sitabitur in tonitruo ꝛ cõmotione ter
re: ꝛ voce magna turbinis ꝛ tẽpestatis:
et flãma ignis deuorãtis. Et erit sicut
somnium visiõis nocturne multitudo
oĩm gẽtiũ q dimicauerũt ꝯ ariel: ꝛ oẽs
q militauerũt ꝛ obsederũt ꝛ preualue-
rũt aduersus eã. Et sicut somniat esu- C
riẽs ꝛ comedit: cũ aũt fuerit expergefa
ctus vacua est aĩa ei⁹. Et sicut somniat
sitiẽs ꝛ bibit: ꝛ postq̃ fuerit expergefa
ctus lassus adhuc sitit: et aĩa ei⁹ vacua
est: sic erit multitudo oĩm gentiũ q di-
micauerũt ꝯtra mõtẽ sion. Obstupesci
te ꝛ admiramini: fluctuate ꝛ vacillate:
inebriamini ꝛ nõ a vino: mouemini et
nõ in ebrietate: qm̃ miscuit vobis dñs
spm̃ soporis. Claudet oculos vros: ꝓ-
phetas et ꝑncipes vros: q vidẽt visio- D
nes operiet. Et erit vobis visio oĩm si-
cut verba libri signati: quẽ cũ dederint
sciẽti lras dicẽt: lege istũ: ꝛ rñdebit: nõ
possum: signatus est enim. Et dabit li- Mat.15.a.
ber nescienti literas dicetur qꝫ ei: lege: Marc.7.a.
ꝛ rñdebit nescio lras. Et dixit dñs. Eo E
q appropinquat pplś iste ore suo: ꝛ la
bijs suis glorificat me: cor aũt eius lon
ge est a me: ꝛ timuerũt me mandato ho
minũ et doctrinis: ideo ecce ego addã
vt admirationẽ faciã pplo huic mira-
culo grãdi et stupendo. Peribit enim Abdie.1.c.
sapientia a sapientibus eius: et intel- 1.Cor.1.c.
lectus prudentium eius abscondetur.
Ve qui ꝓfundi estis corde: vt a domi-
no abscondatis consilium: quorũ sunt
in tenebris opera: et dicũt. Quis videt Eccli.23.c.
nos: et qs nouit nos? Peruersa est hec
vestra cogitatio: quasi si lutum contra
figulum cogitet: et dicat opus factori
suo: nõ fecisti me: ꝛ figmẽtũ dicat ficto F
ri suo nõ itelligis. Nõne adhuc in mo- I.32.b.

dico τ in breui cõuertet' libanus ĩ char
mel: et charmel in saltũ reputabit'. Et
audiẽt in die illa surdi vba libri: τ de
tenebris τ caligine oculi cecorũ vide-
bũt. Et addent mites in dño leticiã: τ
pauperes hoies in scõ isrl' exultabũt:
qm defecit q̃ preualebat: cõsummat' est
illusor: τ succisi sunt oẽs q̃ vigilabant
sup iniq̃tatẽ: q̃ peccare faciebãt hoies
in verbo: τ arguentẽ in porta supplan
tabãt: τ declinauerunt frustra a iusto.
G Propter hoc hec dicit dñs ad domum
iacob qui redemit abraam. Nõ modo
confundet' iacob nec mõ vultus ei' eru
bescet: sed cũ viderit filios suos opera
manuũ mearũ in medio sui sanctificã-
tes nomen meum: τ sanctificabũt san-
ctum iacob: τ deum israel predicabũt:
et scient errantes spiritu intellectum:
et mussitatores discent legem.

¶ C.G. Cõminatio dñi cõtra reliq̃as
populi qui post destructionẽ hierusa-
lem in egyptum descenderãt. Ca.xxx.

Ve filij desertores dicit dñs:
B vt faceretis cõsiliũ τ nõ ex me
et ordiremini telã et nõ per
spm meũ: vt adderetis pctm
sup pctm: qui ambulatis vt
descẽdatis in egyptũ: τ os meũ nõ in-
terrogastis sperãtes auxiliũ in fortitu
dine pharaonis: habẽtes fiduciã ĩ vm
bra egypti: et erit vobis fortitudo pha
raonis in cõfusionem: τ fiduciã vmbre
egypti in ignominiã. Jerant enĩ ĩ taph
B nis principes tui: et nuncij tui vsq̃ ad
thanes peruenerũt. Oẽs cõfusi sunt su
per pplo qui eis pdesse nõ poterat. Nõ
fuerũt in auxiliũ τ in aliquã vtilitatẽ:
sed in cõfusionẽ τ in opprobriũ. Onus
iumẽtorum austri. In terra tribulatio
nis et angustie: leena et leo ex eis: vipe
ra τ regulus volans: portãtes sup hu-
meros iumẽtorũ diuitias suas: τ super
gibbũ camelorũ thesauros suos ad po-
pulum: q̃ eis pdesse non poterit. Egy-
ptus enĩ frustra et vane auxiliabit'. Jõ
clamaui sup hoc superbia tãtũ est q̃e-
sce. Nũc ergo ingressus scribe ei super
buxũ: τ in libro diligẽter exara illud:
et erit in die nouissimo in testimoniũ
C vsq̃ in eternũ. Ppls enĩ ad iracũdiam
puocãs est: τ filij mẽdaces: filij nolen-
tes audire legẽ dei. Qui dicũt vidẽti-
bus nolite videre: τ aspiciẽtib' nolite
aspicere nobis ea que recta sunt. Loq̃-
mini nobis placẽtia: videte nobis er-
rores: auferte a me viã: declinate a me
semitam: cesset a facie nr̃a scõs israel.
Propterea hec dicit dñs nr̃ scõs isrl'.
Pro eo qd reprobastis vbũ hoc: τ spe-
rastis in calũniã τ in tumultũ: et inixi
estis sup eo: ppterea erit vobis iniqui
tas hec sicut interruptio cadẽs τ req̃si
ta in muro excelso. Qm̃ subito dũ non
sperat' veniet cõtritio ei': τ cõminuet'
sicut cõterit' lagena figuli cõtritiõe p-
ualida: τ nõ inuenietur de fragmentis
eius testa in qua portet' igniculus de in
cẽdio: aut hauriat' parũ aq̃e de fouea:
q2 hec dicit dñs deus scõs isrl'. Si re- D
uertamini τ quiescatis: salui eritis. In
silentio et in spe erit fortitudo vr̃a. Et
noluistis et dixistis. Nequaq̃: sed ad
equos fugiemus. Ideo fugietis. Et sup
veloces ascẽdemus. Jõ velociores erũt
qui psequẽtur vos. Mille hoies a facie
terroris vnius: et a facie terroris q̃nq̃
fugietis: donec relinquamini q̃si mal'
nauis in vertice mõtis: τ quasi signum
sup collẽ. Propterea expectat dñs vt
misereat' vestri: et ideo exaltabit' par-
cens vobis: q2 deus iudicij dñs. Beati
oẽs q̃ expectãt eũ. Ppls enĩ sion habita-
bit in hierlm. Plorãs neq̃q̃ plorabis:
miserãs miserebit' tui: ad vocẽ clamo-
ris tui statĩ vt audierit: rñdebit tibi.
Et dabit dñs tibi panẽ arctũ et aquam
breuẽ: τ nõ faciet auolare a te vltra do
ctorẽ tuũ. Et erũt oculi tui vidẽtes p-
ceptorẽ tuũ: τ aures tue audiẽt verbũ
post tergũ monẽtis. Hec est via ãbula-
te ĩ ea: τ nõ declinetis neq̃ ad dexterã
neq̃ ad sinistrã. Et cõtaminabis lami
nas sculptiliũ argẽti tui: τ vestimentũ
cõflatilis auri tui: τ disperges ea sicut
immũdiciã mẽstruate. Egredere et di-
ces ei. Et dabit' pluuia semini tuo vbi-
cũq̃ seminaueris in terra: τ panis fru
gũ terre erit vberrimus τ pinguis: pa
scet' in possessiõe tua in die illo agnus
spaciose: τ tauri tui τ pulli asinorũ qui
opant' terrã: cõmixtũ migma comedẽt F
sicut in area vẽtilatũ est. Et erũt super
oẽm mõtẽ excelsum: τ sup oẽm collem
eleuatũ riui currẽtiũ aquarũ ĩ die inter
fectiõis multorũ cũ ceciderint turres.
Et erit lux lune sicut lux solis: τ lux so
lis erit septẽpliciter sicut lux septẽ die
rũ in die q̃ alligauerit dñs vuln' ppli
sui: τ percussurã plage ei' sanauerit. Ec-
ce nomẽ dñi venit de lõginquo: ardẽs
furor ei': et grauis ad portãdũ. Labia
eius repleta sunt indignatione: τ lin-
gua eius quasi ignis deuorans. Spũs

eius velut torrēs inundās vsq ad me-
diū colli: ad pdēdas gētes in nihilū: ꝛ
frenū erroris qḋ erat in maxillis pplo
rū. Cāticū erit vob sicut vox sctificate
solēnitatis: ꝛ letitia cordis sicut q pe-
git cū tibia vt intret in mōtem dñi ad
G fortē isrl. Et auditā faciet dñs gloriā
vocis sue: ꝛ terrorē brachij sui ostēdet
in cōminatione furoris: ꝛ flāma ignis
deuorātis. Allidet in turbine: ꝛ in lapi
de grādinis. A voce enim dñi pauebit
assur virga pcussus: ꝛ erit trāsitus vir
ge fundatus quā requiescere faciet dñs
sup eū i tympanis ꝛ cytharis: ꝛ in bel-
lis pcipuis expugnabit eos. Prepara-
ta est enī ab heri topheth a rege ppara-
ta: pfunda ꝛ dilatata. Nutrimēta eius
ignis ꝛ ligna multa: flatus domini si-
cut torrens sulphuris succendēs eam.
¶ C. S. Arguit ꝯfugiētes ad hui⁹ secu
li auxiliū plusq ad diuinū: penitētib⁹
pmittit misericordiā dei: de die iudi-
cij redit ad tēpora ezechielis. Ca. xxxi.



A Ve qui descēdūt in egyptū
ad auxiliū in eqs sperān-
tes: ꝛ habētes fiduciā sup
quadrigis: qꝛ multe sunt:
ꝛ sup equitib⁹: qꝛ preuali-
di nimis: ꝛ nō sunt cōfisi sup sanctum
B israel: ꝛ dñm nō requisierunt. Ipse aūt
sapiens adduxit malū: ꝛ verba sua non
abstulit. Et cōsurget cōtra domū pessi
morum: ꝛ cōtra auxiliū operātiū iniq
tatē. Egyptus homo: ꝛ non de⁹: ꝛ equi
eorū caro ꝛ nō spūs. Et dñs inclinabit
C manum suā et corruet auxiliator: ꝛ ca
det cui prestaƚ auxiliū simulq oēs cō-
sumētur: qꝛ hec dicit dñs ad me. Quō
si rugiat leo ꝛ catulus leonis sup pre-
dā suā: cū occurrerit ei multitudo pa-
storum: a voce eorum nō formidabit: ꝛ
a multitudine eorum non pauebit: sic
descēdet dñs exercituum: vt prelietur
super montē sion ꝛ super collem eius.
Sicut aues volantes sic proteget dñs
ē.2.b. exercituū hierusalem: protegēs ꝛ libe
D rans: transiens ꝛ saluans. Conuertimi
ni sicut in profundum recesseratis filij
israel. In die enim illa abijciet vir ido
la argēti sui: ꝛ idola auri sui que fece-
runt vobis manus vestre in peccatū: ꝛ
cadet assur in gladio nō viri: et gladi⁹
non hois vorabit eum: et fugiet non a
facie gladij: ꝛ iuuenes eius vectigales
erunt: et fortitudo eius a terrore trāsi
bit: et pauebunt fugientes principes
eius. Dixit dñs: cuius ignis est in sion:
et caminus eius in hierusalem.
¶ C. S. De aduentu xpi et apostolorū
eius: interponitur de multis opulen-
tis mulieribus captiuandis vt contē-
rantur et confundantur: de gaudio ce-
lestis patrie. Capi. xxxij.



Ecce in iustitia regnabit rex: A
et pncipes in iudicio perūt.
Et erit vir sicut qui abscōdi
tur a vēto: et celat se a tēpe-
state: sicut riui aquarū i siti:
et vmbra petre pminentis in terra de-
serta. Nō caligabunt oculi vidētiū: et
aures audiētiū diligēter auscultabūt:
et cor stultoꝝ intelliget sciētiā: et lin-
gua balboꝝ velociter loqueƚ et plane.
Non vocabiƚ vltra is qui insipiens est
pnceps: neq fraudulētus appellabiƚ
maior. Stultus enī fatua loqueƚ: ꝛ cor B
eius faciet iniqtatē vt pficiat simula-
tionē: ꝛ loquaƚ ad dñm fraudulēter: ꝛ
vacuā faciet aiam esuriētis: ꝛ potum
sitienti auferet. Fraudulēti vasa pessi
ma sunt. Ipse enī cogitatiōes cōcinna-
uit ad pdendos mites in sermone mē-
dacij: cū loqueretƚ paup iudiciū. Prin-
ceps vero ea que digna sunt pncipi co
gitabit: et ipse sup duces stabit. Mu-
lieres opulente surgite: ꝛ audite vocē
meā: filie cōfidētes pcipite aurib⁹ elo
quiū meū. Post dies ꝛ annū ꝛ vos con C
turbabimini ꝯfidētes. Cōsummata est
enī vindemia: collectio vltra nō veniet.
Obstupescite opulēte: ꝯturbamini ꝯfi
dētes: exuite vos ꝛ ꝯfundemini: accigi
te lūbos vr̄os. Sup vbera plāgite: sup
regione desiderabili: sup vinea fertili.
Super humū ppl̄i mei spine ꝛ vepres
ascēdēt: quāto magis sup omnes domos
gaudij ciuitatis exultātis. Dom⁹ ei di
missa est: multitudo vrbis relicta est: te
nebre ꝛ palpatio facte sunt sup speluū-
cas vsq i eternū. Gaudiū onagroꝝ pa D
scua gregū: donec effundatur sup nos
spūs de excelso. Et erit desertū i cher-
mel: ꝛ chermel i saltū reputabiƚ: ꝛ hita
bit i solitudie iudiciū: ꝛ iustitia i cher ē.29.c.
mel sedebit. Et erit opus iustitie pax:
ꝛ cult⁹ iustitie silētiū: ꝛ securitas vsq
in sempiternū. Et sedebit ppl̄s me⁹ in
pulchritudie pacis: ꝛ i tabernaculis fi
ducie ꝛ i reqe opulēta. Grādo aūt i de
scēsiōe saltus: ꝛ humilitate humiliabi
tur ciuitas. Beati q seminatis sup oēs
aquas immittētes pedē bouis ꝛ asini.
¶ C. S. Loquiƚ cōtra sennacherib: et
ad vltimā captiuitatē reuertiƚ: de his

qui videbunt dñm: et de scribis nō co-
gnoscentibus christum. Cap.xxxiij.
A Ve qui p̄daris: nōne et ipse

predaberis? Et q̄ spernis:
nōne ꝛ ipse sperneris? Cū
ꝯsummaueris dep̄datione
depredaberis. Cū fatigat⁹
desieris cōtēnere: contēne-
ris. Dñe miserere nr̄i: te eñ expectaui-
mus: esto brachiū nr̄m in mane: ꝛ salus
nostra in tp̄e tribulatiōis. A voce an-
geli fugerūt ppl'i: ꝛ ab exaltatione tua
disperse sunt gētes. Et cōgregabūtur
spolia vr̄a sicut colligit bruchus: velut
cū fosse plene fuerit de eo. Magnifica
tus est dñs qm̄ habitauit in excelso: im
pleuit sion iudicio ꝛ iustitia: et erit fi-
des in tp̄ib⁹ suis. Diuitie salutis sapiā
B et sciā: et timor dñi ipse est thesaurus
eius. Ecce vidētes clamabūt foris: an-
geli pacis amare flebūt. Dissipate sunt
vie: cessauit transiēs p̄ semitā: irritum
factū est pactū: piecit ciuitates: nō re-
putauit hoīes. Luxit et elāguit terra: cō
fusus est libanus ꝛ obsurduit. Et fact⁹
est saron sicut desertū: ꝛ cōcussa est ba-
san et carmelus. Nūc ꝯsurgā dicit dñs:
nūc exaltabor: nūc subleuabor. Conci-
pietis ardorē ꝛ parietis stipulā: spūs
vester vt ignis vorabit vos: ꝛ erūt ppl'i
quasi de incēdio cinis: spine ꝯgregate
igni cōburent̄. Audite q̄ lōge estis que
fecerim: ꝛ cognoscite vicini fortitudi-
nē meā. Cōterriti sunt in sion peccātores:
C possidebit tremor hypocritas. Quis
poterit habitare de vobis cū igne de-
uorāte: aut q̄s habitabit ex vobis cum
ardorib⁹ sempiternis? Qui ambulat i
iustitijs ꝛ loquit̄ veritatē: q̄ p̄ijcit aua
ritiā ex calūnia: ꝛ excutit manus suas
ab oī munere. Qui obturat aures suas
ne audiat sanguinē: et claudit oculos
suos ne videat malū. Iste in excelsis ha
bitabit: munimēta saxorū sublimitas
eius. Panis ei datus est: aq̄ ei⁹ fideles
i.Cor.i.d. sunt. Regē in decore suo videbūt: ꝛ ocu
li eius cernēt terrā de lōge. Cor tuum
meditabit̄ timorē. Ubi est litteratus? vbi
est legis v̄ba pōderans? vbi est doctor
paruulor̄? Pp̄lm ip̄rudētē nō videbis
pplm alti sermonis: ita vt nō possis i-
telligere disertitudinē lingue eius in
D quo nulla est sapiētia. Respice siō ciui
tatē solēnitatꝫ nr̄e. Oculi tui videbūt
hierl'm habitationē opulētā: taberna-
culū qđ nequaq̄ trāsferri poterit: nec
auferentur claui eius in sempiternū: ꝛ
oēs funiculi ei⁹ nō rūpent̄: q2 solūmō
ibi magnificus dñs deus noster. Locus
fluuior̄ riui latissimi ꝛ patentes: non
trāsibit p̄ eū nauis remigiū: neq3 trie-
ris magna transgredie eum. Dñs eñ
iudex noster: dñs legifer noster: dñs rex
noster. Ipse saluabit nos. Laxati sunt
funiculi tui: sed non preualebūt. Sic
erit malus tuus: vt dilatare signū non
queas. Tunc diuidentur spolia preda-
rum multarū: claudi diripiēt rapinā:
nec dicet vicinus elangui. Pp̄ls q̄ habi
tabit in ea: auferetur ab eo iniquitas.
¶ C.S. De die iudicij et de vastatione
iudee. Capi.xxxiiij.
A Ccedite gētes et audite: et

ppl'i attēdite: audiat ter-
ra ꝛ plenitudo eius: orbis
et oē germē ei⁹: q2 indigna
tio dñi sup̄ oēs gētes: ꝛ fu
ror sup̄ vniuersam militiā
eor̄. Interfecit eos ꝛ dedit eos i occi-
sionē. Interfecti eor̄ p̄ijcient̄: ꝛ de ca-
dauerib⁹ eor̄ ascēdet fetor. Tabescēt
montes a sanguine eor̄: ꝛ tabescet ois
militia celor̄: ꝛ cōplicabūt̄ sicut liber
celi: ꝛ ois militia eor̄ defluet sicut de-
B fluit foliū de vinea ꝛ de ficu: qm̄ inebri
atus est in celo gladius me⁹. Ecce sup̄
idumeā descēdet: ꝛ super pplm inter-
fectionis mee ad iudiciū. Gladi⁹ dñi
replet⁹ est sanguine: icrassat⁹ est adipe
de sanguine agnor̄ ꝛ hyrcor̄: de sāgui
ne medullator̄ arietū. Uictima ei dñi
in bosra: et interfectio magna in terra
edom. Et descēdēt vnicornes cū eis: et
tauri cū potētib⁹. Inebriabit̄ terra eo
rū sanguie: ꝛ hum⁹ eor̄ adipe pinguiū:
q2 dies vltionis dñi annus retributio
nis iudicij sion. Et cōuertētur torren-
tes eius in picē: ꝛ hum⁹ ei⁹ in sulphur:
et erit terra eius in picē ardētē: nocte
C et die nō extinguetur in sempiternū.
Ascendet fumus ei⁹ a gñatione in ge-
neratione: desolabit̄ in secula seculor̄.
Nō erit trāsiēs p̄ eā: ꝛ possidebūt illā
onocrotalus ꝛ herici⁹: ꝛ ibis ꝛ coruus
habitabūt in ea. Et extēdet̄ sup̄ eā mē
sura vt redigat̄ ad nihilum: ꝛ perpēdi
culū in desolationē. Nobiles eius non
erūt: ibi regē potius inuocabūt: ꝛ oēs
principes eius erūt in nihilū. Et oriē-
tur in domibus eius spine ꝛ vrtice: et
paliurus in munitionibus eius: ꝛ erit
cubile draconū: ꝛ pascua struthionū:
et occurrent demonia onocentauris:
et pilosus clamabit alter ad alterum.

D Ibi cubauit lamia: et inuenit sibi requiē.
Ibi habuit foueā hericius: et enutriuit
catulos: et circūfodit et fouit in vmbra
eius. Illuc congregati sunt milui alter
ad alterum. Requirite diligēter in libro
dñi et legite: vnū ex eis nō defuit: alter
alterū nō quesiuit: qr qđ ex ore meo proce-
dit ille mādauit: et spūs eius ipse cōgre
gauit ea: et ipse misit eis sortē: et manus
eius diuisit eā illis in mēsurā. Usq; in
eternū possidebūt eam: in generatiōe
et generationem habitabunt in ea.

¶ C.S. De vocatione gētiū et cōsola-
tione et xpi signis tpe pfecto. Ca. xxxv.

A Letabit deserta et inuia: et ex-
ultabit solitudo et florebit
quasi liliū. Germinās germi
nabit: et exultabit letabūda et
laudās. Gloria libani data est
I.90.c. ei decor carmeli et saron. Ipsi videbunt
gloriā dñi et decorē dei nři. Cōfortate
manus dissolutas: et genua debilia ro-
B borate. Dicite pusillanimes cōfortami-
ni: et nolite timere. Ecce deus nř vltionē
adducet retributionis: deus ipse veniet et
saluabit nos. Tūc aperient oculi ceco-
Mat.15.c. rū: et aures surdorū patebūt. Tūc saliet
C sicut ceruus claudus: et apta erit lingua
mutorū: qr scisse sunt i deserto aque et tor
rētes in solitudie: et que erat arida i sta-
gnū: et sitiēs in fontes aquarū. In cubi-
libus in qbus prius dracones habitabāt
D orietur viror calami et iunci: et erit ibi se-
mita: et via scā vocabit. Nō trāsibit p
eam pollutus: et hec erit vobis directa
via: ita vt stulti nō errent p eā. Nō erit
I.51.d. ibi leo: et mala bestia nō ascendet p eā:
nec inuenietur ibi. Et ambulabūt qui libe
rati fuerint et redēpti a dño cōuertent:
et venient in sion cū laude et letitia sem
piterna sup caput eorū. Gaudiū et leti-
tiā obtinebūt: et fugiet dolor et gemitus.

¶ C.S. Sennacherib ascēdit contra
hierusalem: et mittit rabsacē nūciū ad
regem ezechiam. Capi. xxxvi.

A
4.reg.18.c.
2.pa.32.a. Et factū est in quartodecimo
anno regis ezechie: ascēdit
sennacherib rex assyriorū
sup oēs ciuitates iuda mu
nitas et cepit eas. Et misit
rex assyriorū rabsacē de la-
chis in hierlm ad regē ezechiā in ma-
nu graui: et stetit in aqueductu piscine
superioris i via agri fulonis. Et egres
sus est ad eū eliachim filius helchie q
erat sup domū: et sobna scriba et ioahe
filius asaph a cōmētariis. Et dixit ad
eos rabsaces. Dicite ezechie. Hec dicit
rex magnus rex assyriorū. Que est ista fi
ducia qua cōfidis: aut quo consilio vel
fortitudine rebellare dispōis. Super
quē habes fiduciam: qr recessisti a me?
Ecce cōfidis sup baculū arūdineū con B
fractū istū sup egyptum: cui si innisus 23.q.3.c.h.
fuerit hō: intrabit in manū eius et pfo
rabit eā: sic pharao rex egypti oibus q
confidūt in eo. Qđ si rñderis mihi: in
dño deo nřo confidimus: nōne ipse est
cuius abstulit ezechias excelsa et alta-
ria: et dixit iude et hierlm. Corā altari
isto adorabitis: et nūc trade te dño meo
regi assyriorum: et dabo tibi duo milia
equorū: nec poteris ex te pbere ascenso
res eorū: et quō sustinebis faciē iudicis
vnius loci ex seruis dñi mei minoribus.
Qđ si cōfidis in egypto in quadriga et
in eqtibus: et nūc nunqd sine dño ascē
di ad terrā istā vt disperderē eā. Dñs
dixit ad me. Ascēde super terrā istā: et
disperde eā. Et dixit eliachim et sobna C
et ioahe ad rabsacē. Loquere ad seruos
tuos syra lingua: intelligimus enī ne lo-
quaris ad nos iudaice in auribus ppli:
qui est sup murū. Et dixit ad eos rabsa
ces. Nūquid ad dñm tuū et ad te misit
me dñs meus: vt loquerer oia verba ista:
et nō potius ad viros qui sedēt in mu
ro vt comedant stercora sua: et bibant
vrinā pedū suorū vobiscū? Et stetit rab
saces et clamauit voce magna iudaice:
et dixit. Audite verba regis magni: re-
gis assyriorū. Hec dicit rex. Nō vos se-
ducat ezechias: qr non poterit eruere
vos: et non vobis tribuat fiduciā eze-
chias super dño dicens. Eruēs libera-
bit nos dñs: nō dabitur ciuitas ista in D
manu regis assyriorum. Nolite audire
ezechiam. Hec enim dicit rex assyriorū.
Facite mecum benedictionem et egre-
dimini ad me: et comedite vnusquisq;
vineam suam et vnusquisq; ficū suā: et
bibite vnusquisq; aquā cisterne sue: do
nec veniam et tollam vos ad terrā que
est vt terra vestra: terrā frumēti et vini:
terram panū et vinearum. Nec contur
bet vos ezechias dicēs. Dñs liberabit
nos. Nūquid liberauerūt dii gentium
vnusquisq; terram suā de manu regis
assyriorū. Ubi est deus emath et arphat?
Ubi est deus sepharuaim? Nunqd libe
rauerūt samariā de manu mea? Quis
est ex omnibus diis terrarū istarū qui
eruerit terram suam de manu mea: vt
eruat dominus hierusalem de manu
mea?

mea? Et siluerunt: et nō responderunt
ei verbū. Mandauerat enim eis rex dicēs: ne respōdeatis ei. Et ingressus est
eliachim filius helchie q̄ erat sup domū:
et sobna scriba: et ioahe filius asaph a
cōmentarijs: ad ezechiam scissis vestibus: et nūciauerunt ei verba rabsacis.

¶ C.S. De tristitia ezechie et cōsolatione eius: de ꝓphetia esaie: de interfectione exercitus ab angelo cētūoctoginta q̄nq; milia: de morte sennacherib facta per filios suos. Capi. xxxvii.

B
4.reg.18.a. 
Et factū est cū audisset rex
ezechias scidit vestimenta
sua: et obuolutus est sacco: et
intrauit i domū dn̄i. Et misit eliachim q̄ erat sup domū: et sobnā scribā: et seniores de sacerdotibus opertos saccis ad
esaiā filiū amos ꝓphetam: et dixerunt
ad eū. Hec dicit ezechias. Dies tribulationis et correptiōis et blasphemie dies
hec: q2 venerūt filij vsq; ad partū: et virtus nō est pariēdi. Si quo mō audiat
dn̄s deus tuus verba rabsacis quē misit rex assyrioꝝ dn̄s su9 ad blasphemādum dn̄m deū viuētē: et exprobrandū
sermonibus quos audiuit dn̄s de9 tu9.
Leua ergo oratione ꝓ reliquijs que re
C perte sunt. Et venerūt serui regis ezechie ad esaiā: et dixit ad eos esaias. Hec
dicetis dn̄o vestro. Hec dicit dn̄s. Ne
timeas a facie verboꝝ que audisti: q̄b9
blasphemauerūt pueri regis assyrioꝝ
me. Ecce ego dabo ei spm̄ et audiet nūcium: et reuertetur ad terrā suā; et corruere eum faciā gladio i terra sua. Reuersus est aūt rabsaces et inuenit regē
assyrioꝝ preliārē aduersus lobnā. Audierat eni q2 ꝓfectus esset de lachis: et
audiuit de taracha rege ethiopie dicētes. Egressus est vt pugnet ꝯtra te. Qd
cum audisset misit nuncios ad ezechiā
dicēs. Hec dicetis ezechie regi inde loquentes. Non te decipiat deus tuus in
quo tu cōfidis: dicens. Nō dabitur hie
E rusalem in manu regis assyrioꝝ. Ecce
tu audisti omnia que fecerūt reges assyrioꝝ omnibus terris quas subuerterunt: et tu poteris liberari? Nunquid
eruerunt eos dij gētium quos subuerterunt patres mei gozan et aram et reseph et filios edē q̄ erant in thalassar?
Ubi est rex emath et rex arphath et rex
vrbis sepharuaim ana et aua? Et tulit
ezechias libros de manu nuncioꝝ et legit eos: et ascēdit in domū domini: et
expādit eos coram domino. Et orauit
ad dn̄m dicēs. Domine exercituū deus
israel q̄ sedes sup cherubin: tu es deus
solus omnium regnorum terre: tu fecisti celū et terram. Inclina domine aurem tuā et audi: aperi oculos tuos et vide: et audi oīa verba sennacherib que
misit ad blasphemandum deum viuentem. Uere enim domine desertas fecerunt reges assyrioꝝ terras et regiones D
earum: et dederunt deos earū igni: nō
enim erant dij sed opera manuum hominum lignum et lapides: et comminuerunt eos. Et nunc domine deus noster
salua nos de manu eius: et cognoscant
omnia regna terre: quia tu es deus solus. Et misit esaias filius amos ad ezechiam dicēs. Hec dicit dominus deus
israel. Pro quib9 rogasti me de sennacherib rege assyriorum: hoc est verbum
quod locutus est dominus super eum.
Despexit te et subsannauit te virgo filia
syō: post te caput mouit virgo filia hierusalem. Cui exprobrasti et quem blasphemasti: et super quē exaltasti vocem E
tuam: et leuasti altitudinem oculorum
tuorum. Ad sanctum israel. In manu
seruoꝝ tuorum exprobrasti domino: et
dixisti. In multitudine quadrigarum
mearum ego ascēdi in altitudinē montium iuga libani: et succidā excelsa cedrorum ei9: et electas abietes illius:
et introibo altitudinē summitatis ei9 et
saltū carmeli ei9: ego fodi et bibi aquā
et exiccaui vestigio pedis mei omnes
riuos aggerū. Nunquid nō audisti que
olim fecerim ei? Ex dieb9 antiquis ego
plasmaui illud: et nūc adduxit et factū
est in eradicationem colliū cōpugnantium et ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt et cōfusi sunt: facti sunt sicut
fenum agri: et gramē pascue: et herba
tectorū que exaruit anteq̄ maturesceret. Habitationē tuā et egressum tuū: F
et introitum tuum ego cognoui: et insaniam tuam contra me. Cum fureres
aduersum me superbia tua ascendit in
aures meas. Ponam ergo circulum in
naribus tuis: et frenum in labijs tuis:
et reducam te in viam per quā venisti.
Tibi autē hoc erit signū. Comede hoc
anno que sponte nascuntur: et in anno
scdo pomis vescere. In anno autē tertio seminate et metite: et plantate vineas: et comedite fructum earum. Et
emittet id qd̄ saluatū fuerit de domo

P

iuda: et quod reliquum est mittet radicem deorsum et faciet fructum sursum: quia de hierusalem exibunt reliquie et saluatio de monte sion. Zelus domini exercituum faciet istud. Propterea hec dicit dominus de rege assyriorum. Non intrabit ciuitatem hanc: et non iaciet ibi sagittam: et non occupabit eam clypeus: et non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit per eam reuertetur: et ciuitatem hanc non ingredietur dicit dominus. Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam: propter me et propter dauid seruum meum. Egressus est autem angelus domini: et percussit in castris assyriorum centumoctogintaquinque milia. Et surrexerunt mane: et ecce omnes cadauera mortuorum. Et egressus est et abiit. Et reuersus est sennacherib rex assyriorum: et habitauit in niniue. Et factum est cum adoraret in templo nesrach deum suum: adramelech et sarasar filii eius percusserunt eum gladio: fugeruntque in terram ararath: et regnauit asaraddom filius eius pro eo.

G

¶ C. S. Ezechias egrotauit et orauit ad dominum: qui addidit ei quindecim annos: et scripsit canticum gratiarum actionum. Capi. xxxviii.

A 4. reg. 20. a 2. pa. 32. f. De pe. di. 1. c. Fob: cm.



In diebus illis egrotauit ezechias vsque ad mortem: et introiuit ad eum esaias filius amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue: quia morieris tu et non viues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dominum et dixit. Obsecro domine memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate: et in corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad esaiam dicens. Uade et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam et vidi lachrimas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyriorum eruam te et ciuitatem istam: et protegam eam.

B 1. reg. 2. g. Luce. 2. c.


Hoc autem tibi erit signum a domino: quia faciet dominus verbum hoc quod locutus est. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum: per quas descenderat in horologio achaz in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Scriptura ezechie regis iuda cum egrotasset et conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis. C

Generatio mea ablata est: et conuoluta est a me quasi tabernacula pastorum. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me. Sperabam vsque ad mane quasi leo: sic contriuit omnia ossa mea. Job. 4. b.

De mane vsque ad vesperam finies me sicut pullus hyrundinis sic clamabo: meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum. Domine vim patior responde pro me quid dicam: aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur: et in talibus vita spiritus mei: corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. D

Tu autem eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi: neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Uiuens viuens ipse confitebitur tibi: sicut et ego hodie pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac: et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini. Et iussit esaias vt tollerent massam de ficis: et cataplasmarent super vulnus eius et sanaretur. Et dixit ezechias. Quod erit signum: quia ascendam in domum domini.

¶ C. S. De nunciis merodach ad ezechiam: et de correptione ezechie ab esaia pro ostentatione domus sue. Cap. xxxix. A



In tempore illo misit merodach baladam filius baladam rex babylonis libros et munera ad ezechiam. Audierat enim quod egrotasset et conualuisset. 4. reg. 20. c

Letatus est autem super eis ezechias: et ostendit eis cellam aromatum: et argenti et auri et odoramentorum et vnguenti optimi: et omnes apothecas supellectilis sue: et vniuersa que inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis ezechias in domo sua: et in omni potestate sua. B

Introiuit autem esaias propheta ad ezechiam regem iuda: et dixit ei. Quid dixerunt viri isti: et vnde venerunt ad te? Et dixit ezechias. De terra longinqua venerunt ad me de babylone.

Et dixit. Quid viderūt in domo tua?
Et dixit ezechias. Oīa q̄ in domo mea
sunt viderunt: nō fuit res quā nō ostē-
derim eis in thesauris meis. Et dixit
esaias ad ezechiam. Audi verbum do-
mini exercituū. Ecce dies venient et au-
ferentur oīa q̄ in domo tua sunt: et que
thesaurizauerūt patres tui vsq; ad diē
hanc in babylonē. Nō relinquet quicq̄
D dicit dñs. Et de filijs tuis qui exibunt
de te quos genueris tollēt: et erunt eu-
nuchi in palatio regis babylonis. Et
dixit ezechias ad esaiā. Bonū verbum
domini qđ locut⁹ est. Et dixit. Fiat tā-
tum pax et veritas in diebus meis.

¶ C. S. De aduentu ioannis baptiste: de predicatione apostolorū: et de vocatione gentium et magnitudine vocantis: et de idolis. Capi. xl.



Onsolamini consolamini
B populus meus: dicit deus ve-
ster. Loquimini ad cor hie-
rusalem et aduocate eam:
quoniam cōpleta est mali-
cia eius: dimissa est iniqui-
tas illius. Suscepit de manu dñi du-
Mat. 3. a. plicia pro omnibus peccatis suis. Uox
Mar. 1. a. clamātis in deserto. Parate viam do-
Luce. 3. c. mini: rectas facite ī solitudīe semitas
Jo. 1. c. dei nostri. Omnis vallis exaltabitur et
ois mons et collis humiliabit: et erunt
praua in directa et aspera in vias pla-
nas. Et reuelabitur gloria domini: et
B videbit omnis caro pariter qđ os do-
Eccli. 14. c. mini locutum est. Uox dicētis. Clama:
Jaco. 1. b. et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fe-
1. Pe. 1. d. num: et ois gloria eius quasi flos agri.
Exiccatum est fenum et cecidit flos: q2
spūs domini sufflauit in eo. Uere fenū
est populus. Exiccatum est fenum: et ce-
cidit flos: verbum aūt domini manet
35. q. 1. c. 1. in eternum. Super montem excelsum
C ascēde tu qui euangelizas sion: exalta
j. 62. d. in fortitudīe vocē tuā: qui euāgelizas
hierusalem. Exalta noli timere. Dic ci-
uitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce
dominus deus in fortitudine veniet: et
brachium eius dominabitur. Ecce mer-
ces eius cū eo: et opus illius corā illo.
Sicut pastor gregē suū pascet: in bra-
chio suo cōgregabit agnos: et ī sinu suo
leuabit: fetas ipse portabit. Quis mē-
sus est pugillo aquas: et celos palmo
pōderauit? Quis appēdit tribus digi-
Sap. 9. c. tis molem terre: et librauit in pondere
Ro. 11. d. montes et colles in statera. Quis ad-
iuuit spiritum dñi: aut quis consilia-

rius eius fuit et ostēdit illi? Cum quo D
iniit cōsilium: et quis instruxit eū et do-
cuit eum semitam iusticie: et erudiuit
eum sciētia: et viā prudētie ostendit il-
li? Ecce gentes quasi stilla situle: et q̄si
momētum statere reputate sunt. Ec-
ce insule quasi puluis exiguus: et liba-
nus non sufficiet ad succēdendum: et
animalia eius non sufficient ad holo-
caustum. Oēs gentes quasi non sint sic
sunt corā eo: et quasi nihilū et inane re-
putate sunt ei. Cui ergo similē fecistis
deum: aut quam imaginem ponetis ei?
Nunquid sculptile cōflabit faber: aut E
aurifex auro figurabit illud: et laminis
argenteis argentarius? Forte lignum
et imputribile elegit artifex sapiens:
querit quomodo statuat simulachrum
q̄ non moueatur. Nunq̄d non scietis?
Nunquid non audistis? Nunquid non
annūciatum est vobis ab initio terre?
Nunquid non intellexistis fundamen-
ta terre? Qui sedet super gyrum terre
et habitatores eius sunt quasi locuste.
Qui extendit velut nihili celos: et ex-
pandit eos sicut tabernaculū ad inha-
bitandum. Qui dat secretorum scruta- F
tores quasi non sint: iudices terre ve-
lut inanes fecit. Et quidem neq; plan-
tato neq; sato: neq; radicato in terra
trunco eorum. Repente flauit in eos et j. 46. b.
aruerunt: et turbo quasi stipulam aufe- Mat. 17. b
ret eos. Et cui assimilastis me et adeq-
quastis me: dicit sanctus. Leuate in ex-
celsum oculos vestros: et videte quis
creauit hec. Qui educit in numero mi-
litiam eorū: et omnes ex nomine vocat.
Pre multitudine fortitudinis et robo-
ris virtutisq; eius: neq; vnū reliquum
fuit. Quare dicis iacob et loqueris isrl̄. G
abscondita est via mea a domino: et a
deo meo iudicium meū transibit. Nun-
quid nescis: aut non audisti. Deus sem-
piternus dominus qui creauit termi-
nos terre non deficiet neq; laborabit:
neq; est inuestigatio sapientie ei⁹. Qui
dat lasso virtutem: et his qui non sunt
fortitudinē et robur multiplicat. Defi-
cient pueri et laborabunt: et iuuenes in
infirmitate cadent. Qui aūt sperāt in
dño mutabūt fortitudinē: assumēt pē-
nas sicut aquile: current et non labora-
bunt: ambulabunt et non deficient.

¶ C. S. De resurrectione et ascensione christi. verba christi ad apostolos: de conuersione gentium: de confutatione idolorum. Capi. xli.



A Aceant ad me insule:⁊ gẽtes
mutẽt fortitudinẽ. Accedãt
et tũc loquãtur:simul ad iu
dicium ꝓpinquemus. Quis
suscitauit ab oriẽte iustum:
vocauit eũ vt sequeret se? Dabit in cõ
spectu eius gentes:⁊ reges obtinebit.
Dabit quasi puluerẽ gladio eius:sicut
stipulam vẽto raptã arcui eius. Perse
B quetur eos:trãsibit in pace:semita in
j.44.a. pedibus eius nõ apparebit. Quis hec
j.48.b. operatus est ⁊ fecit:vocãs gñatiões ab
exordio. Ego dñs:primus ⁊ nouissim⁹
ego sum. Uiderunt insule ⁊ timuerũt
extrema terre obstupuerũt:appropin
quauerũt ⁊ accesserũt. Unusquisqꝫ ꝓ
ximo suo auxiliabitur:⁊ fratri suo di
cet:cõfortare. Confortauit faber era
rius percutiẽs malleo eum ꝗ cudebat
tũc tpis:dicẽs glutino bonũ est:⁊ con
fortauit eũ clauis vt nõ moueretur. Et
C tu israel serue me⁹ iacob quem elegi:
j.43.c. semẽ abrahã amici mei in quo apprehẽ
di te:ab extremis terre ⁊ a longinquis
eius vocaui te:⁊ dixi tibi. Seru⁹ me⁹
es tu:elegi te ⁊ nõ abieci te. Ne timeas
q2 ego tecũ sum:ne declines q2 ego de⁹
tuus. Cõfortaui te ⁊ auxiliatus sum ti
bi:⁊ suscepi te dextera iusti mei. Ecce
confundent ⁊ erubescẽt oẽs ꝗ pugnãt
aduersum te. Erũt quasi nõ sint:et pe
ribunt viri qui cõtradicũt tibi. Queres
eos ⁊ nõ inuenies viros rebelles tuos:
et erũt quasi nõ sint:⁊ veluti ꝯsumptio
hois bellãtis aduersum te:q2 ego dñs
deus tuus apprehendẽs manũ tuã:di
censqꝫ tibi. Ne timeas:ego audiui te.
D Noli timere vermis iacob:qui mortui
estis ex israel. Ego auxiliatus sum tui
dicit dñs:⁊ redẽptor tu⁹ sctũs israel.
Ego posui te q̃si plaustrũ triturãs no
uum:hñs rostra serrãtia. Triturabis
mõtes et oẽs ⁊ colles:quasi puluerem
pones. Uentilabis eos ⁊ ventus tollet
eos:⁊ turbo disperget eos:⁊ tu exulta
bis in dño:⁊ in sctõ isrl letaberis. Ege
ni ⁊ pauperes querũt aquas ⁊ nõ sunt:
E ligua coꝝ siti aruit. Ego dñs exaudiã
eos deus israel:nõ derelinquam eos.
Aperiã in supremis collib⁹ flumina:
et in medio cãporũ fontes. Dabo in so
litudinẽ cedrũ ⁊ pinũ ⁊ myrtũ ⁊ lignũ
oliue. Ponã desertũ in stãgna aquaꝝ:
et terrã inuiã in riuos aquarũ. Ponã
in deserto abietẽ vlmũ et buxũ simul:
vt videãt ⁊ sciãt ⁊ recogitẽt ⁊ intelli
gant pariter:q2 manus dñi fecit hec:⁊
sanctus israel creauit illud. Prope fa
cite iudicium vestrũ dicit dñs:afferte
si quid forte habetis:dixit rex iacob.
Accedãt ⁊ nũcient vobis quecũqꝫ ven
tura sunt. Priora que fuerũt nũciate: F
et ponemus cor nostrũ ⁊ sciem⁹ nouis
sima eoꝝ:et que vẽtura sunt indicate
nobis. Annũciate que ventura sunt in
futurũ:⁊ sciemus q2 dij estis vos. Be
ne quoqꝫ aut male si potestis facite:et
loquamur ⁊ videamus simul. Ecce vos
estis ex nihilo:⁊ opus vestrum ex eo ꝙ
nõ est. Abominatio est qui elegit vos.
Suscitaui ab aquilone:⁊ veniet ab or
tu solis. Uocabit nomẽ meum:⁊ addu
cet magistratus quasi lutũ:⁊ velut pla
stes cõcalcãs humũ. Quis annũciauit G
ab exordio vt sciamus:et a principio
vt dicamus iustus es. Nõ est annũciãs
neqꝫ predicẽs:neqꝫ audiens sermones
vestros. Primus ad sion dicet ecce ad
sunt:⁊ hierusalẽ euãgelistas dabo. Et
vidi ⁊ nõ erat ex istis quisqꝫ qui iniret
consiliũ:et interrogatus rñderet ver
bum. Ecce oẽs iniusti ⁊ vana opa eoꝝ:
ventus et inane simulacra eorum.

¶ Ca. S. De xp̄o et baptismo eius:de
verbis patris ad filiũ ⁊ ad apostolos:
de aduentu xp̄i et peruersione iudeoꝝ
propter idola. Capi. xlij. A



Cce seruus meus suscipiã
eũ:electus meus ꝯplacuit Mat.12.b.
sibi in illo aĩa mea. Dedi 2.q.5.capi.
spm̃ meũ sup eũ:iudicium nos si.in fi.
gẽtibus ꝓferet. Nõ clama
bit neqꝫ accipiet personã:
nec audietur vox eius foris. Calamũ
cassatũ nõ cõteret:⁊ linũ fumigãs nõ
extinguet. In veritate educet iudiciũ:
nõ erit tristis neqꝫ turbulentus donec
ponat in terra iudiciũ:⁊ legẽ eius in
sule expectabũt. Hec dicit dñs de⁹ cre
ans celos ⁊ extẽdẽs eos:firmãs terraꝫ
et que germinãt ex ea:dans flatũ pplo j.49.b.
qui est sup eã:⁊ spm̃ calcãtib⁹ eã. Ego B
dñs vocaui te in iustitia et apprehẽdi j.48.c.
manum tuã ⁊ seruaui te. Et dedi te in
fedus ppli in lucem gẽtiũ:vt aperires
oculos cecorum ⁊ educeres de ꝯclusio
ne vinctũ:de domo carceris sedẽtes in
tenebris. Ego dñs hoc est nomen meũ. ps.149.
Gloriam meã alteri nõ dabo:⁊ laudẽ
meã sculptilibus que ꝓma fuerũt ecce
venerũt. Noua q̃z ego annũcio anteqꝫ
oriantur:audita vobis faciam. Canta
te dño canticũ nouum:laus eius ab ex
tremis terre. Qui descenditis in mare

et plenitudo ei⁹: insule et habitatores
earum. Leuetur desertum et ciuitates
eius: in domib⁹ habitabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vertice mon
tium clamabunt. Ponent domino glo
riam: et laudem eius in insulis nũcia-
C bũt. Dominus sicut fortis egredietur:
sicut vir preliator suscitabit zelũ. Uo-
ciferabitur et clamabit: sup inimicos
suos confortabitur. Tacui: semper si-
lui: patiẽs fui: sicut parturiẽs loquar.
Dissipabo ꝛ absorbebo simul: desertos
faciam mõtes et colles: et omne germẽ
eorum exiccabo. Et ponã flumina in
insulas: ꝛ stagna arefaciam. Et educam
cecos in viam quã nesciunt: in semitis
quas ignorauerũt ambulare eos faciam.
Ponam tenebras coram eis in lucẽ et
praua in recta. Hec verba feci eis: ꝛ nõ
dereliqui eos. Cõuersi sunt retrorsum.
Cõfundantur ꝯfusione q̃ cõfidũt in scul-
ptili: q̃ dicunt cõflatili vos dij nostri.
D Surdi audite: ꝛ ceci intuemini ad vi-
dẽdũ. Quis cecus nisi seruus meus: et
surdus nisi ad quẽ nũcios meos misi?
Quis cecus: nisi q̃ venũdat⁹ est? Et quis
cecus: nisi seru⁹ dñi? Qui vides multa
nõne custodies: q̃ apertas habes aures
nõne audies. Et dñs voluit vt sctifica-
ret eũ: ꝛ magnificaret legem, ꝛ extolle-
ret: ipse aũt populus direptus ꝛ vasta-
1.q6.2.c. tus. Laqueus iuuenum oẽs: ꝛ in domi-
paulus di- bus carcerũ abscõditi sunt. Facti sunt
cat. in rapinã: nec est q̃ eruat ĩ direptionẽ:
nec est q̃ dicat redde. Quis est in vobis
q̃ audiat hoc attẽdat et auscultet futu
ra? Quis dedit in direptionẽ iacob: et
israel vastãtib⁹. Nonne dominus ipse
est: cui peccauim⁹? Et noluerũt in vijs
eius ambulare: et nõ audierunt legem
eius. Et effudit super eũ indignationẽ
furoris sui ꝛ forte bellũ: et combussit
eum in circuitu et nõ cognouit: ꝛ suc
cendit eum et non intellexit.

¶ C. S. Populos credẽtes ex iudeis
securos facit: ꝛ ꝓmittit fidem ex omni
parte: increpat gentes de idolatria: q2
annũciãti nõ crediderũt: de sacrificijs
et thure iudeorũ reprobatis. Ca. xliij.



A Et nũc hec dicit dñs creãs
te iacob: ꝛ formans te isrl.
Noli timere q2 redemi te:
et vocaui te nomine tuo.
Me⁹ es tu. Cũ trãsieris p
aquas tecũ ero: et flumina
non operient te. Cum ambulaueris in
igne non combureris: ꝛ flãma nõ arde
bit in te: quia ego dñs deus tuus san-
ctus israel saluator tuus. Dedi propi-
tiationẽ tuã egyptũ et ethiopiã: et sa-
ba pro te. Ex quo honorabilis fact⁹ es
in oculis meis et gloriosus: ego dilexi
te. Et dabo homĩes ꝓ te: et populos pro A.4.b.
aĩa tua. Noli timere: q2 ego tecũ sum.
Ab oriẽte adducã semẽ tuũ: ꝛ ab occi-
dẽte ꝯgregabo te. Dicã aquiloni da: et
austro noli ꝓhibere. Affer filios meos
de lõginquo: ꝛ filias meas ab extremis
terre. Et oẽm q̃ inuocat nomẽ meũ in
gl'iam meã creaui eũ: formaui eũ ꝛ feci
eũ. Educ foras populũ cecum ꝛ oculos B
habentẽ: surdũ ꝛ aures ei sunt. Omnes
gẽtes congregate sunt simul: ꝛ collecte
sunt tribus. Quis in vobis annunciet
istud: ꝛ q̃ p̃ma sunt audire vos faciet?
Dẽt testes eorum ꝛ iustificentur: et au-
diant et dicãt. Uere vos testes mei: di-
cit dñs: et seruus meus quem elegi: vt
sciatis ꝛ credatis mihi ꝛ itelligatis: q2
egoipse sum. Ante me nõ est formator
deus: ꝛ post me non erit. Ego sum ego
sum dominus: ꝛ nõ est absq3 me salua- Osee. 13.b.
tor. Ego annũciaui ꝛ saluaui: auditum
feci: ꝛ nõ fuit in vobis alienus. Uos te-
stes mei dicit dominus: ꝛ ego deus. Et
ab initio egoipse: ꝛ nõ est qui de manu
mea eruat. Operabor: et quis auertet il-
lud? Hec dicit dominus redemptor ve-
ster sanctus isrl. Propter vos emisi in
babylonẽ et detraxi vectes vniuersos:
et chaldeos in nauibus suis gloriã- C
tes. Ego domin⁹ sanctus vester: creãs
israel rex vester. Hec dicit domin⁹ qui
dedit in mari viam: ꝛ in aquis torren-
tibus semitam. Qui eduxit quadrigã
ꝛ equũ: agmen ꝛ robustum. Simul ob-
dormierunt nec resurgẽt: cõtriti sunt
quasi lignũ: et extincti sunt. Ne memi-
neritis priorum: et antiqua ne intuea-
mini. Ecce ego facio noua: ꝛ nũc orien-
tur: vtiq3 cognoscetis ea. Ponã in de- 1. corin. 5.d
serto viam: ꝛ in inuio flumina. Et glo Apoc. 21.a
rificabit me bestia agri: dracones ꝛ stru
thiões: quia dedi in deserto aquas: et
flumina in inuio: vt darem potum po-
pulo meo electo meo. Populum istum
formaui mihi: laudem meã narrabit. D
Non me inuocasti iacob: nec laborasti
in me israel. Non obtulisti mihi arietẽ
holocausti tui: ꝛ victimis tuis nõ glori
ficasti me. Nõ te seruire feci in oblatio
ne: nec laborẽ tibi prebui in thure. Nõ
emisti mihi argẽto calamũ: ꝛ adipe vi
ctimarũ tuarũ nõ inebriasti me. Uerũ

tamen servire me fecisti in peccatis tuis:
prebuisti mihi laborē in iniquitatib⁹
tuis. Ego sum: ego sum ipse q̄ deleo ini-
quitates tuas propter me: ⁊ peccatorum
De pe. di. i. c. ecce nūc. tuorum nō recordabor. Reduc me in me-
moriā et iudicemur simul: narra si q̄d
habes vt iustificeris. Pater tuus pri⁹
peccauit: ⁊ interpretes tui preuaricati
sunt in me. Et contaminaui principes
sanctos: dedi ad internitionē iacob: et
israel in blasphemiam.

¶ C. S. De baptismo nouo: subsannat
deus idola: vocat ad penitētiā: et ostē
dit potentiam suam. Capitulū. xliiij.

B Hier. 30. d. et. 46. g. ET nunc audi iacob serue
me⁹: ⁊ isrł quem elegi. Hec
dicit dn̄s faciēs: et formās
te ab vtero auxiliator tu⁹.
Noli timere serue meus ia
cob: ⁊ rectissime quē elegi.
Effundam em̄ aquas super sitientem:
et fluēta super aridam. Effundam spi
ritum meū super semen tuum: et bene-
dictionem meam super stirpem tuā: et
germinabūt inter herbas quasi salices
iuxta preterfluentes aquas. Iste dicet:
domini ego sum: ⁊ ille vocabit ī nomi
ne iacob. Et hic scribet manu sua do-
mino: et in nomine israel assimilabit̄.
Hec dicit dominus rex israel: ⁊ redem
I. 41. b. et. I. 48. b. Apoc. i. d. et. 22. c. ptor eius dominus exercituū. Ego pri
mus ⁊ ego nouissimus: ⁊ absq̄ me non
est de⁹. Quis similis mei? Vocet et an-
nūciet: ⁊ ordinē exponat mihi. Ex quo
cōstitui mihi populum antiquū. Vētu
ra ⁊ que futura sunt annūciet eis. No-
lite timere: neq̄ cōturbemini. Extunc
audire te feci: ⁊ annunciaui. Vos estis
B testes mei. Nūquid est deus absq̄ me:
Baruc. 6. b et formator quem ego non nouerim?
Plaste idoli omnes nihil sunt: ⁊ amā-
tissima eorum non proderunt eis. Ipsi
sunt testes eorum: quia non vidēt neq̄
intelligunt vt confundantur. Quis for
mauit deum et sculptile conflauit ad
nihil vtile? Ecce omnes participes ei⁹
confundentur. Fabri enim sunt ex ho-
minibus. Conuenient enim omnes: sta
bunt et pauebunt et confundantur si-
mul. Faber ferrarius lima operatus est:
in prunis ⁊ ī malleis formauit illud: ⁊
operatus est in brachio fortitudinis sue.
Sapi. 13. c Esuriet et deficiet: nō bibet aquam et
lassescet. Artifex lignarius extēdit nor
mā: formauit illud in runcina. Fecit il
lud in angularibus: ⁊ in circino torna
uit illud: ⁊ fecit imaginē viri quasi spe
ciosum hominem habitantē in domo.
Succidit cedros: tulit ilicē et quercū
q̄ steterat inter ligna saltus. Plātauit C
pinū quam pluuia nutriuit: et facta est
hominibus in focū. Sumpsit ex eis et
calefact⁹ est: ⁊ succēdit ⁊ coxit panes:
de reliquo autem operatus est deum ⁊
adorauit: fecit sculptile ⁊ curuatus est
ante illud. Mediū ei⁹ cōbussit igni: et
de medio eius carnes coxit ⁊ comedit:
coxit pulmētū ⁊ saturat⁹ est: ⁊ calefa-
ctus est ⁊ dixit. Vah: calefact⁹ sum: vi-
di focum. Reliquum autem eius deum
fecit ⁊ sculptile sibi. Curuatur ante il
lud: ⁊ adorat illud: ⁊ obsecrat dicens.
Libera me q̄ deus meus es tu. Nescie-
runt: neq̄ intellexerūt. Obliti em̄ sunt
ne videant oculi eorū: et intelligant in
corde suo. Non recogitāt in mente sua:
neq̄ cognoscūt: neq̄ sentiūt vt dicant.
Medietatem eius combussi igni: ⁊ co
xi sup carbones eius panes: et coxi car
nes ⁊ comedi: ⁊ de reliquo ei⁹ idolum
faciam. Ante truncum ligni procidam.
Pars eius cinis est. Cor insipiens ado
rabit illud: ⁊ non liberabit animā suā
neq̄ dicet: forte mendaciū est in dexte- D
ra mea. Memēto horū iacob et israel:
qm̄ seru⁹ me⁹ es tu. Formaui te: seruus
meus es tu isrł non obliuiscaris mei.
Deleui vt nubē iniq̄tates tuas: ⁊ quasi
nebulā peccata tua. Reuertere ad me
quoniā redemi te. Laudate celi qm̄ mi
sericordiā fecit domin⁹: iubilate extre
ma terre. Resonate mōtes laudationē
saltus ⁊ omne lignū eius. Qm̄ redemit
dn̄s iacob: ⁊ israel gloriabitur. Hec di
cit dn̄s redēptor tuus: et formator tu⁹
ex vtero. Ego sum dn̄s faciēs oīa: extē-
dēs celos solus: stabiliēs terrā ⁊ null⁹
mecū. Irrita faciens signa diuinorū: et
ariolos in furorē vertēs. Cōuertēs sa-
piētes retrorsum: et sciētiā eorum stultā
faciēs. Suscitās verbū serui sui: ⁊ cō-
silium nunciorū suorum complens. Qui di
co hierusalē habitaberis: et ciuitatib⁹
iude edificabimini: ⁊ deserta ei⁹ susci-
tabo. Qui dico pfundo desolare: ⁊ flu
mina tua arefaciam. Qui dico cyro pa
stor meus es: et oēm voluntatē meā cō
plebis. Qui dico hierusalem edificabe
ris: et templo fundaberis.

¶ C. S. Prophetia de cyro qui popu-
lum liberauit a captiuitate: de aduen-
tu christi: de collectione gentium ad fi
dem: de penitentia colentium idola.

Capitulum. xlv.

A Ec dicit dñs xp̄o meo cy-
ro: cuiꝰ apphēdi dexterā:
vt subiciā añ faciē eiꝰ gen
tes: ⁊ dorsa regū vertā. Et
aperiā corā eo ianuas: ⁊
porte nō claudent̃. Ego añ
te ibo: ⁊ gl'iosos terre humiliabo. Por
tas ereas cōterā: ⁊ vectes ferreos con-
fringā. Et dabo tibi thesauros abscon
ditos ⁊ arcana secretoꝝ: vt scias quia
ego dñs q̄ voco nomē tuū deꝰ isrl': pro-
pter seruū meū iacob: ⁊ israel electum
meū. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui
te: ⁊ nō cognouisti me. Ego dñs et non
24.q.3. c. q̄ est amplius. Extra me nō est deꝰ. Accin
dā. vsi. col xi te ⁊ nō cognouisti me: vt sciant hi q̄
liciani. ab ortu solis ⁊ q̄ ab occidente: quoniā
B absq3 me nō est deꝰ. Ego dñs ⁊ nō est al
ter: formās lucem ⁊ creās tenebras: fa-
ciēs pacē ⁊ creās malū. Ego dñs faciēs
omnia hec. Rorate celi desup et nubes
pluant iustū: aperiat̃ terra ⁊ germinet
saluatorē: ⁊ iusticia oriatur simul. Ego
dñs creaui eū. Ue q̄ cōtradicit factori
suo: testa de samijs terre. Nunq̄d dicet
lutū figulo suo q̄d facis: et opus tuum
Rom.9.d. absq3 manibꝰ est? Ue q̄ dicit patri q̄d
Luce.23.c. generas: ⁊ mulieri quid parturis? Hec
dicit dñs sctūs israel plastes eius. Uē-
tura interrogate me: sup filios meos ⁊
sup opus manuū mearū mādate mihi.
Ego feci terrā: ⁊ hominē sup eā creaui
ego. Et manus mee tetenderunt celos:
et oī militie eorū mandaui. Ego susci-
taui eū ad iustitiam: et oēs vias eiꝰ di
rigā. Ipse edificabit ciuitatē meā: ⁊ ca
ptiuitatē meam dimittet nō in precio
neq3 in muneribꝰ: dicit dñs deus exer-
C citūum. Hec dicit dñs deus. Labor egy
pti ⁊ negociatio ethiopie: ⁊ sabaim vi
ri sublimes ad te trāsibūt ⁊ tui erunt.
Post te ambulabūt: vincti manicis p-
gēt: ⁊ te adorabunt teq3 deprecabunt̃.
Tm̄ in te est deus: ⁊ nō est absq3 te deꝰ.
Uere tu es deus absconditus: deꝰ isrl'
saluator. Confusi sunt et erubuerunt
omnes simul: abierunt in confusionem
fabricatores errorum. Israel saluatus
est in dño salute eterna. Non confunde
mini et nō erubescetis vsq3 in seculum
seculi: q2 hec dicit dñs creās celos. Ipe
deꝰ formās terrā ⁊ faciēs eā. Ipse pla-
stes eiꝰ. Non in vanū creauit eā: sed vt
habitet̃ formauit eā. Ego dñs et nō est
D alius. Nō in abscōdito locutus sum in
loco terre tenebroso. Non dixi semini
iacob frustra: querite me. Ego dñs lo-
quens iustitiam: annuncians recta. Cō-
gregamini ⁊ venite: ⁊ accedite simul: q̄
saluati estis ex gentibꝰ. Nescierūt qui
leuant signū sculpture sue: ⁊ rogāt deū
nō saluantē. Annūciate ⁊ venite: ⁊ cō-
siliamini simul. Quis auditū fecit hoc
ab initio? Extūc p̄dixi illud. Nūquid
non ego dñs: ⁊ non est vltra deus absq3
me? Deus iustus ⁊ saluās: nō est preter
me. Cōuertimini ad me et salui eritis
oēs fines terre: q2 ego deus et non est
alius. In memetipso iuraui. Egredie- Rom.14.b.
tur de ore meo iustitie verbum: ⁊ nō re Phil.2.b.
uertetur: quia mihi curuabit̃ omne ge
nu: et iurabit omnis lingua. Ergo i do
mino dicet. Mee sunt iustitie ⁊ impe-
riū. Ad eū veniēt: ⁊ confundantur oēs
qui repugnant ei. In dño iustificabit̃:
et laudabitur omne semen israel.

¶ C. S. De destructiōe idolatrie: ver-
ba dei patris vbi increpat iudeos ⁊ re
uocat ab idolis: et salutem promittit
in filio. Capitulum.xlvi.

Onfractus est bel: cōtritꝰ A
est nabo: facta sunt simula
cra eoꝝ bestijs ⁊ iumētis.
Onera vr̃a graui pondere
vsq3 ad lassitudinē conta-
buerūt: et contrita sunt si-
mul. Nō potuerūt saluare portantē: et
aīa eorū i captiuitatē ibit. Audite me
domꝰ iacob: ⁊ omne residuū domꝰ isrl'. B
Qui portamini a meo vtero: q̄ gestami
ni a mea vulua. Usq3 ad senectam ego-
ipse: ⁊ vsq3 ad canos ego portabo. Ego
feci ⁊ ego ferā: ego portabo ⁊ saluabo. s.40.b.
Cui assimilastis me ⁊ adequastis: ⁊ cō-
parastis me ⁊ fecistis similē? Qui con-
fertis aurū de sacculo: ⁊ argentū in sta
thera pōderatis. Conducētes aurificē baruc.6.c.
vt faciat deū: ⁊ pcidūt ⁊ adorāt. Por- C
tāt illū in humeris gestātes: ⁊ ponētes
in loco suo: ⁊ stabit ac de loco suo non
mouebit̃. Sed et cum clamauerint ad
eū nō audiet: de tribulatione nō salua
bit eos. Memētote istud ⁊ confunda-
mini: redite preuaricatores ad cor. Re
cordamini prioris seculi quoniā ego
sum deus: et non est vltra deus: nec est
similis mei annuncians ab exordio no
uissimum: et ab initio que necdum fa-
cta sunt dicens. Consilium meum sta-
bit: et omnis voluntas mea fiet. Uo- D
cans ab oriente auem: et de terra lon Als ✝ iustū
ginqua virū voluntatis mee. Et locu-
tus sum et adducam illud: creaui et fa
ciā illud. Audite me duri corde q̄ lōge

ctis a iusticia. Prope feci iusticiā meā
nō elongabit: ⁊ sal⁹ mea non morabit.
Dabo in syō salutē: ⁊ i isrł gloriā meā.
¶ C. S. Sermo dñi ↄtra babylonem:
vbi ostēdit eius supbia: humiliatio et
A destructio. Capitulum. xlvij.
2. q. 5. cap. Apaulus. Ezec. 23. c. Naū. 3. b.

Escēde: sede i puluere virgo
filia babylō: sede i terra. Nō
est soliū filie chaldeoꝝ: quia
vltra nō vocaberis mollis et
tenera. Tolle mollā et mole
farinā. Denuda turpitudinē tuam: di-
scooperi humeꝝ: reuela crura: trāsi flu
mina. Reuelabit ignominia tua: et vi-
debit opprobriū tuū. Ultionē capiā: ⁊
nō resistet mihi hō. Redemptor noster
dñs exercituū: nomen illius sctūs isrł.
B Sede tacens et intra in tenebras filia
chaldeoꝝ: qr nō vocaberis vltra dña re
gnoꝝ. Iratus sum sup pplm meū: cōta
minaui hereditatē meā: et dedi eos in
manu tua. Nō posuisti eis mias. Sup
senē aggrauasti iugū tuū valde: ⁊ dixi-
Apoc. 18. b sti. In sempiternū ero dña. Non posui
sti hec sup cor tuum: neq; recordata es
nouissimi tui. Et nunc audi hec delica
ta: ⁊ habitās ↄfidēter: q dicis in corde
tuo: ego sum: et nō est pter me ampli⁹.
Non sedebo vidua: ⁊ ignorabo sterili-
tatē. Uenient tibi duo hec subito i die
C vna: sterilitas ⁊ viduitas. Uniuersa ve
nerunt sup te pꝑter multitudinē ma-
leficioꝝ tuorū: ⁊ pꝑter duritiā incan-
Uicl. 47. c tatoꝝ tuoꝝ vehementē. Et fiduciā ha-
buisti in malicia tua: et dixisti. Non est
qui videat me. Sapientia tua ⁊ scien-
tia tua hec decepit te. Et dixisti in cor-
de tuo. Ego sum et preter me nō est al-
tera. Ueniet super te malum ⁊ nescies
ortū eius: et irruet super te calamitas
quā nō poteris expiare. Ueniet super
te repēte miseria quam nescis. Sta cū
incantatoribus tuis: ⁊ cū multitudine
maleficiorū tuorum in quib⁹ laborasti
ab adolescētia tua: si forte qd prosint
tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti
in multitudine cōsiliorū tuoꝝ. Stent
D et saluēt te augures celi q te cōtempla
bant sidera ⁊ supputabāt mēses: vt ex
eis annūciarēt ventura tibi. Ecce facti
sunt quasi stipula: ignis cōbussit eos.
Non liberabunt animā suam de manu
flamme nō sunt prune qb⁹ calefiāt: nec
focus vt sedeāt ad eū. Sic facta sunt ti
bi: in qbuscūq; laboraueras. Negocia-
tores tui ab adolescētia tua: vnusq̄sq;
in via sua errauerūt. Nō est q saluet te.

¶ C. S. Increpat dñs duriciā iudeoꝝ
per sapiētiā qua cognoscit futura: per
potētiā qua creauit oia se colendū pꝛo
bat ⁊ non idola pꝑter que traditi sunt
inimicis: de liberatiōe eoꝝ. Ca. xlviij.

Udite hec dom⁹ iacob qui A
vocamini noie israel: et de
aq̄s iuda existis q iuratis
in noie dñi: ⁊ dei isrł recor
damini: nō in veritate neq;
in iusticia. De ciuitate eī sancta voca-
ti sunt: ⁊ sup deū israel ↄstabiliti sunt.
Dñs exercituū nomen eius. Priora ex-
tūc annūciaui ⁊ ex ore meo exierunt: et
audita feci ea: repēte operatus sum et
venerūt. Sciui enim qr durus es tu: et
neruus ferreus ceruix tua: ⁊ frons tua
erea. Predixi tibi extūc: anteq̄ venirēt
indicaui tibi ne forte diceres. Idola
mea fecerūt hec: ⁊ sculptibilia mea ⁊ cō
flatilia mādauerūt ista. Que audisti vi
de oia. Uos aūt non annūciastis. Audi B
ta tibi feci noua extunc: et conseruata
sunt q nescis. Nūc creata sunt et nō ex-
tūc ⁊ ante diē: ⁊ non audisti ea ne forte
dicas. Ecce ego cognoui ea. Neq; audi-
sti neq; cognouisti: neq; extunc apta est
auris tua. Scio eī qr pꝛuaricās pꝛuari
caberis: ⁊ trāsgressorē ex vtero vocaui
te. Propter nomē meū lōge faciā furo-
rē meū: ⁊ laude mea ifrenabo te ne in-
tereas. Ecce excoxi te sꝫ nō quasi argen
tum: elegi te i camino paupertatis. Pro-
pter me pꝑter me faciā vt nō blasphe-
mer: ⁊ gloriā meā alteri non dabo. Au
di me iacob: ⁊ israel quē ego voco. Ego
ipse ego prim⁹: ⁊ ego nouissim⁹. Ma- S. 42. b.
nus quoq; mea fundauit terrā: ⁊ dexte S. 41. b.
ra mea mēsa est celos. Ego vocabo eos: S. 44. a.
et stabunt simul. Cōgregamini omnes C
vos ⁊ audite. Quis de eis annunciauit
hec? Dñs dilexit eū: faciet volūtatē suā
in babylone: ⁊ brachiū suū i chaldeis.
Ego ego locut⁹ sum ⁊ vocaui eum: ad-
duxi eū et directa est via eius. Accedi-
te ad me: et audite hec. Nō a principio
in abscōdito locut⁹ sum. Ex tpe anteq̄
fierēt ibi erā: ⁊ nūc dñs de⁹ misit me et
spūs ei⁹. Hec dicit dñs deus redēptor
tuus sctūs isrł. Ego dñs deus tuus do-
cēs te vtilia: gubernās te i via qua am
bulas. Utinā attēdisses mādata mea. D
Facta fuisset sicut flumē pax tua: ⁊ iu-
sticia tua sicut gurgites maris. Et fuis-
set quasi arena semen tuū: et stirps vte
ri tui vt lapilli eius. Non interisset: et
non fuisset attritum nomē eius a facie

mea. Egredimini de babylone: fugite
a chaldeis: i voce exultatiōis annūcia-
te: auditū facite hoc: efferte illud vsq3
Exo.17.b. ad extrema terre. Dicite. Redemit dñs
Num.20.b seruū suū iacob. Nō sitierūt in deserto
Sap.11.a. cum educeret eos. Aquā de petra pdu
I.57.c. xit eis: et scidit petrā et fluxerūt aque.
Non est pax impijs dicit dñs.

¶ C.S. Uerba filij ad ecclesiā sub noīe insularū: vbi dicit se missum ad salutē tā gētiū ꝙ iudeoꝝ: loquit pater ad filiū: de cōuersis ad ipm: cōsolatur dñs ecclesiā sub noīe sion: vbi dicit credentes in ipsum vndiq3 cōgregādos: et ꝙ preda tolletur a forti. Capitulum.xlix.

A 
Udite insule: et attēdite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladiū acutū: in vmbra man9 sue protexit me: et posuit me sicut sagittā electam. In pharetra sua abscōdit me: et dixit mihi. Seruus me9 es tu isrl: q2 in te glorificabor. Et ego dixi. Inuacuū laboraui sine causa: et vane fortitudinem meā consumpsi.
B Ergo iudicium meum cū dño: et opus meum cum deo meo. Et nunc hec dicit dñs formās me ex vtero seruū sibi vt reducā iacob ad eū: et isrl nō cōgregabit.
I.42.b. Et glorificat9 sum in oculis dñi: et de9
Act.13.g. meus fact9 est fortitudo mea. Et dixit parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob: et feces israel cōuertendas. Dedi te in lucē gentium: vt sis salus mea vsq3 ad extremum terre.
C Hec dicit dñs redemptor israel: sctūs
2.cor.6.a. ei9: ad contēptibilē aīam: ad abominatam gentē: ad seruū dñoꝝ. Reges videbūt et cōsurgēt principes: et adorabunt propter dñm q2 fidelis est: et sanctum israel q elegit te. Hec dicit dñs. In tē-
I.42.a. pore placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te: et dedi te in fedus ppli vt suscitares terram: et possideres hereditates dissipatas: vt diceres his q vincti sunt exite:
Apoc.7.d. et his qui in tenebris reuelamini. Sup vias pascētur: et in omnib9 planis pascua eorū. Non esurient neq3 sitient: et nō percutiet eos estus et sol: q2 miserator eoꝝ reget eos: et ad fontes aquarū potabit eos. Et ponā oēs mōtes meos
D in viā: et semite mee exaltabunt. Ecce isti de lōge venient: ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exulta terra: iubilate mon I.52.c.
tes laudem: q2 cōsolatus est dñs populum suū: et pauperū suorū miserebit. Et dixit sion. Dereliquit me dñs: et dominus oblitus est mei. Nunqd obliuisci pōt mulier infantē suū: vt nō misereat filio vteri sui. Et si illa oblita fue 2.q.6.c.
rit: ego tamē nō obliuiscar tui. Ecce in ad romanā
manib9 meis descripsi te: muri tui co- E
ram oculis meis semp. Uenerunt stru I.60.a.
ctores tui destruētes te: et dissipātes a te exibūt. Leua in circuitu oculos tuos et vide: oēs isti cōgregati sunt venerūt tibi. Uiuo ego dicit dñs: q2 oib9 his vestieris: et circūdabis tibi eos q̄si spōsa. Q2 deserta tua et solitudines tue et terra ruine tue: nūc angusta erunt pre habitatoribus: et longe fugabunt q absorbebant te. Adhuc dicent in aurib9 tuis filij sterilitatis tue.
Angustus est mihi locus: fac spacium F
mihi vt habitem. Et dices i corde tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis et non pariens: transmigrata et captiua: et istos quis enutriuit. Ego destituta et sola: et isti vbi hic erāt. Hec dicit dominus deus. Ecce leuabo ad gētes manum meam: et ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis: et filias tuas super humeros portabūt. Et erūt reges nutritij tui: et re- G
gine nutrices tue. Uultu i terra demisso adorabūt te: et puluerem pedū tuorum lingent. Et scies q2 ego dominus: super quo non cōfundentur qui expectant eum. Nunqd tolletur a forti preda: aut quod captum fuerit a robustiori saluū esse poterit? Quia hec dicit dñs. Equidē et captiuitas a forti tollet: et qd ablatū fuerit a robusto saluabitur. Eos vero q iudicauerūt te ego iudicabo: et filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet oīs caro q2 ego dñs saluans te: et redemptor tuus fortis iacob.

¶ C.S. De iudea reprobata: de passionibus christi: et de pena iudeorū obstinatorum. Capitulum.l.


Ec dicit dominus. Quis est A
hic liber repudij matris vestre: quo dimisi eā? Aut quis 35.q.1.c.
est creditor meus cui vēdidi hec ita x.
vos? Ecce enī in iniqtatibus I.59.a.
vestris vēditi estis: et in scelerib9 vris dimisi matrem vestram: q2 veni et non erat vir: vocaui et nō erat qui audiret.

Nunquid abbreuiata et paruula facta
est manus mea vt nō possim redimere:
aut nō est in me virtus ad liberādum?
B Ecce in increpatione mea desertum fa
ciam mare: ponam flumina in siccum.
Computrescēt pisces sine aqua: et mo-
rientur in siti. Induam celos tenebris:
et saccū ponam operimentum eorum.
Dominꝰ dedit mihi linguam eruditā:
vt sciam sustentare eum qui lassus est
verbo. Erigit mane: mane erigit mihi
aurem: vt audiam quasi magistrū. Do-
minus deus aperuit mihi aurem: ego
aūt non cōtradico: retrorsum nō abij.
C Corpus meum dedi percutientibus: ꝛ
Mar. 26. g genas meas vellentibus. Faciē meam
non auerti ab increpantibꝰ ꝛ cōspuen
tibus in me. Dn̄s deꝰ auxiliator meus:
et ideo nō sum cōfusus. Ideo posui fa-
ciem meā vt petrā durissimam: et scio
qm̄ nō confundar. Iuxta est q̄ iustificat
me. Quis cōtradicet mihi? Stemus si-
D mul. Quis est aduersariꝰ meus? Acce-
psal. 101. dat ad me. Ecce dominꝰ deꝰ auxiliator
meus. Quis est q̄ cōdēnet me? Ecce oēs
quasi vestimētū cōterent: ꝛ tinea come
det eos. Quis ex vobis timēs dn̄m: au
diens vocem serui sui? Quis ambula-
uit in tenebris: ꝛ nō est lumē ei? Spe-
ret in nōie domini: et innitatur super
deum suum. Ecce vos oēs accendentes
ignē: accincti flāmis. Ambulate in lu-
mine ignis vestri: ꝛ in flāmis quas suc-
cendistis. De manu mea factum est hoc
vobis. In doloribus dormietis.

¶ C. S. De reprobatis iudeis ꝛ pdīdis
loquit dn̄s ad pplōs: qbꝰ gl'iosaꝫ pro-
mittit ecclesiam: confortat quoqꝫ fide-
les: ꝛ desiderant fideles aduētum filij:
qui respondet verba solatij: promittit
filius qui plantet celos ꝛ fundet terrā:
ꝛ vocant ad penitētiā q̄ christū in pas-
sione negauerunt. Capitulū. li.



A Udite me q̄ sequimini qđ
iustū est: et queritis domi-
num. Attendite ad petram
vnde excisi estis: ꝛ ad cauer
nam laci de qua ꝑcisi estis.
Attēdite ad abrahā patrem
vestrū: et ad sarā que peperit vos. Qꝛ
vnū vocaui eum ꝛ benedixi ei: et mul-
tiplicaui eum. Consolabitur ergo dn̄s
sion: et consolabitur oēs ruinas eius.
Et pone desertū eius quasi delitias: et
solitudinem eius quasi hortū domini.
Gaudiū ꝛ leticia inuenietur in ea gra
B tiarū actio et vox laudis. Attēdite ad
me popule meus: et tribus mea me au-
dite. Quia lex a me exiet: et iudicium
meū in lucem populorum requiescet.
Prope est iustus meus: egressus est sal-
uator meus: et brachia mea populos
iudicabunt. Me insule expectabunt:
ꝛ brachium meum sustinebunt. Leuate
in celum oculos vestros: et videte sub
terra deorsum: quia celi sicut fumus li
quescent: et terra sicut vestimētum at-
teretur: ꝛ habitatores eiꝰ sicut hec in-
teribunt. Salus autem mea in sempi- C
ternū erit: ꝛ iustitia mea non deficiet.
Audite me qui scitis iustum: populus
meus lex mea in corde eorū. Nolite ti-
mere opprobrium hominū: et blasphe
miam eorꝫ ne metuatis. Sicut enim
vestimentū sic comedet eos vermis: et
sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Sa
lus autem mea in sempiternum erit: et
iustitia mea in generatiōes gñationū.
Consurge consurge: induere fortitudi- I. 52. a.
nem brachium domini. Consurge sicut
in diebus antiquis: in generationibus D
seculoꝝ. Nūquid non tu percussisti su-
perbum: vulnerasti draconē? Nunquid
non tu siccasti mare: aquā abyssi vehe-
mentis? Qui posuisti profundum ma-
ris viā: vt transirent liberati. Et nunc
qui redēpti sunt a domino reuertent:
et venient in siō laudātes: et leticia sem
piterna super capita eorum. Gaudiuꝫ
ꝛ leticiā tenebūt: fugiet dolor ꝛ gemi-
tus. Ego ego ipse cōsolabor vos: q̄s tu
vt timeas ab homine mortali et a filio
hominis: q̄ quasi fenum ita arescet: et E
oblitꝰ es domini factoris tui? Qui te-
tendit celos et fundauit terram: ꝛ for-
midasti iugiter tota die a facie furoris
eius qui te tribulabat: ꝛ parauerat ad
perdēdū. Ubi nūc est furor tribulātis.
Cito veniet gradiens ad aperiendum:
et nō interficiet vsqꝫ ad internitionē:
nec deficiet panis eius. Ego autē sum
dominus deꝰ tuus qui cōturbo mare:
et intumescant fluctus eius: dominus
exercituū nomen meum. Posui verba
mea in ore tuo: ꝛ in vmbra manus mee
protexi te: vt plātes celos ꝛ fundes ter
ram ꝛ dicas ad sion: populus meus es
tu. Eleuare: eleuare consurge hierlm̄ q̄
bibisti de manu domini calicē ire eiꝰ.
Usqꝫ ad fundū calicis soporis bibisti: F
et potasti vsqꝫ ad feces. Nō est q̄ susten
tet eā ex oībꝰ filiis quos genuit: ꝛ non
est q̄ apprehēdat manus eius ex oībus
filijs quos enutriuit. Duo sunt que oc-

currerāt tibi. Quis ꝯtristabit sup te?
Uastitas ⁊ cōtritio ⁊ fames ⁊ gladius.
G Quis ꝯsolabit te. Filij tui ꝓiecti sūt:
dormierunt in capite oīm viarū: sicut
oryx illaqueat⁹ pleni idignatiōe dñi in⸗
crepatiōe dei tui. Idcirco audi h̄ pau⸗
pcula: ⁊ ebria nō a vino. Hec dicit dña
tor tuus dñs: ⁊ de⁹ tuus q̄ pugnauit ꝓ
pplo suo. Ecce tuli de manu tua calicē
soporis: fundum calicis indignatiōis
mee. Nō adijcies vt bibas illum vltra.
Et ponā illū i manu eoꝝ q̄ te humilia⸗
uerunt: et dixerūt aie tue incuruare vt
transeamus: ⁊ posuisti vt terrā corpus
tuum: et quasi viam transeuntibus.
¶ Ca. S. Excitat ecclesia ad virtutes:
de redemptione nostra: commēdātur
predicatores: et iubētur apostoli exire
de polluta ciuitate. Capitulum. lij.
A ā.51.c. Onsurge cōsurge: induere
fortitudine tua syō. Indue
re vestimēta glorie tue hierl'z
ciuitas sctī: q2 nō adijciet
vltra vt ptrāseat p te incir
cuncisus et immūdus. Ex⸗
cutere de puluere: cōsurge sede hierl'z.
Solue vincula colli tui captiua filia
syon: q2 hec dicit dñs. Gratis venunda⸗
B ti estis: et sine argēto redimemini. Q2
hec dicit dñs de⁹. In egyptū descendit
populus meus in principio vt colonus
esset ibi: et assur absq̄ vlla causa calū⸗
niatus est eum. Et nunc quid mihi est?
Hec dicit dñs. Q̄m ablatus est popul⁹
me⁹ gratis. Dñatores eius inique agūt
dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomē meū
92. distinc. blasphemat. Propter hoc sciet pplus
dyaconi. meus nomē meū in die illa: q2 ego ipse
Naum. 1. d. q̄ loquebar ecce assum. Quam pulchri
Rom. 10. c. sup mōtes pedes annunciantis et pre⸗
C dicātis pacē: annunciantis bonū: pdi⸗
cantis salutem: dicētis. Syō regnabit
de⁹ tuus. Uox speculatoꝝ tuoꝝ leua⸗
uerūt vocē: simul laudabunt: q2 oculo
ad oculū videbūt cū cōuerterit dñs syō.
Gaudete et laudate simul deserta hie⸗
rusalē: q2 cōsolatus est dñs pplm suū:
Ps. 97. a. redemit hierlm. Parauit dñs brachiū
2. Cor. 6. d sanctū suū in oculis oīm gētiū: ⁊ vide⸗
D būt oēs fines terre salutare dei nr̄i. Re
45. dis. c. re cedite recedite: exite inde: pollutū no
cedite. lite tāgere. Exite de medio eius: mūda
22. q. 4. ca. mini qui fertis vasa dñi. Q̄m nō in tu⸗
ecce. ⁊. c. re multu exibitis: nec i fuga pperabitis.
cedite. Precedet enim vos dñs: ⁊ cōgregabit
1. q. 1. c. neu vos deus israel. Ecce intelliget seruus
nou. meus ⁊ exaltabit: et eleuabit: et subli⸗
mis erit valde. Sicut obstupuerūt su⸗
per eū multi: sic ingloriꝰ erit inter vi
ros aspect⁹ ei⁹: ⁊ forma ei⁹ iter filios
hoim. Iste aspget gētes multas: super Rom. 15. c.
ipsum continebūt reges os suū. Quia
quib⁹ nō est narratū de eo videbunt: et
que nō audierunt contemplati sunt.
¶ Ca. S. Prophetat de passione Iesu
christi futura: cui promittitur qđ post
passionem erit saturitas gētium in fi⸗
de. Capitulum. liij.



Uis credidit auditui nr̄o: A
⁊ brachiū dñi cui reuelatū Ioā. 12. f.
est. Et ascēdet sicut virgul⸗ Rom. 10. c.
tum corā eo: et sicut radix
de terra sitiēti. Nō est spe⸗
cies ei neq̄ decor. Et vidi⸗
mus eū: ⁊ nō erat aspect⁹: et desidera⸗
uim⁹ eū despectū ⁊ nouissimū viroꝝ:
virū doloꝝ ⁊ sciētem infirmitatē. Et
quasi abscōditus vultus eius et despe
ctus: vnde nec reputauimus eum. Uere B
lāguores nostros ipse tulit: et dolores De cel. miss.
nostros ipse portauit. Et nos putaui⸗ c. cum mar
mus eū q̄si leprosum: et pcussum a deo the.
et humiliatū. Ipse autē vulneratus est Mat. 8. b.
ꝓpter iniq̄tates nr̄as: attrit⁹ ē ꝓpter 1. petri. 2. d
scelera nr̄a. Disciplina pacis nr̄e sup
eū: ⁊ liuore ei⁹ sanati sumus. Oēs nos
quasi oues errauim⁹: vnusq̄sq̄ in viam
suā declinauit: ⁊ posuit dñs in eo iniq̄ C
tatē oīm nostroꝝ. Oblat⁹ est q2 ipse vo Actuū. 8. f.
luit: ⁊ non aperuit os suū. Sicut ouis De pe. di. 2.
ad occisionē ducet: et q̄si agnus corā ca. si enim.
tondēte se obmutescet: ⁊ nō aperiet os 24. q. 1. ca.
suū. De angustia ⁊ de iudicio sublatus nō turbat.
est. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit? Q2 De pe. di. 3.
abscissus est de terra viuētiū: propter capi. talis.
scelus ppli mei pcussit eū. Et dabit im 1. petr. 2. d.
pios ꝓ sepulturā: ⁊ diuites pro morte
sua: eo q̄ iniq̄tatē non fecerit: neq̄ do
lus fuerit in ore ei⁹: ⁊ dñs voluit cōte⸗
rere eū in infirmitate. Si posuerit ꝓ D
pctō aīam suā videbit semē lōgeuū: et
voluntas dñi in manu ei⁹ dirigetur. Pro
eo q̄ laborauit aīa ei⁹: videbit ⁊ satu⸗
rabitur. In sciētia sua iustificabit ipse iu
stus seruus me⁹ multos: ⁊ iniquitates
eoꝝ ipse portabit. Ideo dispertiā ei plu⸗
rimos: ⁊ fortiū diuidet spolia: ꝓ eo q̄
tradidit in mortē aīam suā: ⁊ cū scele⸗
ratis reputatus est. Et ipse pctā mul⸗ Marci. 15.
toꝝ tulit: et ꝓ trāsgressorib⁹ rogauit. Luce. 22. d.
¶ C. S. De vocatione iudeorum et gē⸗
tium: et qualiter ecclesia edificatur: de
lapidibus preciosis: ⁊ de fabro qui suf⸗
flat prunas. Capitulum. liiij.

A Sapi. 3.c. Luce. 23.d. Gala. 4.d

Auda sterilis que non pa-
ris: decanta laudem et hin
ni que non pariebas: quo-
niā multi filii deserte ma-
gis ꝙ eius que habebat vi
rum: dicit dn̄s. Dilata lo-
cum tentoriꝰ tui: et pelles tabernaculo
rū tuorū extēde. Ne parcas. Lōgos fac
funiculos tuos: et clauos tuos ꝯsolida.
Ad dexterā em̄ et leuā penetrabis: et se
mē tuū gētes hereditabit: et ciuitates
B desertas inhabitabit. Noli timere: qꝛ
nō ꝯfunderis neqꝫ erubesces. Nō em̄ te
pudebit: qꝛ cōfusionis adolescētie tue
obliuisceris: et opprobrii viduitatis
tue nō recordaberis ampliꝰ. Qꝛ dn̄a-
bit tui q̄ fecit te dn̄s exercituū nomen
eiꝰ: et redēptor tuus sctūs isrl': deꝰ oīs
terre vocabit. Qꝛ vt mulierē derelictā
et merentē spū vocauit te dn̄s: et vxorē
ab adolescētia abiectā: dixit deꝰ tuus.
C Ad pūctū i modico dereliqui te: et in
miseratiōibꝰ magnis ꝯgregabo te. In
momēto indignatiōis abscōdi faciem
meā parūper a te: et in mīa sempiterna
misertus sū tui. Dixit redēptor tuus
Gen. 9.b dn̄s. Sicut in diebꝰ noe istud mihi est:
cui iuraui ne inducerē aquas diluuii
vltra supra terram: sic iuraui vt non
irascar tibi: et nō increpem te. Mōtes
em̄ cōmouebunt et colles ꝯtremiscent:
mīa aūt mea non recedet a te: et fedus
pacis mee nō mouebitur: dixit misera
tor tuus dn̄s. Paupercula tēpestate con-
uulsa absqꝫ vlla consolatiōe. Ecce ego
sternā p ordinē lapides tuos: et funda-
bo te in saphyris: et ponā iaspidē ppu
gnacula tua: et portas tuas in lapides
sculptos: et omnes terminos tuos i la-
D pides desiderabiles. Uniuersos filios
tuos doctos a dn̄o: et multitudinē pa-
cis filiis tuis: et in iustitia fundaberis.
Recede procul a calūnia: qꝛ non time-
bis: et a pauore: quia nō appropinqua
bit tibi. Ecce accola veniet q̄ non erat
mecum: aduena quondam tuus adiun-
getur tibi. Ecce ego creaui fabrum suf-
flantē in igne prunas: et pferētē vas in
opus suū: et ego creaui interfectorē ad
disperdēdū. Omne vas qđ fictū est con
tra te nō diriget: et omnē linguam resi
stentē tibi i iudicio iudicabis. Hec est
hereditas seruorū dn̄i: et iustitia eorū
apud me: dicit dominus.

¶ C. S. De baptismo et pplo xpiano:
de querēdo dn̄m: et de verbo qđ nō re-
dit in vacuum. Capitulum. lv.

A

Mnes sitientes venite ad
aquas: et q̄ nō habetis argē
tū: pperate: emite et come-
dite. Uenite emite absqꝫ ar apoc. 22.d.
gēto: et absqꝫ vlla cōmuta-
tiōe: vinū et lac. Quare ap-
penditis argētū nō in panibꝰ: et labo-
rē vestrū nō in saturitate? Audite au-
diētes me et comedite bonū: et delecta-
bit in crassitudine aīa vestra. Inclina-
te aurē vestrā et venite ad me: audite et
viuet aīa vestra. Et feriā vobiscum pa
ctū sempiternum: mias dauid fideles.
B Ecce testē populis dedi eū: ducē ac pce
ptorē gētibꝰ. Ecce gētē quā nesciebas
vocabis: et gentes q̄ te nō cognouerūt
ad te currēt ppter dn̄m deū tuū et san-
ctū isrl': qꝛ glorificauit te. Querite dn̄m
dū inueniri pōt: inuocate eū dū prope De pe. di. 1.
est. Derelinquat impius viā suā: et vir c. his auto
iniquus cogitatiōes suas: et reuertatur ritatibus.
C ad dn̄m et miserebit eiꝰ: et ad deū nr̄m
qm̄ multus est ad ignoscendū. Non em̄
cogitatiōes mee cogitatiōes vr̄e: neqꝫ
vie mee vie vestre: dicit dn̄s. Qꝛ sicut
exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt
vie mee a viis vestris: et cogitationes
mee a cogitatiōibꝰ vestris. Et quō de-
scēdit imber et nix de celo: et illuc vltra
non reuertitur: sed inebriat terrā et in
fundit eā: et germinare eā facit: et dat
D semen serēti et panē comedēti: sic erit
verbū meū qđ egrediet de ore meo. Nō
reuertet ad me vacuū: sꝫ faciet q̄cunqꝫ
volui: et prosperabit in his ad q̄ misi
illud. Quia i letitia egrediemini: et in
pace deducemini. Mōtes et colles can
tabūt coram vobis laudē: et oīa ligna
regionis plaudent manu. Pro saliūca
la ascendet abies: et pro vrtica crescet
myrtus. Et erit dn̄s nominatꝰ in signū
eternum: quod non auferetur.

¶ C. S. De eunucho et custodiente sab
batum: et quod ppter malos pastores
deuoratur populus. Capitulum. lvi.

A

Ec dicit dn̄s. Custodite iudi
cium et facite iustitiam: quia
iuxta est salus mea vt veniat:
et iustitia mea vt reueletur.
Btūs vir q̄ facit hoc: et filius
hoīs q̄ apphēdet istud. Custodiēs sab
batū ne polluat illud: custodiēs manꝰ
suas ne faciat omne malū. Et nō dicat
filius aduene qui adheret dn̄o dicēs.
B Separatione diuidet me dn̄s a pplo
suo. Et non dicat eunuchus: ecce ego li
gnum aridum. Qꝛ hec dicit dn̄s eunu-

chis. Qui custodierint sabbata mea et
elegerint que ego volui: ⁊ tenuerint fe
dus meũ: dabo eis in domo mea et in
muris meis locũ: ⁊ nomẽ meli⁹ a filijs
et filiab⁹. Nomẽ sempiternũ dabo eis:
Sap.3.d. qd nõ peribit. Et filios aduene q̃ adhe
rẽt dño vt colãt eũ: ⁊ diligãt nomẽ ei⁹
vt sint ei in seruos: oẽm custodiẽtẽ sab
batũ ne polluat illud: ⁊ tenentẽ fedus
meũ adducã eos in mõtẽ scm̃ meũ: et
C letificabo eos ĩ domo orõnis mee. Ho
locausta eoꝝ ⁊ victime eoꝝ placebunt
88.di.c.2. mihi super altari meo: q2 domus mea
1.q.3.c. sal- domus orõnis vocabit̃ cunctis pplĩs:
uator. ait dñs deus q̃ congregat dispsos isrl̃.
16.q.7.c.et Adhuc cõgregabo ad eum cõgregatos
diximus. eius. Oẽs bestie agri venite ad deuorã
43.dist.c.s. dum vniuerse bestie saltus. Specula-
Mat.11.c. tores eius ceci oẽs: nescierũt vniuersi:
Luc.19.g. canes muti nõ valẽtes latrare: vidẽtes
D vana: dormiẽtes ⁊ amãtes somnia: et
canes impudẽtissimi nescierũt satur-
tatẽ. Ipi pastores ignorauerũt intelli-
gentiã. Oẽs in viã suam declinauerũt:
vnusq̃sq3 ad auaritiã suã: a sũmo vsq3
ad nouissimũ. Venite sumamus vinũ:
Hiel.6.c. et impleamur ebrietate: ⁊ erit sicut ho
Sap.2.b. die: sic et cras et multo amplius.

¶ C. S. De iusto cuius more nõ intel-
ligitur ab impijs: increpãtur iudei q̃
christum in cruce subsannauerunt: de
idolis: et de confidẽtibus in domino:
de reprobatione iudeorum: et q̃ impijs
non est pax. Capi. lvij.

A  Iustus perit: ⁊ nõ est q̃ reco
gitet ĩ corde suo: ⁊ viri mie
colliguntur: q2 nõ est q̃ intel
ligat. A facie enim malicie
collect⁹ est iustus. Veniat
pax: requiescat in cubili
suo: q̃ ãbulauit in directione sua. Vos
aũt accedite huc filij auguratricis: se-
mẽ adultere ⁊ fornicarie. Sup quẽ lu
sistis? Sup quẽ dilatastis os: et ejeci-
stis linguã? Nunq̃d nõ vos filij scelesti:
semẽ mẽdax? Qui consolamini in dijs
subter oẽ lignũ frõdosum: imolantes
paruulos in torrẽtibus subter eminẽ-
B tes petras. In partib⁹ torrẽtis pars tua:
hec est sors tua. Et ipsis effudisti liba-
mẽ: obtulisti sacrificiũ. Nũq̃d sup his
nõ idignabor? Sup mõtẽ excelsum et
sublimẽ posuisti cubile tuũ: ⁊ illuc a-
scẽdisti vt immolares hostias. Et post
ostiũ ⁊ retro postẽ posuisti memoriale
tuũ: q2 iuxta me discooperuisti ⁊ suscepi
sti adulterũ. Dilatasti cubile tuũ: ⁊ pe
pigisti cũ eis fedus. Dilexisti stratũ eo-
rũ manu apta: ⁊ ornasti te regio vnguẽ
to: ⁊ multiplicasti pigmẽta tua. Misi
sti legatos tuos pcul: et humiliata es
vsq3 ad inferos. In multitudie vie tue
laborasti: nõ dixisti q̃escã. Vitã manus
tue inuenisti: ppterea nõ rogasti. Pro C
quo sollicita timuisti: q2 mẽtita es: et
mei nõ es recordata: neq3 cogitasti in
corde tuo: q2 ego tacẽs: ⁊ q̃si nõ vidẽs
⁊ mei oblita es. Ego aũt annũciabo iu
stitiã tuã: ⁊ opa tua nõ pderũt tibi: cũ
clamaueris liberẽt te cõgregati tui. Et
oẽs eos auferet vẽtus: tollet aura. Qui
aũt fiduciã hz mei hereditabit terrã: ⁊
possidebit mõtẽ scm̃ meũ. Et dicam.
Viã facite: pbete iter: declinate de se-
mita: auferte offendicula de via ppli
mei. Q2 hec dicit dñs excelsus ⁊ subli-
mis habitãs eternitatẽ: et scm̃ nomẽ
eius ĩ excelso: ⁊ ĩ scõ habitãs: et cũ cõ
trito ⁊ hũili spũ: vt viuificet spm̃ hu-
militũ: et viuificet cor cõtritoꝝ. Nõ eñ D
in sempiternũ litigabo: neq3 vsq3 ad fi De pe. dist.
nem irascar: q2 spũs a facie mea egre- 3.c. talis.
dietur: ⁊ flatus ego faciã. Propter ini
quitatẽ auaritie eius iratus sum: et p-
cussi eũ. Abscõdi a te faciẽ meã: et idi-
gnatus sũ. Et abijt vagus ĩ via cordis
sui. Vias ei⁹ vidi ⁊ sanaui eũ et reduxi
eũ: et reddidi cõsolatiões ipsi et lugẽ-
tibus ei⁹. Creaui fructũ labiorũ pacẽ:
pacẽ ei q̃ lõge est: et q̃ ppe dixit dñs: et s.48.d.
sanaui eum. Impij aũt quasi mare fer-
uẽs qd quiescere non põt: et redũdant
fluctus eius in cõculcationẽ et lutum.
Non est pax impijs: dicit dñs deus.

¶ C. S. De ieiunio et elemosina ⁊ alijs
operibus misericordie: de veneratiõe
et obseruatione sabbati: et de premijs
eorundem. Capi. lviij.

 Clama ne cesses: q̃si tuba exal A
ta vocẽ tuã: et annũcia pplo 43. dist. ca.
meo scelera eoꝝ: et domui Ia sit rector.
cob peccata eoꝝ. Me etẽi de
die ĩ diẽ querũt: ⁊ scire vias
meas volunt q̃si gẽs q̃ iustitiã fecerit:
⁊ q̃ iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. Ro
gant me iudicia iustitie: et appropinq̃
re deo volũt. Quare ieiunauim⁹ et nõ
aspexisti: humiliauim⁹ aĩas nr̃as ⁊ ne-
scisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit̃ B
volũtas vestra: et oẽs debitores vr̃os
repetitis. Ecce ad lites et contẽtiones
ieiunatis: et percutitis pugnõ ipie. No-
lite ieiunare sicut vsq3 ad hanc diẽ: vt
audiat̃ ĩ excelso clamor vester. Nunq̃d

tale est ieiuniū qđ elegi p diē: affligere
hoīem aīam suā? Nūqd cōtorquere q̄si
circulū caput suū: ꝛ saccū ꝛ cinerē ster-
nere? Nūqd istud vocabis ieiunium: et
15.q.6.cap. diē acceptabilē dño? Nōne hoc est ma-
autoritate. gis ieiuniū qđ elegi. Dissolue colliga-
tiōes ipietatꝭ: solue fasciculos depmē-
tes. Dimitte eos q̄ confracti sunt libe-
ros: ꝛ oē onus dirūpe. Frāge esurienti
C panē tuū: ꝛ egenos vagosq̄ induc i do-
12.q.2.c.nō mum tuā. Cū videris nudū operi eū: ꝛ
estimen'. carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet q̄-
si mane lumē tuū: ꝛ sanitas tua citius
orietur. Et anteibit faciē tuā iustitia tua:
et gl'ia dñi colliget te. Tūc inuocabis: ꝛ
dñs exaudiet te: clamabis ꝛ dicet ecce
adsum: qꝛ misericors sum dñs deus tuus.
Si abstuleris de medio tui catenā: et
desieris extēdere digitū: ꝛ loqui qđ nō
pdest. Cū effuderis esurienti aīam tuā:
et animā afflictā repleueris: orietur i te-
nebris lux tua: et tenebre tue erūt sicut
meridies. Et requiē tibi dabit dñs deus
D tuus semp: ꝛ iplebit splēdoribus aīam
tuā: ꝛ ossa tua liberabit. Et eris quasi
hortus irriguus: ꝛ sicut fons aq̄rū cuius
nō deficiēt aque. Et edificabūtur in te
deserta seculoꝝ: fundamēta gñationis
et gñationis suscitabis. Et vocaberis
edificator sepiū: auertēs semitas iniq-
tatū. Si auerteris a sabbato pedē tuū
facere volūtatē tuā in die sancto meo:
et vocaberis sabbatū delicatū et sctm̄
dñi gloriosum: et glorificaueris eū dū
nō facis vias tuas: et nō inuenitur volū-
tas tua vt loquaris sermonē: tūc dele-
ctaberis sup dño: ꝛ sustollā te sup alti-
tudines terre: et cibabo te hereditate
iacob patris tui. Os enim dñi locutū est.
¶ C. S. Potens est deus ad saluādū:
benignus ad audiendū: sed nostre ini-
quitates obsistunt: de armatura qua in-
dutus est dñs. Capi. lix.

A ECce nō est abbreuiata manus
s.50.a. dñi vt saluare nequeat: neq̄
Nu.11.c. aggrauata est auris eius vt nō
exaudiat: sꝫ iniq̄tates vestre
diuiserūt inter vos ꝛ deū ve-
strū: ꝛ peccata vr̄a abscōderūt faciem
s.1.c. eius a vobis ne exaudiret. Manus enim
vr̄e pollute sunt sanguine: ꝛ digiti ve-
stri iniq̄tate. Labia vr̄a locuta sunt mē-
daciū: ꝛ lingua vr̄a iniq̄tatē fatur. Nō
est q̄ inuocet iustitiā: neq̄ est q̄ iudicet
vere: sed cōfidūt in nihilo: et loquūtur
vanitates. Cōceperūt laborē ꝛ pepere-
Job.15.d. runt iniq̄tatē. Oua aspidū ruperunt: ꝛ
telas aranee texuerūt. Qui comederit
de ouis eoꝝ morietur: ꝛ qđ cōfotū est B
erūpet in regulū. Tele eoꝝ nō erūt ive-
stimētū: neq̄ opient operibus suis. Opera
eoꝝ opa inutilia: ꝛ opus iniq̄tatis i ma-
nibus eoꝝ. Pedes eoꝝ ad malū currūt Prouer.1.b.
et festināt vt effundāt sanguinē inocē-
tē. Cogitatiōes eoꝝ cogitatiōes inuti-
les. Uastitas ꝛ cōtritio in vijs eoꝝ. Uiā
pacis nescierūt: ꝛ nō est iudiciū i gressi-
bus eorū. Semite eoꝝ incuruate sunt
eis: oīs q̄ calcat i eis ignorat pacē. Pro-
pter hoc elōgatū est iudiciū a nobis: et
nō apphendet nos iustitia. Expectaui-
mus lucē: ꝛ ecce tenebre: splēdorē et in
tenebris ābulauimus. Palpauimus sicut
ceci parietē: ꝛ q̄si absq̄ oculis attrecta-
uimus. Impegimus meridie q̄si in tene-
bris: i caliginosis q̄si mortui. Rugiemus
quasi vrsi oēs: ꝛ q̄si colūbe meditātes
gemimus. Expectauimus iudiciū ꝛ nō est C
salutē: ꝛ elōgata est a nobis. Multipli-
cate sunt enim iniq̄tates nr̄e corā te: ꝛ pctā
nr̄a rñderūt nobis. Qꝛ scelera nr̄a no-
biscū: ꝛ iniq̄tates nr̄as cognouimus pec-
care et mētiri cōtra dñm: ꝛ auersi sumus
ne iremus post tergū dei nr̄i: vt loque-
remur calūniā ꝛ trāsgressionē. Cōcepi-
mus ꝛ locuti sumus de corde vba mē-
dacij: ꝛ cōuersū est retrorsum iudiciū:
et iustitia lōge stetit. Qꝛ corruit i pla-
teis veritas: ꝛ eq̄tas nō potuit igredi. Et
facta est veritas in obliuione: ꝛ q̄ reces-
sit a malo pde patuit. Et vidit dñs: et
malū apparuit in oculis eius: qꝛ nō ē iu-
diciū. Et vidit deus qꝛ nō est vir. Et apo- D
riatus est: qꝛ non est q̄ occurrat. Et sal-
uauit sibi brachiū suū: ꝛ iustitia eius ipa
confirmauit eū. Indutus est iustitia vt
lorica: et galea salutis in capite eius. In-
dutus est vestimētis vltionis: ꝛ opertus
est quasi pallio zeli. Sicut ad vīdictā Ephe.6.c.
quasi ad retributionē idignatiōis ho- 1.Thessal.
stibus suis: ꝛ vicissitudinē inimicis suis. 5.b.
Insulis vicē reddet. Et timebūt q̄ ab
occidente nomē dñi: et q̄ ab ortu solis
gloriā eius. Cū venerit quasi fluuius vio-
lētus quē spūs dñi cogit: ꝛ venerit siō
redēptor: ꝛ eis q̄ redeūt ab iniq̄tate in
iacob: dicit dñs. Hoc fedus meū cū eis:
dicit dñs. Spūs meus q̄ est in te: ꝛ vba s.9.b.
mea que posui in ore tuo nō recedent
de ore tuo: et de ore seminis tui: dicit
dñs amodo et vsq̄ in sempiternum.
¶ C. S. De primitiua ecclesia: de glo-
ria ecclesie in presenti: et beatitudine
ipsius in futuro. Capi. lx.


Urge illuminare hierusalem
A qꝛ venit lumē tuū: ⁊ glia dñi
super te orta est. Qꝛ ecce tene
bꝛe operiēt terrā ⁊ caligo po
pulos: sup te aūt orief dñs: ⁊
gloria eius in te videbit. Et ambula-
E.49.c. būt gētes in lumine tuo: ⁊ reges ī splē
Mar.8.a. doꝛe ortus tui. Leua ī circūitu oculos
tuos ⁊ vide: oēs isti cōgregati sunt ve-
nerunt tibi. Filij tui de lōge veniēt: et
filie tue de latere surgēt. Tūc videbis
et affluēs ⁊ mirabitur ⁊ dilatabit coꝛ
tuū: qñ conuersa fuerit ad te multitu-
do maris fortitudo gētium venerit ti
B bi. Inundatio camelorꝫ operiet te: dꝛo
medarij madian et epha. Oēs de saba
venient: aurum ⁊ thus deferētes: ⁊ lau-
dem dño annūciantes. Oē pecus cedar
ꝯgregabitur tibi: arietes in nabaioth
ministrabunt tibi. Offerentur super
placabili altari meo: ⁊ domū maiesta-
tis mee glorificabo. Qui sunt isti q̄ vt
nubes volāt: ⁊ quasi columbe ad fene-
stras suas. Me eñ insule expectant: ⁊
naues maris in principio vt adducam
filios tuos de lōge. Argentum eoꝝ et
aurum eorꝫ cū eis nomini dñi dei tui
C ⁊ sancto israel: quia glorificauit te. Et
Apo.21.g. edificabunt filij peregrinoꝛum muros
tuos: ⁊ reges eorꝫ ministrabūt tibi. In
indignatione enim mea percussi te: et
in recōciliatione mea misertus sū tui.
Et aperiētur poꝛte iugiter: die ac no-
cte non claudētur vt auferatur a te foꝛ
titudo gētium: ⁊ reges earū adducan-
tur. Gens eñ ⁊ regnum ꝙ nō seruierit
Za.15.g. tibi peribit: et gentes solitudine va-
stabuntur. Gloria libani ad te veniet:
abies ⁊ buxus ⁊ pinus simul ad oꝛnan
dum locum sanctificationis mee: ⁊ lo-
cum pedū meorꝫ glorificabo. Et venient
ad te curui filij eorꝫ qui humiliauerūt
te: ⁊ adoꝛabūt vestigia pedū tuorꝫ oēs
qui detrahebāt tibi: ⁊ vocabūt te ciui-
tatem dñi sion sancti israel. Pro eo q̄d
fuisti derelicta ⁊ odio habita: ⁊ nō erat
qui per te trāsiret: ponā te in superbiā
seculorꝫ gaudiū in generationē ⁊ gña-
tionē. Et sugges lac gētium: ⁊ mamil-
D la regū lactaberis. Et scies qꝛ ego dñs
saluans te: ⁊ redēptoꝛ tuus foꝛtis ia-
cob. Pro ere afferam aurum ⁊ ꝑ ferro
afferam argētum: ⁊ ꝑ lignis es: ⁊ pꝛo
lapidibus ferrum. Et ponam visitatio
nem tuam pacem: et prepositos tuos
iustitiā. Non audiet vltra in terra ini-
quitas tua: vastitas ⁊ contritio in ter-
minis tuis: et occupabit salus muros
tuos: ⁊ poꝛtas tuas laudatio. Nō erit Apoc.21.F
tibi amplius sol ad lucēdum per diem:
nec splēdoꝛ lune illuminabit te: sꝫ erit
tibi dñs in lucē sempiternam: et deus Apoc.2.a
tuus in gloriā tuā. Non occidet vltra
sol tuus: ⁊ luna tua nō minuet: qꝛ erit
tibi dñs in lucē sempiternā: ⁊ comple
buntur dies luctus tui. Populus autē
tuus oēs iusti in perpetuum hereditas-
bunt terrā: germen plantationis mee
opus manus mee ad glorificandum.
Minimus erit in mille: ⁊ paruulus in
gentem foꝛtissimam. Ego dominus: in
tempoꝛe eius subito faciam istud.

¶ C.S. De vnctione ⁊ missiōe ⁊ ꝑdica
tione xpi: de ꝟbis ipsius ad ꝑdicatoꝛes:
exultat ecclesia in decoꝛe suo. Cap. lxi. A


Piritus dñi super me: eo q̄d Luce.4.b
vnxerit me. Ad annūciandū De sacra.
māsuetis misit me: vt mede- vnc.c.vni-
rer cōtritos coꝛde: ⁊ pꝛedica co.
rem captiuis indulgentiā: ⁊
clausis apertionē. Ut pꝛedicarē annū
placabilē dño: ⁊ diē vltionis deo nr̄o.
Ut consolarer oēs lugētes: vt ponerem
foꝛtitudinē lugētibus sion: ⁊ darē eis
coꝛonā ꝑ cinere: oleū gaudij ꝑ luctu:
palliū laudis ꝑ spū meroꝛis. Et voca- B
buntur in ea foꝛtes iustitie: plantatio
dñi ad glorificādum. Et edificabūt de
serta a seculo: et ruinas antiquas eri-
gent: ⁊ instaurabūt ciuitates desertas
et dissipatas in generationē ⁊ genera-
tionem. Et stabūt alieni et pascēt pe-
coꝛa vestra ⁊ filij peregrinoꝛum agrico
le: ⁊ vinitoꝛes vestri erūt. Uos aūt sa-
cerdotes dñi vocabimini: ministri dei
nostri dicet vobis. Foꝛtitudinē gētiū C
comedetis: ⁊ in gloria eorꝫ superbietis.
Pro cōfusione vestra duplici: ⁊ ruboꝛe
laudabūt partem eorum. Propter hoc
in terra sua duplicia possidebunt: leti-
tia sempiterna erit eis. Quia ego dñs
diligens iudiciū: ⁊ odio habēs rapinā De cōse.di.
in holocaustū. Et dabo opus eorꝫ in ve 5.c.nō me-
ritate: et fedus perpetuū feriā eis. Et diocriter.
scietur ī gētibus semē eorꝫ: ⁊ germē eorꝫ
in medio populorꝫ. Oēs qui viderint
eos cognoscēt illos: qꝛ isti sunt semen D
cui bñdixit dñs. Gaudens gaudebo in
dño: ⁊ exultabit anima mea ī deo meo.
Qꝛ induit me vestimētis salutis: ⁊ in-
dumento iustitie circūdedit me: quasi
spōsum decoꝛatū coꝛona: ⁊ quasi sponsam
oꝛnatā monilibus suis. Sicut eñ terra
ꝓfert germē suum: ⁊ sicut oꝛtus semē

suā germinat: sic dñs de⁹ germinabit
iustitiā τ laudē corā vniuersis gētib⁹.
¶ C. S. Predicatur aduētus xpi: fecū
ditas ecclesie et clamor custodum: de
iudicio. Capi. lxij.
A P Ropter sion nō tacebo τ ꝓ
pter hierl'm nō qescam: do
nec egrediať vt splēdor iu
stus eius: et saluator ei⁹ vt
lāpas accēdať. Et videbūt
gētes iustū tuū: τ cūcti re-
ges inclytū tuū. Et vocabiť tibi nomē
nouū: qđ os dñi noīauit. Et eris coro-
na glīe in manu dñi: τ dyadema regni
ī manu dei tui. Nō vocaberis vltra de-
B relicta: τ terra tua nō vocabiť āplius
desolata. Sed vocaberis volūtas mea
in ea: et terra tua inhabitata. Quia cō
placuit dño in te: τ terra tua inhabita
bitur. Habitabit em̄ iuuenis cū virgi-
ne: τ habitabūt in te filij tui. Et gaude
bit spōsus sup spōsaz: et gaudebit sup
te de⁹ tuus. Sup muros tuos hierl'm
cōstitui custodes: tota die τ tota nocte
C ꝑpetuo nō tacebunt. Qui reminiscimini
dñi ne taceatis: τ ne detis silētiū ei: do
nec stabiliat τ donec ponat hierl'm lau
dē in terra. Iurauit dñs in dextera sua
et ī brachio fortitudinis sue. Si dede
ro triticū tuū vltra cibū inimicis tuis:
Ï. 40. c. et si biberint filij alieni vinū tuū ī quo
zach. 9. b. laborasti. Quia qui cōgregabūt illud
Mat. 21. a. comedēt et laudabūt dñm: τ q̄ cōpor-
D tant illud bibent in atrijs scīs meis.
Trāsite trāsite ꝑ portas: ꝑparate viā
pplo: planū facite iter: τ eligite lapi-
des: τ leuate signū ad pplos. Ecce dñs
auditū fecit in extremis terre. Dicite fi
lie sion. Ecce saluator tuus venit: ecce
merces eius cū eo: τ opus eius corā il-
lo. Et vocabunt eos populus sanctus:
redempti a domino. Tu aūt vocaberis
quesita ciuitas: et non derelicta.
¶ C. S. De ascensione τ passione chri
sti: cōmemoratio preteritarum christi:
et nouarum postulatio. Cap. lxiij.
A Q Uis est iste q̄ venit de edō:
tinctis vestibus de bosra?
Iste formosus in stola sua:
gradiēs in multitudie for
titudinis sue. Ego qui lo-
quor iustitiā: τ ppugnator
sum ad saluādum. Quare ergo rubruz
est indumētum tuū: τ vestimēta tua si-
cut calcātiū in torculari. Torcular cal-
caui solus: τ de gētibus nō est vir me-
cum. Calcaui eos in furore meo: τ con-
culcaui eos in ira mea. Et aspersus est
sanguis eoꝝ sup vestimēta mea: et oīa
indumenta mea inquinaui. Dies enim 24. q. 3. c. 3
vltionis in corde meo: annus retribu- quedam.
tionis mee venit. Circūspexi τ nō erat B
auxiliator: quesiui τ nō fuit q̄ adiuua-
ret. Et saluauit mihi brachiū meū: τ in
dignatio mea ipsa auxiliata est mihi.
Et conculcaui pplos in furore meo: et
inebriaui eos in idignatiōe mea: τ de-
traxi in terrā virtutē eoꝝ. Miseratio
nū dñi recordabor: laudē dñi sup oīb⁹
que reddidit nobis dñs: τ sup multitu
dinē bonoꝝ domui israel: que largit⁹
est eis ꝫm indulgētiā suā: τ ꝫm multi-
tudinē miarū suarū. Et dixit veruntñ
ppls me⁹ est: filij nō negātes. Et fact⁹
est eis saluator. In oī tribulatiōe eorū
nō est tribulatus: et angelus faciei ei⁹ C
saluauit eos. In dilectione sua τ in in-
dulgētia sua ipse redemit eos: τ porta
uit eos: et eleuauit eos cūctis dieb⁹ se-
culi. Ipi aūt ad iracūdiā ꝓuocauerūt: τ
afflixerūt spm̄ sancti eius. Et ꝯuersus
est eis in inimicū: τ ipse debellauit eos.
Et recordatus est dierū seculi moysi: τ
ppli sui. Ubi est q̄ eduxit eos de mari
cū pastoribus gregis sui? Ubi est q̄ po-
suit in medio ei⁹ spm̄ scī sui? Qui edu
xit ad dexterā moysen brachio maiesta
tis sue: q̄ scidit aq̄s ante eos vt facerēt
sibi nomē sempiternū: q̄ eduxit eos ꝑ D
abyssos q̄si equū in deserto nō impīgē Deu. 26. b.
tem: quasi aīal in cāpo descēdēs: spūs baruc. 2. b.
dñi ductor ei⁹ fuit? Sic adduxisti po-
pulū tuū: vt faceres tibi nomē glīe. At
tēde de celo: τ vide de habitaculo scō
tuo et solio glīe tue. Ubi est zelus tu⁹
et fortitudo tua: multitudo viscerum
tuoꝝ τ miserationū tuaꝝ? Sup me cō
tinuerunt se. Tu em̄ pr̄ noster: τ abraā 12. q. 2. ca. q̄
nesciuit nos: et isrl' ignorauit nos. Tu diuina. §. 3
dñe pr̄ nr̄ et redēptor nr̄: a seclo nomē mortuis.
tuū. Quare errare nos fecisti dñe d vijs
tuis: indurasti cor nostrū ne timerem⁹
te? Cōuertere ꝓpter ꝯuos tuos: tribus
hereditatꝭ tue. Quasi nihilū possederūt
pplm scm̄ tuū: hostes nr̄i ꝯculcauerūt
sctificationē tuā. Facti sumus quasi in
principio cū nō dominareris nr̄i: neqꝫ
inuocaretur nomē tuū super nos.
¶ C. S. Desideratur aduētus christi: τ
ipse occurrit: facienti iustitiam confi-
tentur mala sua: et bonitatem dei com
memorat. Capi. lxiiij.
U Tinā dirūperes celos et descen- A
deres: a facie tua montes deflue-
rent: sicut

vent: sicut exustio ignis tabescerent: aq̄
arderēt igni: vt notū fieret nomen tuū
inimicis tuis: a facie tua gētes turba-
rētur. Cū feceris mirabilia nō sustine-
bimus. Descēdisti: ꝛ a facie tua montes
B defluxerūt. A seculo nō audierūt: neq̄
I.Cor.2.b. auribus perceperūt. Oculus non vidit
deus absq̄ te: q̄ ꝑparasti expectātibus
te. Occurristi letāti ꝛ facienti iustitiā:
in vijs tuis recordabūtur tui. Ecce tu
iratus es ꝛ peccauimus: in ipsis fuim⁹
semꝑ et saluabimur. Et facti sumus vt
immūdi oēs nos: ꝛ quasi pānus men-
C struate vniuerse iustitie nostre. Et ceci
dimus quasi foliū vniuersi: ꝛ iniq̄tates
nr̄e quasi vētus abstulerūt nos. Nō est
q̄ inuocet nomē tuū: q̄ cōsurgat ꝛ tene
at te. Abscōdisti faciē tuā a nobis: ꝛ al
lisisti dn̄e nos in manu iniq̄tatis nr̄e.
Et nūc dn̄e pr̄ noster es tu: nos vero lu
tū: et fictor noster tu: ꝛ opa manuū tua
D rū oēs nos. Ne irascaris dn̄e satis: ꝛ ne
Ps.78.b. vltra memineris iniq̄tatis nr̄e. Ecce re
spice ppl̄s tuus oēs nos. Ciuitas scti
tui facta est deserta: Sion deserta facta
est: hierl'm desolata est: domus sctifica
tiōis nr̄e ꝛ gl'ie nr̄e: vbi laudauerūt te
pr̄es nr̄i: facta est in exustionē ignis: ꝛ
oīa desiderabilia nr̄a versa sunt in rui
nas. Nūquid suꝑ his cōtinebis te dn̄e:
tacebis et affliges nos vehementer.

¶ C. S. Vox christi de passione sua et
cōtra iudeos: de idolatria: de distātia
inter seruientē dn̄o: ꝛ nō seruiētē deo:
de felicitate hierusalem. Capi.lxv.

B Quesierunt me q̄ ante nō in
Ro.10.b. terrogabāt: inuenerūt qui
nō quesierāt me. Dixi. Ecce
ego: ecce ego ad gentē que
nesciebat me: ꝛ q̄ nō inuo-
cabat nomē tuū. Expandi
manus meas tota die ad ppl̄m icredu-
lum: q̄ graditur in via nō bona post co
gitatiōes suas. Ppl̄s qui ad iracūdiā
ꝑuocat me ante faciē meā semꝑ: q̄ im-
molant in hortis ꝛ sacrificāt suꝑ late-
res: qui habitāt in sepulchris ꝛ in delu
bris idoloꝝ dormiūt: q̄ comedunt car-
nē suillā: ꝛ ius ꝓphanū in vasis eorū.
I.66.a. Qui dicūt recede a me: non appropin-
ques mihi: q̄r immūdus es. Isti fumus
erūt in furore meo: ignis ardens tota
die. Ecce scriptum est corā me. Nō tace
bo: sed reddā et retribuam in sinu eoꝝ
iniq̄tates vestras: et iniq̄tates patruꝫ
B vestroꝝ simul: dicit dn̄s. Qui sacrifica-
uerūt super mōtes ꝛ suꝑ colles expro-
brauerunt mihi: ꝛ remetiar opus eoꝝ
primū in sinu eoꝝ. Hec dicit dn̄s. Quō
si inueniatur granum in botro et dica
tur: ne dissipes illud: q̄m bn̄dictio est:
sic faciam propter seruos meos vt non
disperdam totum. Et educā de iacob
semē: ꝛ de iuda possidentē mōtes san-
ctos meos. Et hereditabūt eam electi Puer.1.a.
mei: ꝛ serui mei habitabūt ibi. Et erūt Dict.7.6.
cāpestria i caulas gregū: ꝛ vallis achor
in cubile armentorū populo meo qui
requisierūt me. Et vos q̄ dereliquistis
dn̄m: qui obliti estis montem sanctum
meū: qui ponitis fortune mēsam et li-
batis suꝑ eā: numerabo vos in gladio:
et oēs in cede corruetis ꝓ eo q̄ vocaui
et non respondistis: locutus sum et nō
audistis: ꝛ faciebatis malum in oculis
meis: ꝛ que nolui elegistis. Propter B C
hec dicit dn̄s de⁹. Ecce serui comedēt:
et vos esurietis. Ecce serui mei bibēt:
Et ex eis rursuz tolles et proiicies eos in
medio ignis: et cōbures eos igni: et ex
eo egrediet ignis in oēm domū israel.
Hec dicit dñs deus. Ista est hierlm: in B
medio gētiū posui eā: et in circūitu ei⁹
terras. Et ꝯtēpsit iudicia mea vt plus
esset impia q gētes: et pcepta mea vltra
q terre q in circūitu ei⁹ sunt. Iudicia
eñ mea piecerūt: et in pceptis meis nō
ambulauerunt. Idcirco hec dicit domi
nus de⁹. Qr superastis gētes q ī circūi
tu vestro sunt: et in pceptis meis nō am
bulastis: et iudicia mea non fecistis: et
iuxta iudicia gētiū q in circūitu vestro
sunt nō estis operati. Ideo hec dicit dñs
de⁹. Ecce ego ad te: et ipse ego faciam in
medio tui iudicia in oculis gētiū: et fa
ciā in te q nō feci: et qbus similia vltra
nō faciā propter oēs abominationes
tuas. Ideo patres comedēt filios suos C
in medio tui: et filii comedent patres
suos. Et faciā in te iudicia: et ventilabo
vniuersas reliquias tuas in omnē ven
tū. Idcirco viuo ego: dicit dñs de⁹: ni
si pro eo q sanctū meū violasti in oīb⁹
offensionib⁹ tuis: et in cūctis abomina
tiōibus tuis. Ego qz confringā: et non
parcet ocul⁹ me⁹: et nō miserebor. Ter
tia pars tui peste morieť et fame cōsu
met ī medio tui: et tertia pars tui ī gla
dio cadet in circūitu tuo. Tertiā vero
partē tuā in oēm vētū dispergā: et gla
diū euaginabo post eos. Et cōplebo fu
rorē meū: et requiescere faciā indignatio D
nē meā in eis: et cōsolabor. Et scient qr
ego dñs locut⁹ sum in zelo meo: cū im
pleuero oēm indignationē meā ī eis.
Et dabo in te desertū et in opprobriū
gētibus que in circūitu tuo sunt: in cō
spectu omnis pretereūtis. Et eris op
probriū et blasphemia: exemplū et stu
por in gētibus q in circūitu tuo sunt.

cum fecero in te iudicia in furore et in
indignatiōe: ꝛ in increpatiōibus ire q̄
ego dn̄s locutus sum: qn̄ misero sagit-
tas famis pessimas in eos q̄ erunt mor
i.4.d. tifere: ꝛ quas mittā vt disp̄dā vos. Et
j.14.d. famē cōgregabo sup̄ vos: ꝛ cōterani in
vobis baculū panis: ꝛ immittā in vos
famē ꝛ bestias pessimas vsq̃ ad inter-
nitionē. Et pestilētia et sanguis trāsi-
būt per te: ꝛ gladiū inducam super te.
Ego dominus locutus sum.
¶ Capitu. Summarium. Propter pec
catum idolatrie ostēdit populum pla
gis percussum. Capitulum. vj.

A j.36.a. Et factus est sermo dn̄i ad
me dicens. Fili hoīs pone
faciē tuā ad mōtes isrl': et
ꝓphetabis ad eos ꝛ dices.
Mōtes israel audite v̄bū
dn̄i dei. Hec dicit dn̄s de⁹
montib⁹ ꝛ collib⁹: rupibus et vallib⁹.
Ecce ego inducā sup̄ vos gladiū: et di-
sperdā excelsa vestra: et demoliar aras
vestras: ꝛ confringentur simulacra ve-
stra: ꝛ deijciā interfectos vestros ante
idola vestra. Et dabo cadauera filiorū
israel ante faciem simulacrorū vestro-
rum: et dispergā ossa vestra circa aras
vestras in omnibus habitationib⁹ ve-
B stris. Urbes deserte erūt et excelsa de-
molientur: ꝛ dissipabuntur ꝛ interibūt
are vestre ꝛ cōfringent: ꝛ cessabūt ido-
la vestra: ꝛ cōterent delubra vestra: ꝛ de
lebūtur op̄a vestra: ꝛ cadet interfectus
in medio v̄ri: ꝛ scietis q2 ego sum dn̄s.
Et relinquā in vobis eos q̄ fugerit gla
diū in gentib⁹: cū dispersero vos in ter
ras: ꝛ recordabūtur mei liberati vestri
in gētib⁹: ad quas captiui ducti sunt:
q2 cōtriui cor eoꝝ fornicās ꝛ recedens
a me: ꝛ oculos eoꝝ fornicātes post ido
la sua: ꝛ displicebūt sibimet sup̄ malis
q̄ fecerāt in vniuersis abominationib⁹
suis: ꝛ sciēt q2 ego dn̄s nō frustra locu
C tus sum vt facerē eis malum hoc. Hec
dicit dn̄s deus. Percute manū tuam et
allide pedem tuū: ꝛ dic heu ad omnes
abominatiōes malorū dom⁹ israel: q2
gladio fame ꝛ peste ruituri sunt. Qui
longe est peste morietur: qui autē ꝓ-
pe gladio corruet: ꝛ q̄ relictus fuerit ꝛ
obsessus fame morief. Et cōplebo in-
dignationem meā in eis: ꝛ scietis quia
ego dn̄s: cū fuerint interfecti vestri in
medio idoloꝝ vestroꝝ i circuitu ararū
vestrarū ꝛ in omni colle excelso: ꝛ i cū-
ctis summitatib⁹ mōtiū: ꝛ subtus omē
lignū nemorosum: ꝛ subtus vniuersam D
quercū frondosam locū vbi accēderūt
thura redolētia vniuersis idolis suis.
Et extendā manū meā super eos: ꝛ fa-
ciam terrā eorum desolatā ꝛ destitutā
a deserto deblatha in omnibus habita
tionib⁹ eorum: et scient quia ego dn̄s.
¶ C. S. De instāti ꝛ longa captiuitate
et cā eiusdē: et ppl's nō rebellās piecit
diuitias longe propter fugam. Ca. vij.

Et factus est sermo domi- A
ni ad me: dicens. Et tu fili j.eodem.
hominis: hec dicit domi-
nus de⁹ terre israel. Finis
venit: venit finis sup̄ qua-
tuor plagas terre. Nunc fi-
nis super te: et immittā furorē meum
in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas.
Et ponam contra te omnes abomina- j.9.b.
tiones tuas. Et nō parcet oculus meus
super te: et nō miserebor: sed vias tuas
ponam super te: et abominationes tue
in medio tui erunt: et scietis quia ego
dn̄s. Hec dicit dn̄s deus. Afflictio vna: B
afflictio ecce venit. Finis venit: venit fi j.eodem.
nis. Euigilabit aduersū te: ecce venit.
Uenit contritio super te q̄ habitas in
terra. Uenit tēpus: prope est dies occi
sionis: et non glorie montium. Nūc de
propinquo effundā irā meā super te:
et complebo furorē meum in te. Et iu-
dicabo te iuxta vias tuas: et imponam C
tibi omnia scelera tua. Et non parcet
oculus meus nec miserebor: sed vias
tuas imponam tibi: ꝛ abominationes
tue in medio tui erunt: et scietis quia
ego sum domin⁹ percutiēs. Ecce dies:
ecce venit. Egressa est cōtritio. Floruit
virga: germinauit superbia: iniquitas
surrexit i virga impietatis. Nō ex eis:
et nō ex populo: neq̃ ex sonitu eoꝝ: et
nō erit requies in eis. Uenit tempus: D
appropinquauit dies. Qui emit nō le-
tef: ꝛ qui vendit non lugeat: q2 ira sup̄
omnē populū eius: q2 q̄ vēdit ad id q̄d
vēdidit nō reuertef: ꝛ adhuc in viuētī-
bus vita eoꝝ. Uisio enim ad oēm mul-
titudinem eius non regredief: ꝛ vir in
iniquitate vite sue non confortabitur.
Canite tuba: preparent oēs et nō est q̄
vadat in p̄liū. Ira em̄ mea sup̄ vniuer-
sum populū ei⁹. Gladius foris: pestis
et fames intrinsec⁹. Qui i agro est gla-
dio morief: ꝛ qui in ciuitate pestilētia
et fame deuorabūtur: ꝛ saluabūtur qui
fugerint ex eis. Et erunt in montibus E
quasi columbe conuallū omnes trepi-

di: vnusquisq; in iniq̄tate sua. Oēs ma
nus dissoluent̄: ⁊ oīa genua fluēt aq̄s.
Esaie.15.a. Et accingēt se ciliciis: ⁊ operiet eos for-
mido: ⁊ in oī facie ꝯfusio: et in vniuer-
sis capitib⁹ eoꝝ caluiciū. Argētū eoꝝ
foris ꝓiicietᷣ: ⁊ aurū eoꝝ ī sterquiliniū
Sopho.1.d. erit. Argentū eoꝝ ⁊ aurū eoꝝ nō vale-
F bit liberare eos ī die furoris domini.
Aīam suā nō saturabūt: ⁊ vētres eoꝝ
nō implebunt: qꝛ scādalū iniquitatis
eoꝝ factū est: et ornamentū monilium
suoꝝ in sup̄biā posuerūt: et imagines
abominationū suarū ⁊ simulacroꝝ fe-
cerūt ex eo. Propter hoc dedi eis illud
in immūdiciā: et dabo illud in manus
alienoꝝ ad diripiendū: ⁊ impiis terre
in p̄dā: ⁊ ꝯtaminabūt illud. Et auertā
faciē meā ab eis: ⁊ violabunt arcanum
meū: et introibūt in illud emissarii: et
ꝯtaminabūt illud. Fac ꝯclusionē: qm̄
terra plena est iudicio sanguinū: ⁊ ciui
G tas plena iniquitate. Et adducā pessi-
mos de gētibus: et possidebūt domos
eoꝝ. Et q̄escere faciā sup̄biā potētiū:
et possidebunt sanctuaria eoꝝ. Angu-
stia superueniēte requirēt pacē: et nō erit.
Conturbatio sup ꝯturbationē veniet: ⁊
auditus sup auditū. Et querēt visionē
de ꝓpheta: ⁊ lex peribit a sacerdote: et
ꝯsiliū a senioribus. Rex lugebit: ⁊ p̄nci
pes induentur merore: ⁊ man⁹ populi
terre conturbabunt. Scdm viā eoꝝ fa-
ciā eis: et scdm iudicia eoꝝ iudicabo
eos: ⁊ scient qꝛ ego dominus.

¶ C. S. De apparitione similitudinis dei: de pariete effosso: de viris tenentibus thuribulum ⁊ ad ortum solis adorantibus: de applicantibus ramum ad nares suas. Capitulum. viii.

A Et factū est in anno sexto:
in sexto mēse ī quinta mē-
sis: ego sedebam in domo
mea: et senes iuda sedebāt
corā me. Et cecidit ibi sup
me man⁹ dñi dei. Et vidi:
et ecce similitudo quasi aspect⁹ ignis.
Ab aspectu lumborum ei⁹ et deorsum
ignis: et a lūbis ei⁹ et sursum q̄si aspe
B ct⁹ splēdoris vt visio electri. Et emis-
sa similitudo manus apprehendit me
in cincinno capitis mei: ⁊ eleuauit me
spiritus inter celū et terram. Et addu
xit me in hierusalē in visione dei iuxta
ostiū interius qd respiciebat ad aqui-
lonē: vbi erat statutum idolum zeli ad
prouocandū emulationem. Et ecce ibi
gloria dei israel scdm visionē quā vide-
ram in campo. Et dixit ad me. Fili ho
minis: leua oculos tuos ad viā aquilo
nis. Et leuaui oculos meos ad viā aq- C
lonis: ⁊ ecce ab aquilone porte altaris
idolū zeli in ipso introitu. Et dixit ad
me. Fili hoīs: putas ne vides tu q̄d isti
faciūt abominatiōes magnas quas do
mus israel facit hic: vt procul recedam
a sanctuario meo? Et adhuc cōuersus
videbis abominationes maiores. Et
introduxit me ad ostiū atrii. Et vidi ⁊
ecce foramē vnū in pariete. Et dixit ad D
me. Fili hominis: fode parietē. Et cū
perfodissem parietē: apparuit ostiū vnū.
Et dixit ad me. Ingredere: ⁊ vide abo-
minatiōes pessimas q̄s isti faciūt hic.
Et ingressus vidi: ⁊ ecce omnis simili-
tudo reptiliū ⁊ animaliū abominatio:
et vniuersa idola domus isrl' depicta
erāt in pariete in circuitu p totum. Et
septuaginta viri de senioribus domus
isrl': ⁊ iechonias filius saphā stabat in
medio eoꝝ stantium ante picturas: et
vnusq̄sq; habebat thuribulū in manu
sua: et vapor nebule de thure cōsurge- E
bat. Et dixit ad me. Certe vides fili ho
minis q̄ seniores dom⁹ israel faciūt in
tenebris: vnusquisq; in abscōdito cubi
lis sui. Dicunt enī. Non videt dñs nos:
dereliquit dominus terrā. Et dixit ad
me. Adhuc ꝯuersus videbis abomina-
tiones maiores quas isti faciūt. Et in-
troduxit me per ostiū porte domus do
mini que respiciebat ad aquilonē. Et
ecce ibi mulieres sedebant plangentes F
adonidē. Et dixit ad me. Certe vidisti
fili hominis. Adhuc cōuersus videbis
abominationes maiores his. Et intro
duxit me in atriū domus dñi interius.
Et ecce in ostio tēpli domini inter ve-
stibulū ⁊ altare quasi vigintiq̄nq; viri
dorsa habētes contra templū dñi: ⁊ fa
cies ad orientē: ⁊ adorabant ad ortum G
solis. Et dixit ad me. Certe vidisti fili
hoīs. Nunquid leue est hoc domui iu-
da: vt facerēt abominationes istas q̄s
fecerūt hic: qꝛ replentes terram iniqui
tate cōuersi sunt ad irritādum me? Et
ecce applicāt ramū ad nares suas. Er-
go et ego faciam in furore: non parcet
oculus meus nec miserebor: et cum cla
mauerint ad aures meas voce magna:
non exaudiam eos.

¶ C. S. De sex viris missis ad vastationem ppli: de viro lineis induto ⁊ atramentario: et de signo thau quo signati liberabuntur. Capitulum. ix.



A T clamauit in aurib⁹ meis voce magna dicēs. Appropinquauerūt visitatiōes vrbis: ⁊ vnusq̄sq; vas interfectionis h̄z in manu sua. Et ecce sex viri veniebāt de via porte superioris: q̄ respicit ad aq̄lonē et vniuscuiusq; vas interitus in manu eius. Uir q̄z vnus in medio coꝝ vestit⁹ erat lineis: ⁊ atramentariū scriptoris ad renes ei⁹. Et ingressi sunt ⁊ steterūt

B iuxta altare ereū. Et gloria dn̄i isrl'assumpta est de cherub q̄ erat sup eū ad limē domus. Et vocauit virū q̄ idutus erat lineis: ⁊ atramentariū scriptoris

24.q.4. ca. nō potest. hēbat i lūbis suis. Et dixit dn̄s ad eū. Trāsi p mediā ciuitatē i medio hierl'z ⁊ signa thau sup frōtes viroꝝ gemētiū et dolētiū sup cūctis abominationib⁹ q̄ fiūt i medio ei⁹. Et illis dixit audiēte me. Trāsite p ciuitatē sequentes eū

5.7.a. Judi.12.b.

⁊ pcutite. Nō parcat ocul⁹ vr̄ neq; misereamini. Senē adolescētulū ⁊ virgi

C

50.dist.c.⁊ purgabit.

nē paruulū ⁊ mulieres interficite vsq; ad internitionē. Oēm aūt sup quē videritis thau: ne occidatis: ⁊ a sanctuario meo incipite. Ceperūt ergo a viris senioribus q̄ erāt an faciē domus. Et dixit ad eos. Contaminate domū ⁊ implete atria iterfectis. Egredimini. Et egressi sunt: ⁊ pcutiebant eos q̄ erāt in ciuitate: ⁊ cede completa remāsi ego: ruiq; sup faciē meā et clamās aio. Heu: heu: heu: dn̄e deus. Ergo ne disperdas oēs

D reliquas isrl': effundēs furorē tuū super hierl'm? Et dixit ad me. Iniq̄tas dom⁹ israel ⁊ iuda magna est nimis valde: et repleta est terra sanguinib⁹: ⁊ ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim. Dereliquit dn̄s terram: et dn̄s non videt. Igitur et meus nō parcet oculus: neq; miserebor. Uiam eorum super caput eorum reddam. Et ecce vir q̄ erat indutus lineis: qui habebat atramentarium in dorso suo: respondit verbū dicens. Feci sicut precepisti mihi.

¶ C.S. De viro qui accepit carbones de medio rotarū ⁊ cherubim: ⁊ repetitio predicte visionis dei ⁊ cherubim: ⁊ quatuor rotarum. Capi. x.



A T vidi: ⁊ ecce in firmamento qd̄ erat super caput cherubim q̄si lapis saphirus: ⁊ q̄si species siltudinis solii apparuit sup ea. Et dixit ad virū q̄ indutus erat lineis: ⁊ ait. Ingredere in medio rotarum q̄ sunt subt⁹ cherubim: ⁊ iple manū tuā prunis ignis q̄ sunt inter cherubim: ⁊ effūde sup ciuitatē. Ingressusq; est i ꝯspectu meo. Cherubim aūt stabāt a dextris domus cū igrederet̄ vir: ⁊ nubes ipleuit atriū interi⁹. Et eleuata est glia dn̄i desup cherubim ad limen domus: ⁊ repleta est dom⁹ nube. Et atriū repletū est splēdore glie dn̄i: ⁊ sonitus alarū cherubim audiebat̄ vsq; ad atriū exterius q̄si vox dei oipotentis loquētis. Cūq; p̄cepisset viro q̄ idutus erat

B lineis dicēs. Sume ignē de medio rotarū q̄ sunt iter cherubim: igressus ille stetit iuxta rotā. Et extēdit cherub manū de medio cherubī ad ignē q̄ erat inter cherubī: ⁊ sumpsit ⁊ dedit i manus ei⁹ q̄ idut⁹ erat lineis: q̄ accipiēs egressus est. Et apparuit i cherubī siltudo man⁹ hoīs subt⁹ pēnas eoꝝ. Et vidi: ⁊ ecce quatuor rote iuxta cherubī. Rota vna iuxta cherub vnū: ⁊ rota alia iuxta cherub vnū. Spēs aūt rotarū erat q̄si visio lapidis chrysolithi: ⁊ aspect⁹ eaꝝ siltudo vna q̄tuor: q̄si sit rota in me

C dio rote. Cūq; ābularēt: in q̄tuor ptes gradiebant̄: ⁊ nō reuertebāt̄ ābulātes: sz ad locū ad quē ire declinabat q̄ prima erat: seq̄bant̄ ⁊ cetere nec reuertebant̄. Et oē corpus earū ⁊ colla ⁊ man⁹ ⁊ pēne ⁊ circuli plena erāt oculis i circūitu q̄tuor rotarū: ⁊ rotas istas vocauit volubiles audiēte me. Quatuor āt facies hēbat vnū. Facies vna facies cherub: ⁊ facies scd̄a facies hoīs: ⁊ i tertio facies leonis: et i q̄rto facies aq̄le: et eleuata sūt cherubī. Ipm̄ est aial qd̄ viderā iuxta flumē chobar. Cūq; ābularēt cherubim: ibāt pariter ⁊ rote iuxta ea: et cū eleuarēt cherubī alas suas vt exaltarētur de terra: nō residebāt rote: sz ⁊ ipe

D iuxta erāt. Stātib⁹ illis stabāt: ⁊ cum eleuaret̄ eleuabant̄. Spūs eī vite erat in eis. Et egressa est glia dn̄i a limine templi: ⁊ stetit sup cherubī: ⁊ eleuātia cherubī alas suas: exaltata sunt a terra corā me: ⁊ illis egrediētib⁹: rote q̄z subsecute sunt. Et stetit i itroitu porte domus dn̄i orietalis: et glia dei isrl' erat sup ea. Ipm̄ est aial qd̄ vidi subter deū israel iuxta fluuiū chobar: ⁊ intellexi q2 cherubim essent. Quatuor p q̄tuor vultus vni: ⁊ q̄tuor ale vni: et siltudo

E manus hoīs sub alis eoꝝ. Et siltudo vultuū eoꝝ: ipi vultus q̄s viderā iuxta fluuiū chobar: ⁊ intuitus eoꝝ: ⁊ impetus singuloꝝ ante faciem suā ingredi.

¶ C. XI. De viginti quinq; viris: de capti
uitate alioꝝ: ꝙ ipsi erãt carnes ⁊ israel
lebes: de morte phelṫie: de dispersione
ppl̃i: de cõgregatione dispsoꝝ: ⁊ de cõ
solatione transmigrationis. Cap. xi.

A 
T eleuauit me spũs: ⁊ intro
duxit me ad portã domus
dñi orientalē: que respicit
solis ortũ. Et ecce in introi
tu porte viginti quinq; viri:
et vidi in medio eoꝝ iecho
niam filiũ azur: ⁊ pheltiã filiũ banaie
pncipes ppl̃i: dixitq; ad me. Fili hoīs
hi sunt viri q̃ cogitãt iniq̃tatem: ⁊ tra
ctãt cõsiliũ pessimũ ĩ vrbe ista dicẽtes.
Nõne dudũ edificate sunt domus. Hec
est lebes: nos aũt carnes. Idcirco vati
cinare de his: vaticinare fili hoīs. Et
irruit in me spũs dñi: et dixit ad me.
Loq̃re. Hec dicit dñs. Sic locuti estis
B domus israel: ⁊ cogitatiões cordis vr̃i
ego noui. Plurimos occidistis in vrbe
hac: ⁊ implestis vias eius interfectis.
Propterea hec dicit dñs deus isrl̃. In
terfecti vestri quos posuistis in medio
ei⁹ hi sunt carnes: ⁊ hec est lebes: ⁊ edu
cã vos de medio ei⁹. Gladiũ metuistis
et gladiũ inducã sup vos: ait dñs de⁹:
et eijciã vos de medio ei⁹. Daboq; vos
in manu hostiũ: et faciã in vobis iudi
cia. Gladio cadetis. In finib⁹ isrl̃ iudi
cabo vos: ⁊ scietis q2 ego dñs. Hec nõ
erit vobis in lebetē: ⁊ vos nõ eritis in
medio ei⁹ in carnes. In finibus isrl̃ iu
dicabo vos: ⁊ scietis q2 ego dñs: q2 in
preceptis meis non ambulastis: ⁊ iudi
cia mea nõ fecistis: sʒ iuxta iudicia gē
tiũ q̃ in circuitu vr̃o sũt estis operati.
C Et factũ est cũ pphetarē: pheltias fili⁹
banaie mortu⁹ est. Et cecidi in faciem
meã: clamãs voce magna: et dixi. Heu:
heu: heu: dñe deus ↄsummationē tu fa
cis reliquiarũ isrl̃. Et factũ est verbum
dñi ad me dicēs. Fili hoīs: fratres tui:
viri ppinqui tui: ⁊ oīs dom⁹ isrl̃: vni
uersi q̃bus dixerũt habitatores hierl̃ʒ:
lõge recedite a dño: nobis data est ter
ra in possessionē. Propterea hec dicit
dñs de⁹. Q2 lõge feci eos in gētibus: ⁊
quia dispersi eos in terris: ero eis in
sctificationē modicã ĩ terris ad quas
venerũt. Propterea loq̃re: hec dicit do
minus de⁹. Cõgregabo vos de pplis: ⁊
adunabo de terris in q̃bus dispsi estis
D daboq; vobis humũ isrl̃: ⁊ ingredient
illuc: ⁊ auferēt oēs offensiões: cũctasq;
abominationes ei⁹ de illa. Et dabo eis
cor vnum: ⁊ spm̃ nouũ tribuã in visce
ribus eoꝝ. Et auferam cor lapideũ de j.36.b
carne eoꝝ: et dabo eis cor carneum: vt
in preceptis meis ambulent: ⁊ iudicia
mea custodiãt. faciãtq; ea: et sint mihi
in pplm: ⁊ ego sim eis ĩ deũ. Quoꝝ aũt
cor post offendicula ⁊ abominationes
suas ambulat: hoꝝ viam in capite suo
ponã: dicit dñs de⁹. Et eleuauerũt che
rubin alas suas ⁊ rote cũ eis: ⁊ gloria
dei isrl̃ erat sup ea. Et ascendit gloria
dñi de medio ciuitatis: stetitq; sup mõ
tem q̃ est ad orientē vrbis: ⁊ spũs leua
uit me: adduxitq; ĩ chaldeã ad trãsmi
grationē in visione in spũ dei. Et sub
lata est a me visio quã videram. Et lo
cutus sum ad transmigrationē omnia
verba domini que ostenderat mihi.

¶ C. XII. Probat exemplo ezechiel an
gustiam obsidionis hierusalē: ⁊ instan
tiam obsidionis. Capi. xij.


T factus est sermo dñi ad me A
dicēs. Fili hoīs: in medio do
mus exasperãtis tu habitas:
qui oculos habēt ad vidēdũ
et nõ vidēt: ⁊ aures ad audiē
dum ⁊ nõ audiũt: q2 domus exasperãs
est. Tu ergo fili hoīs fac tibi vasa trãs
migrationis: ⁊ transmigrabis per diē
coram eis. Transmigrabis aũt de loco
tuo ad locũ alterũ in cõspectu eoꝝ: si
forte aspiciãt: q2 domus exasperãs est.
Et efferes foras vasa tua: q̃si vasa trãs B
migrantis per diem in cõspectu eoꝝ.
Tu aũt egredieris vespere corã eis: si
cut egredit̃ migrans ante oculos eoꝝ.
Perfode tibi parietē: ⁊ egredieris per
eum in conspectu eoꝝ. In humeris por
taberis: ĩ caligine effereris. Faciē tuã
velabis ⁊ non videbis terram: q2 por
tentum dedi te domui israel. Feci ergo C
sicut preceperat mihi dñs. Uasa mea
protuli quasi vasa trãsmigrãtis p diē:
⁊ vespere perfodi mihi parietē manu:
et in caligine egressus sum: ⁊ in hume
ris portatus in cõspectu eoꝝ. Et fact⁹
est sermo dñi ad me mane: dicens. Fili
hoīs nũquid nõ dixerunt ad te domus
israel domus exasperãs: quid tu facis?
Dic ad eos. Hec dicit dñs deus. Sup
ducē onus istud qui est in hierl̃ʒ: ⁊ sup
oēm domũ isrl̃ q̃ est in medio eoꝝ. Dic.
Ego portētum vr̃m. Quõ feci: sic fiet il
lis. In transmigrationē ⁊ in captiuita
tem ibũt: ⁊ dux qui est in medio eoꝝ in
humeris portabit̃: in caligine egredie
tur. Parietem perfodiēt vt educãt eũ:

facies eius operiet̃ vt nõ videat oculis
D terrã. Et extẽdam rete meum sup eum
et capiet̃ in sagena mea: ⁊ adducã eum
in babylonẽ in terram chaldeorum: et
ipsam nõ videbit: ibiq; morief̃: et oẽs
qui circa eũ sunt. Presidiũ eius ⁊ agmi-
na eius dispergam in omnẽ vẽtum: et
gladiũ euaginabo post eos. Et sciẽt qz
ego dñs: quãdo dispersero illos in gẽ-
tibus: ⁊ disseminauero eos ĩ terris. Et
relinquã ex eis viros paucos a gladio
et fame ⁊ pestilẽtia: vt narrẽt oĩa scele-
ra eorum in gẽtibus ad quas ingredient̃:
E et sciẽt qz ego dñs. Et factus est sermo
dñi ad me: dicẽs. Fili hoĩs: panẽ tuũ ĩ
cõturbatione comede: sed ⁊ aquã tuã
in festinatiõe ⁊ merore bibe: ⁊ dices ad
pplm terre. Hec dicit dñs deus ad eos
qui habitãt in hierlm in terra isrl. Pa-
nem suũ in solitudine comedẽt: ⁊ aquã
suã in desolatione bibẽt: vt desoletur
terra a multitudine sua ppter iniqta-
tem oĩm q̃ habitãt in ea: et ciuitates q̃
nũc habitantur desolate erunt terraq;
F deserta: ⁊ scietis qz ego dñs. Et factus
h.pe.i.f. est sermo dñi ad me dicẽs. Fili hoĩs qd
est puerbiũ istud in terra israel dicen-
tium. In longũ differẽtur dies: ⁊ pibit
oĩs visio. Ideo dic ad eos. Hec dicit do-
minus de⁹. Quiescere faciam puerbiũ
istud: neq; vulgo dicet̃ vltra in isrl. Et
loquere ad eos qd appropinquauerint
dies: et sermo omnis visionis. Non eñ
erit vltra oĩs visio cassa: neq; diuina-
tio ambigua in medio filiorum israel: qz
ego dñs loquar: ⁊ quodcũq; locut⁹ fue-
ro verbũ: ⁊ fiet. Non plongabitur am-
G plius: sed in dieb⁹ vrĩs domus exaspe-
rans loquar verbũ: ⁊ faciã illud: dicit
dñs de⁹. Et factus est sermo dñi ad me
dicens. Fili hoĩs: ecce domus israel di-
centium. Uisio quam hic videt in dies
multos: ⁊ in tpa lõga iste pphetat. Pro-
pterea dic ad eos. Hec dicit dominus
deus. Non prolongabitur vltra omnis
sermo meus. Uerbũ quod locutus fue-
ro complebitur: dicit dominus deus.
¶ C. S. Sermo dei contra pseudo p-
phetas decipiẽtes pplm dei. Cap. xiij.
A Et factus est sermo dñi ad
me dicẽs. Fili hoĩs vatici-
nare ad pphetas israel qui
pphetant: ⁊ dices pphetã-
tibus de corde suo. Audite
verbum domini. Hec dicit
dñs deus. Ue pphetis insipientibus q̃
sequũtur spm̃ suũ ⁊ nihil vident. Quasi
vulpes in deserto pphete tui isrl erãt.
Non ascẽdistis ex aduerso: neq; oppo-
suistis murum pro domo israel: vt sta-
retis in prelio in die domini. Uident
vana ⁊ diuinãt mẽdacium dicẽtes: ait
dominus: cũ dominus non miserit eos
et perseuerauerunt confirmare sermo-
nem. Nũquid non visionem cassam vi-
distis: ⁊ diuinationem mẽdacem locu-
ti estis? Et dicitis: ait dominus: cũ ego
non sim locutus. Propterea hec di- B
cit dominus deus. Qz locuti estis va-
na: ⁊ vidistis mẽdacium: ideo ecce ego
ad vos: ait dominus deus: ⁊ erit man⁹
mea super pphetas qui vident vana: ⁊
diuinant mẽdacium. In consilio popu-
li mei non erunt: ⁊ in scriptura domus
israel non scribẽtur: nec in terrã israel
ingredientur: ⁊ scietis quia ego domi-
nus deus: eo quod deceperint populũ
meũ dicentes. Pax: pax: ⁊ non est pax: 46.dis. ca.
et ipse edificabat parietem: illi autem sunt non-
liniebant eum luto absq; paleis. Dic nulli.
ad eos qui liniunt absq; temperatura
quod casurus sit. Erit enim imber inũ-
dans: et dabo lapides pregrãdes ⁊ de-
super irruentes: et vẽtum procelle dis-
sipantem. Siquidem ecce cecidit pa-
ries. Nũquid non dicetur vobis: vbi est
litura quã linistis? Propterea hec di-
cit dominus deus. Et erũpere faciam
spm̃ tempestatũ in indignatione mea:
et imber inundans in furore meo erit.
Et lapides grãdes in ira in cõsumma- C
tionem. Et destruã parietem quẽ lini-
stis absq; temperamento: ⁊ adequabo
eum terre: ⁊ reuelabitur fundamẽtum
eius ⁊ cadet: ⁊ cõsumiet̃ in medio eius:
et scietis qz ego sum dominus. Et com-
plebo indignationẽ meam in pariete:
et in his qui liniunt eũ absq; tempera-
mento: dicamq; vobis. Nõ est paries: ⁊
non sunt qui liniunt eũ. Prophete isrl
qui pphetant ad hierusalẽ: ⁊ vident ei
visionem pacis: et non est pax: ait dñs
deus. Et tu fili hominis pone faciem
tuam contra filias populi tui que pro-
phetant de corde suo: et vaticinare su- 46.dis. ca.
per eas: ⁊ dic. Hec dicit dominus de⁹. nonnulli.
Ue qui cõsuũt puluillos sub oĩ cubito
manus: et faciũt ceruicalia sub capite D
vniuerse etatis ad capiendas animas.
Et cũ caperent aĩas populi mei: viuifi-
cabant aĩas eorum: ⁊ violabãt me ad po- 11.q.3. cap.
pulum meum ppter pugillũ hordei: et plerumq;.
fragmẽ panis: vt interficerẽt aĩas q̃ nõ
moriũtur: ⁊ viuificarent aĩas que non

uinātꝰ mētiētes pplo meo credēti men
dacijs. Propter hoc hec dicit dñs deꝰ.
Ecce ego ad puluillos vr̄os qbꝰ vos ca
pitis aīas volātes: ⁊ dirūpā eos d̄ bra
chijs vr̄is: ⁊ dimittā aīas quas vos ca-
pitis: aīas ad volādū. Et dirūpā ceruī
calia vr̄a: ⁊ liberabo pplm̄ meū de ma
nu vr̄a: neq̄ erūt vltra in manibꝰ vr̄is
ad p̄dādū: ⁊ scietis qꝛ ego dñs. Pro eo
qđ merere fecistis cor iusti mēdaciter:
quē ego nō cōtristaui: ⁊ cōfortastis ma
nus impij vt nō reuerteretur a via sua
mala ⁊ viueret: ꝓpterea vana nō vide-
bitis: ⁊ diuinationes non diuinabitis
amplius: ⁊ eruam populum meum de
manu vestra: ⁊ scietis qꝛ ego dominus.
¶ Ca. S. Propter hominū immundi-
cias non predicat eis: nec a prophetis:
nec a plagis liberantur. Capi. xiiij.
A

T venerūt ad me viri senio
rū isrl̄: et sederūt corā me.
Et factꝰ est s̄mo dñi ad me
dicēs. Fili hoīs viri isti po
suerūt imundicias suas in
cordibꝰ suis: ⁊ scādalū ini
q̄tatis sue statuerūt ꝯ faciē suā. Nūqd
interrogatꝰ r̄ndebo eis? Propter hoc
loq̄reris: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs
B
deus. Homo homo de domo isrl̄ q̄ posuerit i
mūdicias suas in corde suo: ⁊ scādalū
iniq̄tatis sue statuerit cōtra faciē suā:
et venerit ad ꝓphetā interrogās ꝑ eū
me: ego dñs r̄ndebo ei: in multitudine
immūdiciarū suarū: vt capiat domus
israel in corde suo: quo recesserūt a me
in cūctis idolis suis. Propterea dic ad
domū israel. Hec dicit dñs deus. Con-
uertimini ⁊ recedite ab idolis vr̄is: et
ab vniuersis cōtaminatiōibus vestris
C
auertite facies vr̄as. Qꝛ homo homo d̄ domo
israel: ⁊ de ꝓselytis q̄cūq̄ aduena fue-
rit in isrl̄: si alienatꝰ fuerit a me: et po-
suerit idola sua i corde suo: ⁊ scādalū
iniq̄tatis sue statuerit ꝯ faciē suā: ⁊ ve
nerit ad ꝓphetā vt interroget ꝑ eū me:
ego dñs r̄ndebo ei ꝑ me ⁊ ponā faciem
meā sup̄ hoīem illū: ⁊ faciā eū i exēplū
et in ꝓuerbiū: ⁊ disperdā eū de medio
ppli mei: ⁊ scietis qꝛ ego dñs. Et ꝓphe
D
ta cū errauerit ⁊ locutus fuerit verbū:
ego dñs decepi ꝓphetā illū. Et extēdā
manū meā super illū: et delebo cum de
medio ppli mei israel: ⁊ portabit iniq̄
tatē suā. Iuxta iniq̄tatē interrogātis:
sic iniq̄tas ꝓphete erit: vt nō errent vl-
tra domus israel a me: neq̄ polluatur
in vniuersis preuaricationibus suis: s;
sint mihi in pplm̄: et ego sim eis i deū:
ait dñs exercituū. Et factus est sermo
dñi ad me dicēs. Fili hoīs: terra cū pec
cauerit mihi vt p̄uaricet̄ p̄uaricās: ex-
tēdā manū meā sup̄ eā: ⁊ cōterā virgā E
panis eius: ⁊ immittā in eā famē: ⁊ in
terficiā de ea hoīem ⁊ iumētū. Et si fue
rit tres viri isti i medio eiꝰ noe: dani-
el: ⁊ iob: ipi iustitia sua liberabūt aīas
suas: ait dñs exercituū. Qđ ⁊ si bestias
pessimas induxero sup̄ terrā vt vastem
eā: ⁊ fuerit in via: eo q̄ nō sit ptrāsiēs
ꝓpter bestias: tres viri isti si fuerit in
ea: viuo ego: dicit dñs deus: qꝛ nec fili-
os nec filias liberabūt: sed ipi soli li-
berabūtur: terra aūt desolabit̄. Uel si
gladiū induxero sup̄ terrā illā: ⁊ dixe- F
ro gladio: transi ꝑ terrā: ⁊ interfecero
de ea hoīem ⁊ iumētum: ⁊ tres viri isti
fuerint in medio eius: viuo ego: dicit
dñs deus: nō liberabunt filios neq̄ fi-
lias: sed ipi soli liberabunt̄. Si aūt ⁊
pestilētiā imisero sup̄ terrā illā: ⁊ effu
dero indignationē meā sup̄ eā in san-
guine: vt auferā ex ea hoīem ⁊ iumētū:
et noe ⁊ daniel ⁊ iob fuerit i medio eiꝰ:
viuo ego: dicit dñs deus: qꝛ filiū ⁊ filiā
nō liberabūt: s; ipi iustitia sua libera
būt aīas suas. Qm̄ hec dicit dñs. Qđ et G
si quatuor iudicia mea pessima: gladiū
et famē ac bestias malas ⁊ pestilentiā
immisero in hierl̄m vt interficiā de ea
hoīes ⁊ pecus: tū relinquet̄ in ea saluā-
tio educentium filios ⁊ filias. Ecce ipi
egredient̄ ad vos: ⁊ videbitis viā eorū
et adinuētiōes eorū: ⁊ cōsolabimini su
per malo qđ induxi in hierl̄m in oībus
que importaui sup̄ eā: et cōsolabūtur
vos cū videritis viā eorū: ⁊ adinuētio-
nes eorū: et cognoscetis q̄ nō frustra fe
cerim oīa que feci in ea: ait dñs deus.
¶ C. S. Sermo dñi cōtra hierl̄m vitē
infructuosam. Capi. xv.

T factus est sermo dñi ad A
me dicens. Fili hoīs: quid
fiet de ligno vitis ex oībus
lignis nemorū que sunt in-
ter ligna siluarū? Nūquid
tollet̄ de ea lignum vt fiat
opus: aut fabricabit̄ de ea paxillus vt
dependeat in eo qđcūq̄ vas. Ecce igni
datū est in escā: vtrāq̄ partē eius con-
sumpsit ignis: et medietas eiꝰ redacta
est in fauillā. Nūqd vtile erit ad opꝰ?
Etiam cum esset integrum non erat B
aptum ad opus: q̄nto magis cum illud
ignis deuorauerit ⁊ cōbusserit: nihil ex
eo fiet

es fiet operis. Propterea hec dicit dñs
de⁹. Quō lignū vitis inter ligna silua
rum qđ dedi igni ad deuorādū: sic tra-
dā habitatores hierl̄m: ꝛ ponā faciem
meā in eos: de igne egredient̄ ꝛ ignis
cōsumet eos. Et scietis: q2 ego dñs cuꝫ
posuero faciem meam in eos: ꝛ dedero
terrā inuiā ꝛ desolatā: eo qđ p̄uarica-
tores extiterint: dicit dñs deus.

¶ C. S. Cathalogus immūdiciarū et
iniquitatū hierusalē: ꝛ correptio qua
reuocat̄ ad salutēꝫ scribitur: iustificat
dominus sodomam ꝛ samariam com-
paratione hierusalē. Ca. xvj.

A Et factus est sermo dñi ad
me dicēs. Fili hominis: no
tas fac hierl̄ꝫ abominatio
nes suas: ꝛ dices. Hec dicit
J. eodem. dñs de⁹ hierusaleꝫ. Radix
tua et gñatio tua de terra
chanaan: pater tu⁹ amorreus: ꝛ mater
tua cethea. Et qñ nata es in die ortus
tui nō est precisus vmbilicus tuus: et
in aqua non es lota in salutem: nec sa-
le salita: nec inuoluta pannis. Non pe
percit super te oculus meus vt faceret
tibi vnū de his misertus tui: sꝫ piecta
es sup faciē terre in abiectione aīe tue
in die qua nata es. Transiēs autē p te:
vidi te ɔculcari in sanguine tuo. Et di
xi tibi cū esses in sanguine tuo. Uiue.
Dixi inq̄ tibi in sanguine tuo. Uiue.
Multiplicatā quasi germen agri dedi
te: ꝛ multiplicata es ꝛ grādis effecta:
et ingressa es: ꝛ puenisti ad mūdū mu-
liebrem. Ubera tua intumuerūt: et pi-
lus tuus germinauit: ꝛ eras nuda ꝛ cō
fusione plena. Et trāsiui p te ꝛ vidi te:
B et ecce tps tuū tps amantiū. Et expan
di amictū meū super te: ꝛ operui igno
miniā tuā. Et iuraui tibi: et ingressus
sum pactū tecū: ait dñs deus. Et facta
es mihi: ꝛ laui te aqua: ꝛ emūdaui san
guinē tuū ex te. Et vnxi te oleo: ꝛ vesti
ui te discolorib⁹: ꝛ calciaui te hyacin-
tho. Et cinxi te bysso: ꝛ indui te subti
libus: ꝛ ornaui te ornamento. Et dedi
armillas i manib⁹ tuis: ꝛ torquē circa
collum tuū: ꝛ dedi inaurē sup os tuū: ꝛ
circulos aurib⁹ tuis: ꝛ coronā decoris
in capite tuo. Et ornata es auro ꝛ argē
to: ꝛ vestita es bysso ꝛ polimito ꝛ mul-
tis colorib⁹. Similā et mel ꝛ oleū co-
medisti: ꝛ decora facta es vehementer
nimis. Et pfecisti in regnū: ꝛ egressum
est nomē tuū i gētes ppter speciē tuā:
q2 perfecta eras in decore meo quē po-
suerā sup te: dicit dñs deus. Et habēs
fiduciā in pulchritudine tua fornicata
es in noīe tuo: ꝛ exposuisti fornicatio-
nem tuā omni trāseunti vt eius fieres.
Et sumēs de vestimētis meis fecisti ti-
bi excelsa hincinde cōsuta: ꝛ fornicata
es super eis: sicut non est factū neq̄ fu-
turū est. Et tulisti vasa decoris tui de
auro meo atq̄ argēto meo q̄ dedi tibi:
et fecisti tibi imagines masculinas: et
fornicata es i eis. Et sumpsisti vestimē C
ta tua multicoloria: ꝛ operuisti illa. Et
oleū meū et thymiama meum posuisti
corā eis: ꝛ panē meū quem dedi tibi si-
miliam ꝛ oleū et mel quibus enutriui
te posuisti in conspectu eoꝝ in odoreꝫ
suauitatis. Et factū est: ait dñs deus: et
tulisti filios tuos ꝛ filias tuas quas ge
nerasti mihi: ꝛ immolasti eis ad deuo-
rādū. Nunq̄d parua est fornicatio tua.
Immolasti filios meos: ꝛ dedisti illos
consecrans eis. Et post oēs abomina-
tiones tuas ꝛ fornicationes non es re-
cordata dierū adolescētie tue: quando
eras nuda et cōfusione plena: cōculca-
ta in sanguine tuo. Et accidit post oēꝫ
maliciam tuā ve ve tibi: ait dñs deus.
Et edificasti tibi lupanar: ꝛ fecisti tibi
prostibulum in cunctis plateis. Ad oē
caput vie edificasti signū pstitutionis De ɔse. dis.
tue: ꝛ abominabilē fecisti decorē tuuꝫ. 5. c. nunq̄.
Et diuisisti pedes tuos oi transeunti: in fi.
ꝛ multiplicasti oēs fornicatiōes tuas.
Et fornicata es cū filijs egypti vicinis
tuis magnarū carnium: ꝛ multiplica-
sti fornicationem tuā ad irritādū me.
D Ecce ego extendā manū meā super te:
et auferam iustificationē tuā: et dabo
te in animas odiētiū te filiarū palesti
narū: que erubescūt in via tua scelera-
ta. Et fornicata es in filijs assyrioꝝ: eo
quod necdum fueris expleta. Et postq̄
fornicata es nec sic es satiata: ꝛ multi-
plicasti fornicationē tuā in terra cha-
naā cū chaldeis: ꝛ nec sic satiata es. In
quo mundabo cor tuū: ait dñs deus: cū
facias omnia hec opera mulieris mere
tricis ꝛ procacis: Quia fabricasti lupa
nar tuū: in capite omnis vie: ꝛ excelsū
tuū fecisti in omni platea. Nec facta es
quasi meretrix fastidio augens preciū:
sed quasi mulier adultera que super vi
rum suū inducit alienos. Omnib⁹ me-
retricibus dantur mercedes: tu aūt de
disti mercedes cūctis amatorib⁹ tuis:
et dona donabas eis: vt intrarent ad
te vndiq̄ ad fornicandū tecū. Factūq̄


est in te cōtra cōsuetudinē mulierū in
fornicationibus tuis: ⁊ post te nō erit
fornicatio. In eo em̄ q̄d dedisti merce-
des: ⁊ mercedes nō accepisti: factū est i
te cōtrariū. Propterea meretrix audi
verbū dn̄i. Hec dicit dn̄s de⁹. Qr effu-
sum est es tuū: ⁊ reuelata ē ignominia
tua in fornicatiōibus tuis sup amato-
res tuos: ⁊ sup idola abominationum
tuarū in sanguine filiorū tuorū quos de
disti eis: ecce ego cōgregabo oēs ama-
tores tuos q̄bus cōmixta es: et oēs q̄s
dilexisti cū vniuersis quos oderas. Et
E ɔgregabo eos sup te vndiq̄: ⁊ nudabo
ignominiā tuā corā eis: ⁊ videbūt oēs
turpitudinē tuam: ⁊ iudicabo te iudi-
ciis adulterarū ⁊ effundētium sangui
nē. Et dabo te in sanguinē furoris ⁊ ze
li: ⁊ dabo te in manus eorū. Et destruēt
lupanar tuū: ⁊ demolient prostibulum
tuū. Et denudabūt te vestimētis tuis:
vt auferāt vasa decoris tui: ⁊ derelin-
quēt te nudā plenāq̄ ignominia: ⁊ ad
ducent sup te multitudinē. Et lapida-
būt te lapidibus: ⁊ trucidabūt te gla-
4.reg.25.c diis suis. Et ɔburēt domos tuas igni:
⁊ faciēt in te iudicia in oculis mulierū
plurimarū. Et desines fornicari: ⁊ mer
cedes vltra nō dabis. Et requiescet in-
dignatio mea in te: ⁊ auferet zel⁹ me⁹
a te: quiescā nec irascar amplius: eo q̄
non fueris recordata dierū adolescen-
tie tue: ⁊ ꝓuocasti me in omnibus his.
Quapropter ⁊ ego vias tuas in capite
tuo dedi: ait dn̄s deus: ⁊ non feci iuxta
scelera tua in oībus abominationibus
tuis. Ecce oīs q̄ dicit vulgo ꝓuerbium
in te assumet illud dicēs. Sicut mater
ita ⁊ filia ei⁹. Filia matris tue es tu: q̄
ꝓiecit virū suū ⁊ filios suos: ⁊ soror so
rorū tuarū que ꝓiecerunt viros suos ⁊
filios suos. Mater vestra cethea: ⁊ pa
F ter vester amorre⁹. Et soror tua maior
F. eodem. samaria ipsa: ⁊ filie eius q̄ habitāt ad
sinistrā tuā. Soror aūt tua minor te: q̄
habitat a dextris tuis sodoma et filie
eius. Sed nec in vijs earū ambulasti:
neq̄ ſm scelera earū fecisti. Paululū
minus pene sceleratiora fecisti illis in
omnibus vijs tuis. Viuo ego dicit dn̄s
deus: qr nō fecit sodoma soror tua ipsa
et filie eius: sicut fecisti tu et filie tue.
Ecce hec fuit iniq̄tas sodome sororis
tue: superbia: saturitas panis: ⁊ abun
dantia: ⁊ ocium ipsius et filiarū eius.
Et manum egeno ⁊ pauperi nō porri-
gebant: ⁊ eleuate sunt ⁊ fecerūt abomi

nationes corā me: ⁊ abstuli eas sicut vi Gen.19.f
disti. Et samaria dimidiū peccatorum
tuorū nō peccauit: sz vicisti eas scelerī
bus tuis: ⁊ iustificasti sorores tuas i oī
bus abominationib⁹ tuis quas operata
es. Ergo ⁊ tu porta ɔfusionē tuā: q̄ vi-
cisti sorores tuas peccatis tuis scelera
tius agens ab eis. Iustificate sunt em̄ a
te. Ergo ⁊ tu ɔfundere ⁊ porta ignomi
niā tuā: q̄ iustificasti sorores tuas. Et
cōuertā restituēs eas cōuersione sodo
morū cū filiabus suis: ⁊ cōuersiōe sama G
rie ⁊ filiarū eius. Et ɔuertā reuersionē
tuā in medio earū: vt portes ignomi-
niā tuā: ⁊ cōfundaris in oībus q̄ fecisti
cōsolans eas. Et soror tua sodoma ⁊ fi
lie eius reuertent̄ ad antiq̄tatē suā: et
samaria ⁊ filie ei⁹ reuertent̄ ad ātiq̄ta
tem suā: ⁊ tu ⁊ filie tue reuertemini ad
antiq̄tatē vestrā. Nō fuit aūt sodoma
soror tua audita in ore tuo in die sup-
bie tue: anteq̄ reuelaret̄ malicia tua: si
cut hoc tpe in opprobriū filiarū syrie: ⁊
cūctarū in circuitu tuo filiarū palesti-
narū q̄ ambiunt te ꝑ gyrū. Scelus tuū
⁊ ignominiam tuā tu portasti: ait dn̄s
deus. Qr hec dicit dn̄s deus. Et faciam
tibi sicut despexisti iuramētū vt irritū
faceres pactū: ⁊ recordabor ego pacti
mei tecū in diebus adolescētie tue: et
suscitabo tibi pactū sempiternum. Et
recordaberis viarū tuarū: ⁊ confunde-
ris cū receperis sorores tuas te maio-
res cū minoribus tuis. Et dabo eas ti-
bi in filias: sed nō ex pacto tuo: ⁊ susci
tabo ego pactum meū tecum. Et scies:
qr ego dn̄s vt recorderis ⁊ cōfundaris:
et nō sit tibi vltra aperire os pre con-
fusione tua: cum placatus tibi fuero in
omnibus que fecisti: ait dominus de⁹. H
¶ C. S. Ioachim in babylone captiuo
sedechias ⁊ hierusalem datur in mani
bus nabuchodonosor: et prophetia de
christo ponitur. Capi. xvij.
Et factus est sermo dn̄i ad A.
me dicens. Fili hominis ꝓ-
pone enigma: ⁊ narra para
bolā ad domū israel: ⁊ di-
ces. Hec dicit dn̄s de⁹. Aq̄
la grandis magnarū alarū:
longo membrorū ductu: plena plumis ⁊
varietate: venit ad libanū et tulit me-
dullam cedri. Summitatem frondiū
eius auulsit: ⁊ transportauit eā in ter-
ram chanaan: in vrbe negociatorū po-
suit illā. Et tulit de semine terre: ⁊ po
suit illud in terra pro semine vt firma

ret radicē sup aquas multas. In sup-
B ficie posuit illud. Cūq; germinasset cre
uit in vineā latiorē humili statura: re
spiciētibus ramis eius ad eam: ⁊ radi
ces eius sub illa erāt. Facta est ergo vi
nea: ⁊ fructificauit ī palmites: ⁊ emisit
propagines. Et facta est aquila altera
grādis: magnis alis: multisq; plumis.
Et ecce vinea ista quasi mittens radi-
ces suas ad eam: palmites suos exten-
dit ad illā: vt irrigaret eam de areolis
germinis sui. In terra bona super aq̄s
multas plantata est: vt faciat frondes
et portet fructum: vt sit in vineam grā
C dem. Dic. Hec dicit dominus deus. Er
go ne ꝓsperabitur? Nōne radices eius
euellet: ⁊ fructꝰ eius distringet: ⁊ sicca
bit oēs palmites germinis eius: ⁊ are-
scet: ⁊ non in brachio grādi neq; in po
pulo multo: vt euelleret eā radicitus?
Ecce plātata est. Ergo ne ꝓsperabit?
Nōne cū tetigerit eā ventus vrēs sicca
bit: ⁊ in areis germinis sui arescet? Et
factū est verbū dn̄i ad me dicēs. Dic ad
domū exasperantē. Nescitis qd̄ ista si
gnificēt? Dic. Ecce veniet rex babylōis
D in hierusalem: ⁊ assumet regē ⁊ princi
pes eius: ⁊ adducet eos ad semetipsū
in babylonē: ⁊ tollet de semine regni:
ferietq; cū eo fedꝰ: ⁊ ab eo accipiet ius-
iurandum. Sed ⁊ fortes terre tollet: vt
sit regnum humile ⁊ nō eleuet: sed cu-
stodiat pactū eius ⁊ seruet illud. Qui
recedēs ab eo misit nūcios ad egyptū:
vt daret sibi equos ⁊ ppl'm multū. Nū
qd ꝓsperabitur vel consequet salutē q
fecit hec? Et q dissoluit pactū nunqd
E effugiet? Uiuo ego: dicit dn̄s deus: qm̄
in loco regis q constituit eū regē: cuiꝰ fe
cit irritū iuramentū: ⁊ soluit pactū qd
habebat cū eo: in medio babylōis mo-
riet. Et nō in exercitu grādi neq; in po
pulo multo faciet ꝯ eū pharao pliū in
iactu aggeris: ⁊ ī extructiōe vallorū: vt
interficiat animas multas. Spreuerat
eñ iuramētū: vt solueret fedus: ⁊ ecce
dedit manū suā: ⁊ cū oīa hec fecerit nō
F effugiet. Propterea hec dicit dn̄s deꝰ.
Uiuo ego: qm̄ iuramentū qd spreuit et
fedus qd preuaricatus est: ponā in ca-
put eiꝰ. Et expādā sup eū rete meū: et
cōprehēdetur in sagena mea: ⁊ adducā
eum ī babylonē: ⁊ iudicabo eū in ꝑua-
ricatiōe qua despexit me: ⁊ oēs ꝓfugi
eiꝰ cum vniuerso agmīe suo gladio ca-
dēt. Residui aūt in omnē ventū disper
gent: ⁊ scietis q: ego dn̄s locutus sum.

Hec dicit dn̄s deꝰ. Et sumā ego de me-
dulla cedri sublimis: ⁊ ponā de verti-
ce ramorū eius tenerū: distinguā ⁊ plā-
tabo super montem excelsum ⁊ eminē-
tem. In monte sublimi israel plātabo
illud: ⁊ erumpet in germen ⁊ faciet fru G
ctum: ⁊ erit in cedrū magnam. Et habi
tabūt sub ea omnes volucres: ⁊ vniuer
sum volatile sub vmbra frondium eius
nidificabit. Et sciēt omnia ligna regio
nis: q: ego dn̄s humiliaui lignum sub-
lime: ⁊ exaltaui lignum humile: ⁊ sicca
ui lignum viride: ⁊ frondere feci lignū
aridum. Ego dn̄s locutus sum et feci.
¶ C. B. De vua acerba: quia non pa-
ter pro filio: nec filius pro patre tenet
in peccatis: sed vnusquisq; onus suū por
tabit: ⁊ vbi inuenietur ibi iudicabitur:
⁊ reuocātur peccatores ad penitentiā.

Capitulum. xviij.


Et factus est sermo dn̄i ad me
dicens. Quid est q inter vos B
parabolā vertitis in prouer
bium istud in terra israel di-
centes. Patres comederunt Hiere. 31. a
vuam acerbam: ⁊ dentes filiorū obstu-
pescunt? Uiuo ego: dicit dominus deꝰ:
si erit vltra vobis parabola hec in pro
uerbium in israel. Ecce omnes aie mee De cōse. dis
sunt. Ut anima patris: ita ⁊ anima fi- 4. cā. quā
lij mea est. Anima que peccauerit ipsa
morietur. Et vir si fuerit iustus et fece
rit iudiciū ⁊ iustitiā: ī montibꝰ nō come D
derit: et oculos suos non leuauerit ad
idola domꝰ israel: ⁊ vxorē ꝓximi sui nō
violauerit: ⁊ ad mulierē mēstruatā nō
accesserit: ⁊ hoīem nō contristauerit: pignꝰ
debitori reddiderit: ꝑ vim nihil rapue
rit: panē suū esurienti dederit: ⁊ nudū
operuerit vestimēto: ad vsurā nō cōmo-
dauerit ⁊ ampliꝰ nō acceperit: ab iniq̄ta
te auerterit manū suā: ⁊ iudiciū verū
fecerit inter virum ⁊ virū: ⁊ in ꝓceptis 14. q. 4. cā.
meis ambulauerit: ⁊ iudicia mea custo putans
dierit: vt faciat veritatē: hic iustus est. E
Uita viuet: ait dn̄s deus. Quod si genue-
rit filiū latronē effundētē sanguinē: et
fecerit vnū de istis: ⁊ hec quidē oīa non
facientē: sz in montibus comedētem: ⁊
vxorē ꝓximi sui polluētē: egenū ⁊ pau
perē contristantē: rapientē rapinas: pi-
gnus nō reddentē: ⁊ ad idola leuātem
oculos suos: abominationē facientē: ad
vsuram dantem ⁊ amplius accipientē:
nūquid viuet? Non viuet. Cū vniuersa
hec detestanda fecerit morte morietur.
Sāguis eiꝰ in ipso erit. Quod si genuerit

filiū qui vidēs oīa peccata patris sui
que fecit timuerit: ⁊ nō fecerit similia eis:
sup mōtes nō comederit: ⁊ oculos suos
nō leuauerit ad idola domus israel: et
D vxorē pximi sui nō violauerit: et virū
nō cōtristauerit: pign⁹ nō retinuerit:
⁊ rapinā nō rapuerit: panē suū esuriē
ti dederit: ⁊ nudū operuerit vestimēto:
14.q.4.ca. a pauperis iniuria auerterit manū suā:
vsura. ⁊.c. vsurā ⁊ supabūdantiā nō acceperit: et
putant. iudicia mea fecerit: ⁊ i preceptis meis
ambulauerit: hic nō morietur in iniq-
tate patris sui: sed vita viuet. P̄r eius
q̄ calūniatus est: ⁊ vim fecerit fratri: ⁊
malū operatus est in medio ppli sui:
E ecce mortu⁹ est i iniqtate sua. Et dici-
3.q.4.c.laz tis. Quare nō portabit filius iniqtatē
itaq;.et ca. patris? Uidelicet: q̄ filius iudiciū et
iudei.et.q. iustitiā operatus est: oīa precepta mea
7.ca.adue- custodiuit: et fecit illa: viuet vita. Aīa
nientibus. que peccauerit ipsa morieť. Filius nō
Deu.24.c. portabit iniquitatē patris: ⁊ pater nō
4.re.14.f. portabit iniquitatem filij. Iustitia iu
2.pa.25.a. sti super eū erit: ⁊ impietas impij sup
eum. Si aūt impius egerit penitētiaz
ab oībus peccatis suis que operat⁹ est:
et custodierit oīa precepta mea: ⁊ fece
rit iudiciū ⁊ iustitiā: vita viuet ⁊ non
F morieť. Oīm iniqtatū eius quas ope-
De pe.dist. ratus ē: nō recordabor. In iustitia sua
4.ca.hanc quā operatus est viuet. Nunqd volūta
societatē. tis mee est mors impij: dicit dñs deus:
et capi.si et non vt cōuertať a vijs suis ⁊ viuat.
auerterit. Si aūt auerterit se iust⁹ a iustitia sua:
i.c.⁊.i.33.d ⁊ fecerit iniqtatē ſm oēs abominatio
nes quas opari solet impius: nunqd vi-
uet. Oēs iustitie eius quas fecerat: nō re-
cordabunť. In puaricatione q̄ pre
uaricatus est: ⁊ i pctō suo qd peccauit
in ipsis morieť. Et dixistis. Nō est equa
via dñi. Audite ergo dom⁹ isrľ. Nūqd
via mea nō est equa: ⁊ nō magis vie ve
stre praue sunt? Cū eīm auerterit se iu-
stus a iustitia sua: ⁊ fecerit iniqtatē mo
rieť i eis. In iniustitia quā opatus est
morieť. Et cū auerterit se impius ab i-
pietate sua quā opatus est: ⁊ fecerit iu
diciū ⁊ iustitiā: ipse aīam suā viuifica
G bit. Cōsiderās eīm ⁊ auertēs se ab oīb⁹
iniqtatib⁹ suis q̄s opat⁹ est: vita viuet
⁊ nō morieť. Et dicūt filij isrľ. Non est
i.eodem. equa via dñi. Nūquid vie mee nō sunt
eque domus isrľ: ⁊ nō magis vie vestre
praue. Idcirco vnūquēq; iuxta vias
suas iudicabo domus isrľ: ait dñs de⁹.
Cōuertimini ⁊ agite penitētiā ab oī-
bus iniqtatibus vřis: ⁊ nō erit vobis
in ruinā iniqtas. Proijcite a vobis oēs
iniqtates vřas in qb⁹ puaricati estis:
et facite vobis cor nouū et spiritū no-
uum. Et quare moriemini domus isrľ: i.33.c
quia nolo mortem morientis: dicit do
minus deus. Reuertimini et viuite.
¶ C.S. De ioachim ⁊ iechonia ⁊ filio
ioachim captiuatis: de reliquijs iude
q̄ non habuerunt regem. Capi.xix.
Et tu fili hoīs assume plan
ctū sup pncipes israel ⁊ di- A
ces. Quare mater tua lea-
na iter leones cubauit. In
medio leūculorū enutriuit
catulos suos. Et eduxit vnū
de leunculis suis: leo factus est: ⁊ didi-
cit capere predam: hoīesq; comedere.
Et audierūt de eo gentes: et non absq;
vulneribus suis ceperūt eū: ⁊ addux-
rūt eū in catenis in terrā egypti. Que
cum vidisset qm̄ infirmata est: ⁊ perijt B
expectatio eius: tulit vnū de leūculis
suis: leonem constituit eū. Qui incede-
bat inter leones: ⁊ fact⁹ est leo: ⁊ didi-
cit predam capere: et hoīes deuorare.
Didicit viduas facere: ⁊ ciuitates eorū
in desertum adducere: et desolata est
terra ⁊ plenitudo eius a voce rugitus
illius. Et cōuenerunt aduersus eū gen C
tes vndiq; de prouincijs: et expāderūt
super eum rete suū. In vulneribus eorū
captus est: et miserunt eum in caueam.
In catenis adduxerunt eum ad regem
babylonis: miseruntq; eum in carcerē:
ne audiretur vox eius vltra super mō-
tem israel. Mater tua quasi vinea in
sanguine tuo super aquā plantata est.
Fructus eius ⁊ frondes eius creuerūt
ex aquis multis: et facte sunt ei virge
solide in sceptra dominantium: et ex-
altata est statura eius inter frōdes. Et D
vidit altitudinem suam in multitudi-
ne palmitum suorū: ⁊ euulsa est in irā:
in terramq; proiecta: ⁊ vētus vrēs sic-
cauit fructum eius: marcuerūt ⁊ arefa
cte sunt virge roboris eius. Ignis co-
medit eam. Et nunc transplantata est
in desertum in terra inuia ⁊ sitienti: ⁊
egressus est ignis de virga ramorū eius
qui fructum eius comedit: ⁊ nō fuit in
ea virga fortis: sceptrum dominātiū.
Planctus est: et erit in planctum.
¶ C.S. Dixit dñs q̄ nō respōdebit in
terrogātibus ppter pctā: ⁊ exprobrat
eis scelera sua ⁊ blasphemias: ⁊ repro
batione legis ⁊ sacrificiorū: de reditu
captiuorum in terram suam. Cap.xx.

A T factum est in anno septi
mo: in q̄nto in decima mē-
sis: venerunt viri de senio-
ribus israel vt interroga-
rent dn̄m: ⁊ sederūt corā
me. Et factꝰ est sermo dn̄i
ad me dicēs. Fili hoīs loquere seniori
bus isrl̄: et dices ad eos. Hec dicit dn̄s
deꝰ. Nunq̄d ad interrogādū me vos ve
nistis? Viuo ego: qꝛ nō r̄ndebo vobis:
ait dn̄s deꝰ. Si iudicas eos: si iudicas
fili hoīs. Abominatiōes patrū eorum
ostende eis: et dices ad eos. Hec dicit
dn̄s deꝰ. In die qua elegi israel: ⁊ leua-
ui manū meā ꝓ stirpe domus iacob: et
apparui eis ī terra egypti: ⁊ leuaui ma
nū meā ꝓ eis dicēs. Ego dn̄s deꝰ vester
in die illa leuaui manū meam ꝓ eis: vt
educerē eos de terra egypti: in terram
quā ꝓuiderā eis fluentē lacte ⁊ melle:
B que est egregia īter oēs terras. Et dixi
ad eos. Vnusquisq; offensiōes oculorū
suoꝝ abiciat: et ī idolis egypti nolite
pollui. Ego dn̄s deꝰ vester: et irritaue-
rūt me: noluerūtq; me audire. Vnus-
q̄sq; abominatiōes oculoꝝ suoꝝ nō ꝓie
cit: nec idola egypti reliq̄rūt. Et dixi:
vt effūderē idignatiōnē meā sup eos:
et implerē irā meā in eis in medio ter
j.eodem. re egypti. Et feci ꝓpter nomē meū: vt
nō violaret' corā gentibꝰ: in quarū me-
dio erāt: ⁊ inter q̄s apparui eis: vt edu-
cerem eos de terra egypti. Ejeci ergo
eos de terra egypti et eduxi ī desertū:
et dedi eis p̄cepta mea: et iudicia mea
ostendi eis: q̄ faciēs homo viuet in eis.
Exod.20.b Insup et sabbata mea dedi eis: vt essēt
⁊.31.c. signū inter me ⁊ eos: ⁊ scirēt qꝛ ego dn̄s
scificās eos. Et irritauerūt me domꝰ
isrl̄ ī deserto: ī p̄ceptis meis nō ābula-
uerūt: ⁊ iudicia mea ꝓiecerūt: q̄ faciēs
homo viuet ī eis: ⁊ sabbata mea viola-
uerūt vehemēter. Dixi ergo vt effūderē
furorē meū sup eos ī deserto: ⁊ ↄsume-
Exod.16.f. rē eos. Et feci ꝓpter nomē meū ne vio-
C larēt corā gētibꝰ: de q̄bꝰ eieci eos ī cō-
ī.eo.⁊.j.c. spectu eaꝝ. Ego igit' leuaui manū meā
sup eos in deserto: ne inducerē eos in
terrā quā dedi eis fluentē lacte ⁊ mel-
le: p̄cipuā terrarū oīm: qꝛ iudicia mea
ꝓiecerūt: ⁊ ī p̄ceptis meis nō ambula-
uerūt: ⁊ sabbata mea violauerūt. Post
idola eīm cor eoꝝ gradiebat': et pepcit
oculus meꝰ sup eos: vt non interficerē
eos: nec ↄsumpsi eos ī deserto. Dixi au
tem ad filios eoꝝ in solitudine. In p̄ce
ptis patrū vr̄oꝝ nolite īcedere: nec iu-
dicia eoꝝ custodiatis: nec ī idolis eoꝝ
polluamini. Ego dn̄s deꝰ vester. In p̄ce
ptis meis ambulate: ⁊ iudicia mea cu-
stodite: ⁊ facite ea. Et sabbata mea scti
ficate: vt sit signū inter me ⁊ vos: ⁊ scia-
tis qꝛ ego sum dn̄s deꝰ vester. Et exacer-
bauerūt me filij et ī p̄ceptis meis nō am
bulauerūt: et iudicia mea nō custodie-
rūt vt facerent ea: q̄ cū fecerit hō viuet
in eis: ⁊ sabbata mea violauerūt. Et cō D
minatꝰ sum vt effunderē furorē meū ī.eodem.
sup eos: ⁊ iplerē irā meā in eis ī deser-
to. Auerti aūt manū meā: ⁊ feci ꝓpter
nomē meū: vt nō violaret' corā gētibꝰ:
de q̄bꝰ eieci eos ī oculis earū. Iterū le
uaui manū meā ī eos in solitudine: vt
dispgerē illos in natiōes: ⁊ vētilarē in
terras: eo q̄ iudicia mea nō fecissent: ⁊
precepta mea reprobassent: et sabbata
mea violassent: ⁊ post idola patrū suoꝝ
fuissent oculi eoꝝ. Ergo ⁊ ego dedi eis
p̄cepta nō bona: ⁊ iudicia in q̄bꝰ nō vi
uēt: ⁊ pollui eos in muneribꝰ suis: cū
offerrēt oē q̄d aperit vuluā ꝓpter deli
cta sua: ⁊ sciēt qꝛ ego dn̄s. Quāobrē lo E
quere ad domū isrl̄ fili hoīs: ⁊ dices ad
eos. Hec dicit dn̄s deꝰ. Adhuc ⁊ in hoc
blasphemauerūt me p̄res vr̄i cū spre-
uissent me ↄtemnētes: ⁊ induxissē eos
in terrā sup quā leuaui manū meā vt
darē eis. Viderūt oēm collē excelsū: ⁊
oē lignū nemorosum: ⁊ immolauerunt
ibi victimas suas: ⁊ dederūt ibi irrita
tionē oblatiōis sue: ⁊ posuerūt ibi odo
rem suauitatis sue: ⁊ libauerunt liba-
tiōes suas. Et dixi ad eos. Quid est ex
celsum ad q̄d vos īgredimini? Et voca
tum est nomē eiꝰ excelsum vsq; ad hāc
diē. Propterea dic ad domū isrl̄. Hec
dicit dn̄s deꝰ. Certe ī via patrū vr̄orū
vos polluimini: ⁊ post offēdicula eoꝝ
vos fornicamini: ⁊ in oblatiōe donoꝝ
vestroꝝ: cū traducitis filios vestros ꝑ
ignem: vos polluimini in oībꝰ idolis
et qui in agro est bestiis tradet̃ ad de-
uorādum: qui aūt in presidiis ⁊ speluā-
cis sunt peste morientur. Et dabo terrā
in solitudinem et in desertum: et defi-
ciet superbia ⁊ fortitudo eius: ⁊ deso-
labuntur mōtes israel eo quod nullus
sit qui per eos trāseat: et scient q2 ego
dn̄s: cū dedero terram eoꝝ desolatam
G et desertam propter vniuersas abomi
natiōes suas quas operati sunt. Et tu
fili hominis: filii ppl'i tui qui loquunt̃
de te iuxta muros et in ostiis domorū:
et dicūt vnus ad alterum: vir ad proxi
mum suum loquentes. Uenite et audia-
mus quis sit sermo egrediens a domi-
no. Et veniunt ad te quasi si ingrediat̃
ppl's: et sedēt coram te populus meus:
et audiūt sermones tuos ⁊ nō faciunt
eos: quia in canticum oris sui vertunt
illos: ⁊ auaritiā suā sequitur cor eoꝝ:
et est eis quasi carmen musicum quod
suaui dulciꝗ sono canitur. Et audiūt
verba tua ⁊ nō faciunt ea: ⁊ cū venerit
qd̄ predictum est: ecce enim venit: tunc
scient q2 prophetes fuerit inter eos.
¶C.S. Sermo dn̄i ꝯtra pastores ne-
gligētes ⁊ opprimētes gregē: ⁊ q̄rētes
que sua sūt: ⁊ ꝓmissio de pastore nouo:
et pluribus bn̄dictionibus. Ca. xxxiiii.



T factū est vbū dn̄i ad me A
dicēs. Fili hoīs: ꝓpheta de
pastorib⁹ isrl': ꝓpheta ⁊ di-
ces pastoribus. Hec dicit
dn̄s deus. Ue pastorib⁹ isrl' Hier.23.a.
qui pascebāt semetipsos. 23.q.4.ca.
Nōne greges a pastorib⁹ pascunt̃? Lac displicet. ⁊
comedebatis ⁊ lanis opiebamini: ⁊ qd̄ q.6.c.quod
crassū erat occidebatis: gregē aūt meū erraverat.
nō pascebatis. Qd̄ infirmū fuit nō ꝯso
lidastis: et qd̄ egrotū nō sanastis: qd̄ cō
fractū est nō alligastis: ⁊ qd̄ abiectū est
nō reduxistis: ⁊ qd̄ perierat nō q̄sistis:
sed cū austeritate iperabatis eis: et cū
potētia. Et dispse sunt oues mee eo ꝙ 46.dist.c.sit.
B nō esset pastor: ⁊ facte sunt in deuora-
tionē oīm bestiarū agri ⁊ dispse sunt.
Errauerūt greges mei in cūctis monti
bus: ⁊ in vniuerso colle excelso: et sup
oēm faciē terre dispsi sunt greges mei:
⁊ nō erat q̄ requireret. Non erat inquā q̄
requireret. Propterea pastores audite
verbū dn̄i. Uiuo ego: dicit dn̄s de⁹: q2 ꝓ
eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinā: ⁊
oues mee in deuorationē oīm bestiarū
agri: eo ꝙ nō esset pastor: neꝗ enim q̄sie-
rūt pastores gregē meū: sꝫ pascebāt pa
stores semetipsos: et greges meos non
pascebāt: ꝓpterea pastores audite ver-
C bū dn̄i. Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce egoipse
sup pastores requirā gregē meū de ma
nu eoꝝ: ⁊ cessare eos facia vt vltra non
pascāt gregē meū: nec pascāt amplius
pastores semetipsos. Et liberabo gregē
meū de ore eoꝝ: et non erit vltra eis in
escā. Q2 hec dicit dn̄s de⁹. Ecce egoipse
D requirā oues meas ⁊ visitabo eas. Si
cut visitat pastor gregē suum in die qū
fuerit in medio ouiū suaꝝ dissipataꝝ:
sic visitabo oues meas et liberabo eas
de oīb⁹ locis in q̄b⁹ dispse fuerāt i die
nubis ⁊ caliginis: ⁊ educā eas ð ꝑplis:
⁊ ꝯgregabo eas de terris: ⁊ inducā eas i
terrā suā: ⁊ pascā eas in mōtib⁹ isrl': in
riuis ⁊ i cūctis sedib⁹ terre: in pascuis
vberrimis pascā eas: ⁊ in mōtibus ex-
celsis isrl' erūt pascue earū. Ibi requie-
scēt in herbis virētibus: et in pascuis
pinguib⁹ pascent̃ sup mōtes isrl'. Ego
pascā oues meas: ⁊ ego eas accubare fa
ciā: dicit dn̄s de⁹. Qd̄ perierat reqrā: ⁊
E qd̄ abiectū erat reducā: ⁊ qd̄ confractū
fuerat alligabo: ⁊ qd̄ infirmū fuerat cō-
solidabo: ⁊ qd̄ pingue ⁊ forte custodiā:
⁊ pascā illas i iudicio. Uos aūt greges
mei. Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego iudi-
co inter pecus ⁊ pec⁹: arietū ⁊ hircorū.

Nõne satis erat vobis pascua bona de
pasci? Insuper ⁊ reliquas pascuarũ ve-
strarum cõculcastis pedibus vestris: ⁊
cũ purissimã aquã biberetis: reliquã
pedibus vestris turbabatis? Et oues
mee his que cõculcata pedibus vestris
fuerãt pascebantur: ⁊ que pedes vestri
turbauerant hec bibebant. Propterea
hec dicit dñs de⁹ ad vos. Ecce ego ipse
iudico inter pecus pingue ⁊ macilẽtũ.
Pro eo q̃ lateribus ⁊ humeris impin-
gebatis: ⁊ cornibus vestris vẽtilabatis
oia infirma pecora: donec dispergeren-
tur foras: saluabo gregẽ meũ: ⁊ nõ erit
vltra in rapinã: ⁊ iudicabo inter pec⁹
et pecus. Et suscitabo sup ea pastorẽ
F vnũ qui pascat ea: seruũ meum dauid:
ipse pascet ea: ⁊ ipse erit eis in pastorẽ.
Ego autẽ dñs ero eis in deũ: et seruus
meus dauid princeps in medio eorũ.
Ego dñs locutus sum. Et faciã cũ eis
pactũ pacis: ⁊ cessare faciã bestias pes-
simas de terra: et q̃ habitãt in deserto
securi dormiẽt in saltibus: ⁊ ponã eos
in circuitu collis mei benedictionẽ: et
deducã imbrẽ in tpe suo: et pluuie be-
nedictionis erũt. Et dabit lignũ agri
fructũ suũ: ⁊ terra dabit germẽ suũ: et
erũt in terra sua absq; timore. Et sciẽt
q2 ego dñs cũ contriuero catenas iugi
eoꝝ: ⁊ eruero eos de manu imperãtiũ
G sibi. Et nõ erũt vltra in rapinã genti-
bus: neq; bestie terre deuorabunt eos:
sed habitabũt cõfidẽter absq; vllo ter-
rore. Et suscitabo eis germen nomina-
tum: ⁊ non erunt vltra imminuti fame
in terra: neq; portabũt ampli⁹ oppro-
bria gentiũ. Et scient q2 ego dñs deus
eoꝝ cum eis: ⁊ ipsi ppls meus domus
israel: ait dñs de⁹. Uos aũt greges mei
greges pascue mee homies estis: ⁊ ego
dñs deus vester: dicit dominus deus.
¶ Ca. B. Sermo super montem seir:
de conditione eius p eo quod afflixit
populum domini. Capi. xxxv.

A Et factus est sermo dñi ad
me dicens. Fili hois: pone
faciẽ tuã aduersum montẽ
seir: et prophetabis de eo:
et dices illi. Hec dicit dñs
deus. Ecce ego ad te mons
seir: et extẽdã manum meam super te:
⁊ dabo te desolatũ atq; desertũ. Urbes
tuas demoliar: ⁊ tu desert⁹ eris: ⁊ scies
quia ego dñs: eo quod fueris inimicus
sempiternus: ⁊ cõcluseris filios israel
in manus gladij in tempore afflictio-
nis eorum: in tẽpore iniquitatis extre- B
me. Propterea viuo ego dicit domin⁹
deus: qm sanguini tradã te: et sanguis
te persequetur. Et cum sanguinẽ ode-
ris: sanguis persequetur te. Et dabo
montem seir desolatum atq; desertũ:
et auferam de eo eũtem ⁊ redeuntẽ: et
implebo mõtes eius occisorũ suorum.
In collibus tuis ⁊ in vallib⁹ tuis: atq;
in torrẽtibus interfecti gladio cadẽt.
In solitudines sempiternas tradã te: C
et ciuitates tue non habitabuntur. Et
scietis quia ego domin⁹ deus: eo quod
dixeris: due gẽtes ⁊ due terre mee erũt
et hereditate possidebo eas cum domi-
nus esset ibi. Propterea viuo ego: di-
cit dominus deus: quia faciam iuxta
iram tuam et sm zelum tuum: quẽ feci-
sti odio habens eos: ⁊ notus efficiar p
eos cum te iudicauero: et scies q2 ego
dominus. Audiui vniuersa opprobria
tua que locutus es de montibus israel
dicens. Deserti nobis ad deuorandum D
dati sunt. Et insurrexistis sup me ore
vr̃o: et derogastis aduersũ me. Uerba
vestra ego audiui. Hec dicit dñs deus.
Letante vniuersa terra in solitudinẽ
te redigam: sicut gauisus es super here-
ditatem domus israel: eo q̃ fuerit dis-
sipata: sic faciam tibi: dissipatus eris
mons seir et idumea omnis. Et scient
quia ego dominus deus.
¶ Ca. B. Quod dñs vindicabit israel
de inimicis suis: ⁊ restituet ⁊ multipli-
cabit in terra sua: et q̃ afflixit israel p
peccato idolatrie: de gratia et virtute
baptismi: vocatur populus ad penitẽ-
tiam ⁊ pmittitur integra restitutio et
multiplicatio. Capi. xxxvi.

Tu autẽ fili hois ppheta sup A
mõtes israel: ⁊ dices. Mon- z.6.a.
tes israel audite verbũ dñi.
Hec dicit dñs de⁹. Eo q̃ di-
xerit inimicus de vobis: eu-
ge altitudines sempiterne in heredita-
tẽ date sunt nobis: propterea vaticina-
re ⁊ dic. Hec dicit dñs deus. Pro eo q̃
desolati estis ⁊ cõculcati p circuitũ: et
facti in hereditatẽ reliq̃s gentibus: et
ascẽdistis sup labiũ lingue: ⁊ opprobriũ
ppli: ppterea mõtes isrl' audite verbũ
dñi dei. Hec dicit dominus deus mõti-
bus ⁊ collibus: torrẽtibus vallibusq;:
et desertis parietinis: ⁊ vrbib⁹ derelic-
tis que depopulate sunt ⁊ subsanna-
te a reliq̃s gẽtib⁹ p circuitũ. Propter- B
ea hec dicit dñs deus. Qm̃ in igne zeli

mei locutus sum de reliquis gentibus:
et de idumea vniuersa que dederūt ter
ram meā sibi in hereditatē cū gaudio:
et toto corde et ex animo: et eiecerūt eā
vt vastarent. Idcirco vaticinare super
humū israel: et dices mōtibus et collib⁹
iugis et vallibus. Hec dicit dñs deus.
Ecce ego in zelo meo et in furore meo
locutus sum: eo q̄ cōfusionem gētium
sustinueritis. Idcirco hec dicit domi-
nus deus. Ego leuaui manū meā vt gē
tes que in circuitu vestro sunt ipse con
fusionem suā portent: vos aūt montes
israel ramos vestros germinetis: et fru
C ctum vestrum afferatis populo meo is-
rael. Prope em̄ est vt veniat. Quia ecce
ego ad vos: et cōuertar ad vos et arabi
mini: et accipietis sementem: et multipli
cabo in vobis homines omnē q̄ domū
israel: et habitabūtur ciuitates: et rui-
nosa instaurabūtur: et replebo vos ho-
minibus et iumētis: et multiplicabunt
et crescent. Et habitare vos faciā sicut
a principio: bonis q̄ donabo maiorib⁹
q̄ habuistis ab initio: et scietis q2 ego
dominus. Et adducam super vos ho-
mines populum meū israel: et heredi-
tate possidebūt te: et eris eis in heredi
tatē: et nō addes vltra vt absq̄ eis sis.
Hec dicit dñs deus. Pro eo q̄ dicūt de
D vobis: deuoratrix hominum es et suffo
cans gentē tuam: ppterea homines nō
comedes amplius et gentem tuam non
necabis vltra: ait dominus deus. Nec
auditam faciam in te amplius cōfusio
nem gentium: et opprobrium populoꝝ
nequaq̄ portabis: et gentem tuam non
amittes amplius: ait dñs deus. Et fa-
ctum est verbum domini ad me dicēs.
Fili hominis: domus israel habitaue-
runt in humo sua: et polluerunt eam in
vijs suis et in studijs suis. Iuxta immū
diciā mēstruate facta est via eoꝝ corā
Rom. 2. b. me: et effudi indignationem meā super
E eos p sanguine quē fuderūt super ter-
ram. Et in idolis suis polluerūt eam:
et dispersi eos in gētes: et vētilati sunt
in terras. Iuxta vias eoꝝ: et adinuētio
nes eoꝝ iudicaui eos. Et ingressi sunt
ad gentes ad quas introierūt: et pollue
runt nomen sanctū meum cum diceret
de eis: populus domini iste est: et de ter
ra eius egressi sunt: et peperci nomini
sancto meo qđ polluerat domus israel
in gētibus ad quas egressi sunt. Idcir-
co dices domui israel. Hec dicit domi-
nus deus. Nō ppter vos ego faciā do-

mus israel: sed ppter nomen sanctum
meum quod polluistis in gentibus ad
quas intrastis. Et sanctificabo nomen
meum magnum qđ pollutū est inter gē
tes: quod polluistis in medio earū: vt
sciant gentes q2 ego dominus: ait dñs
exercituum: cum sanctificatus fuero in I. 39. b.
vobis coram eis. Tollam quippe vos
de gētibus: et cōgregabo vos de vniuer
sis terris: et adducam vos in terram ve
stram. Et effundam super vos aquam
mūdam: et mundabimini ab omnibus De consec.
inquinamentis vestris: et ab vniuersis dis. 4. c. ne
idolis vestris mundabo vos: et dabo vo quenq̄.
bis cor nouum: et spiritū nouū ponam F
in medio vestri. Et auferā cor lapideū
de carne vestra: et dabo vobis cor car- I. 11. b.
neum: et spm̄ meum ponā in medio ve-
stri: et faciā vt in preceptis meis ambu
letis: et iudicia mea custodiatis et ope-
remini: et habitabitis in terra quā de-
di patribus vestris: et eritis mihi i po-
pulum: et ego ero vobis in deū: et salua
bo vos ex vniuersis inquinamētis vr̄is:
et vocabo frumentum et multiplicabo
illud: et nō imponā vobis famē: et mul-
tiplicabo fructū ligni et genimina agri:
vt non portetis vltra opprobriū famis
in gētibus: et recordabimini viarū ve-
strarum pessimarū studiorūq̄ non bo-
norum: et displicebūt vobis iniquitates
vestre et scelera vestra. Non ppter vos G
ego faciam: ait dñs deus: notum sit vo Rom. 6.
bis. Confundimini et erubescite super
vijs vestris dom⁹ israel. Hec dicit dñs
deus. In die qua mūdauero vos ex oī-
bus iniquitatibus vestris: et inhabitare
fecero vrbes: et instaurauero ruinosa: et
terra deserta fuerit exculta: que quon-
dam erat desolata in oculis oīs viato-
ris dicent. Terra illa inculta: facta est
vt hort⁹ voluptatis: et ciuitates deserte
et destitute atq̄ suffosse munite sede-
rūt. Et sciēt gētes q̄cūq̄ derelicte fue-
rint in circuitu vr̄o: q2 ego dñs edifica
ui dissipata: plātauiq̄ inculta: ego dñs
locut⁹ sū et fecerim. Hec dicit dñs de⁹.
Adhuc in hoc inuenient me domus isrl
vt faciam eis. Multiplicabo eos sicut
gregē hoī: vt gregē sanctum: vt gregem
hierl̄m in solēnitatibus ei⁹. Sic erūt
ciuitates deserte plene q̄ gregibus ho
minum: et scient quia ego dominus.

¶ Ca. S. De generali resurrectione: et
de christo: et q̄ in nouissimis diebus re
cipiet cum iuda et hierusalem et erit
vnus populus. Capi. xxxvii.

A 
Acta est sup me manꝰ dñi:
et eduxit me in spū dñi: et
dimisit me i medio cāpi q
erat plenus ossibꝰ: ⁊ circū
duxit me p ea i gyro. Erāt
aūt multa valde sup faciē
cāpi: siccaqꝫ vehemēt. Et dixit ad me.
Fili hoīs: putas ne viuēt ossa ista? Et
dixi. Dñe deus tu nosti. Et dixit ad me.
Uaticinare d ossibꝰ istis. Et dices eis.
Ossa arida audite verbū dñi. Hec dicit
B dñs deus ossibꝰ his. Ecce ego itromit-
tam in vos spm ⁊ viuetis: et dabo sup
vos neruos: ⁊ succrescere faciā sup vos
carnes: ⁊ superextendā in vobis cutē: et
dabo vobis spm ⁊ viuetis: ⁊ scietis qr
ego dñs. Et pphetaui sicut preceperat
mihi. Factꝰ est aūt sonitus pphetante
me: ⁊ ecce cōmotio. Et accesserūt ossa
ad ossa vnūqdqꝫ ad iūcturā suā. Et vi-
di ⁊ ecce sup ea nerui ⁊ carnes ascēde-
rūt: ⁊ extēta est in eis cutis desuper: et
spm nō habebāt. Et dixit ad me. Uati-
C cinare ad spm: vaticinare fili hoīs: ⁊ di-
ces ad spm. Hec dicit dñs deꝰ. A qtuor
vētis veni spūs ⁊ insuffla sup interfe-
ctos istos: ⁊ reuiuiscāt. Et pphetaui si-
cut pceperat mihi. Et ingressus est in
ea spūs ⁊ vixerūt: steteruntqꝫ sup pedes
suos exercitus grādis nimis valde. Et
dixit ad me. Fili hoīs: ossa hec vniuer-
sa domus isrl est. Ipsi dicūt: aruerunt
ossa nra ⁊ periit spes nra: et abscissi su
mus: propterea vaticinare: ⁊ dices ad
D eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ape-
riam tumulos vros: ⁊ educā vos de se
pulchris vris pplſ meus: ⁊ iducā vos
i terrā vestrā isrl: ⁊ scietis qr ego dñs:
cū aperuero sepulchra vra et eduxero
vos de tumulis vris pple meꝰ: ⁊ dede-
ro spm meū in vobis ⁊ vixeritis: ⁊ req
escere vos faciā sup humū vrā: ⁊ scie-
tis qr ego dñs locutus sum et feci: ait
dñs deus. Et factꝰ est sermo dñi ad me
dicens. Et tu fili hoīs sume tibi lignū
vnū: ⁊ scribe sup illud: iude ⁊ filiorum
isrl sociorꝫ eiꝰ. Et tolle lignū alterū: et
scribe sup illud: ioseph lignū ephraim
E et cūcte domꝰ isrl sociorūqꝫ eiꝰ. Et ad
iūge illa: vnū ad alterū tibi in lignum
vnū: ⁊ erūt i vniōnē i manu tua. Cū āt
dixerit ad te filii pplſ tui loquētes: nō
ne idicas nobis qd i his tibi velis? Lo
queris ad eos. Hec dicit dñs deꝰ. Ecce
ego assumā lignū ioseph qd est i manu
ephraim: ⁊ tribꝰ isrl q sunt ei adiūcte:
et dabo eas pariter cū ligno iuda: ⁊ fa
ciā eas in lignū vnū: ⁊ erūt vnū in ma-
nu eiꝰ. Erūt aūt ligna sup q scripseris
in manu tua in oculis eorꝫ: et dices ad
eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego assu-
mā filios isrl de medio nationū ad qs
abierāt et ᴐgregabo eos vndiqꝫ: ⁊ ad-
ducā eos ad humū suā. Et faciā eos in F
gentē vnā in terra in mōtibus israel: ⁊
rex vnus erit oībus imperās: ⁊ nō erūt
vltra due gētes: nec diuidētur amplius
in duo regna. Neqꝫ polluentur vltra i ido
lis suis et abominatiōibꝰ: et cūctis ini
qtatibꝰ suis: et saluos eos faciā de vni
uersis sedibꝰ suis in qbus peccauerāt: j. eodem
et emūdabo eos. Et erūt mihi ppls: et
ego ero eis deꝰ: et seruꝰ meꝰ dauid rex
sup eos: et pastor vnus erit oīū eorꝫ. In
iudiciis meis ābulabūt: ⁊ mādata mea
custodiēt ⁊ faciēt ea. Et habitabūt sup G
terrā quā dedi seruo meo iacob in qua
habitauerūt pres vri: ⁊ habitabūt sup
eā ipsi et filii eorꝫ ⁊ filii filiorꝫ eorꝫ vsqꝫ
in sempiternū: et dauid seruus meus
princeps eorꝫ in perpetuū. Et pcutiā
illis fedus pacis: pactū sempiternum
erit eis. Et fundabo eos ⁊ multiplica-
bo: ⁊ dabo scificationē meā in medio
eorꝫ i ppetuū. Et erit tabernaculū meū
in eis: et ero eis deus: et ipsi erūt mihi ā. eodem
pplſ. Et sciēt gētes qr ego dñs sanctifi
cator israel: cum fuerit scificatio mea
in medio eorum in perpetuum.

¶ C. S. Sermo dñi ᴐ gog ⁊ magog: de
interitu eorꝫ et pctō ppli. Ca. xxxviii.

A 
T factus est sermo dñi ad
me dicens. Fili hoīs: pone
faciē tuā cōtra gog ⁊ terrā
magog: pncipē capitis mo
soch et thubal: vaticinare
de eo: et dices ad eū. Hec di
cit dñs deus. Ecce ego ad te gog pnci-
pem capitis mosoch et thubal. Et cir-
cūagā te: et ponā frenū in maxillis tu-
is: et educā te: et oēm exercitū tuū eqs
et eqtes vestitos loricis vniuersos mul
titudinē magnā: hastā et clypeum arri
piētiū et gladiū. Perse ethiopes ⁊ ly- B
bies cū eis: oēs scutati et galeati. Go-
mer et vniuersa agmina eius: et domꝰ
thogorma latera aqlōis: ⁊ totū robur
eiꝰ: ppliqꝫ multi tecū. Prepara ⁊ istrue
te ⁊ oēm multitudinē tuā q coaceruata
est ad te: ⁊ esto eis in pceptū. Post dies
multos visitaberis. In nouissimo ānos
rū venies ad terrā q reuersa ē a gladio
⁊ cōgregata est de pplis multis ad mō
tes isrl: q fuerāt deserti iugiter. Hec de

populis educta est: t habitauerūt in ea
C confidēter vniuersi. Ascendens autem
quasi tempestas venies: et quasi nubes
vt operias terrā tu: et oīa agmina tua
et ppli multi tecū. Hec dicit dñs de⁹.
In die illa ascendent sermones sup cor
tuum: et cogitabis cogitationem pessi
mam: et dices. Ascendā ad terrā absq
muro: veniā ad quiescētes habitātesq
secure. Hi omnes habitant sine muro:
D vectes t porte nō sunt eis. Ut diripias
spolia t inuadas predā: vt inferas ma
nū tuā sup eos q deserti fuerant: t post
ea restituti: t super populū q est cōgre
gatus ex gentibus: q possidere cepit: t
esse habitator vmbilici terre. Saba et
dedā t negociatores tharsis: t oēs leo
nes eius dicent tibi. Nunqd ad sumen
da spolia tu venis? Ecce ad diripiēdā
predā cōgregasti multitudinē tuā: vt
tollas argentū t aurum: et auferas su
pellectilem atq substātiā: t diripias
manubias infinitas. Propterea vatici
nare fili hominis: t dices ad gog. Hec
E dicit dominus deus. Nunqd nō in die
illo: cū habitauerit populus me⁹ israel
confidēter: scies t venies de loco tuo a
lateribus aquilonis: tu et populi mul
ti tecum: ascēsores equorum vniuersi:
cetus magnus et exercitus vehemens:
et ascendes super populū meum israel
quasi nubes vt operias terrā. In nouis
simis diebus eris: et adducam te super
terrā meā: vt sciāt gentes mee cū sctifi
catus fuero in te in oculis eorū o gog.
F Hec dicit dñs deus. Tu ergo ille es de
quo locutus sum in dieb⁹ antiquis in
manu seruorū meorū pphetarū isrl: q
pphetauerūt in diebus illorū tēporum
vt adducerē te sup eos. Et erit in die
illa: in die aduētus gog sup terrā isrl:
ait dñs deus: ascendet indignatio mea
in furore meo t i zelo meo. In igne ire
mee locut⁹ sum: q i die illa erit cōmo
tio magna sup terrā israel: et cōmoue
būtur a facie mea pisces maris: t volu
cres celi: et bestie agri: et omne reptile
qd mouet sup humū: cunctiq hoies q
sunt super faciē terre. Et subuertētur
G mōtes t cadēt sepes: t oīs murus cor
ruet in terrā: t conuocabo aduersus eū
in cūctis mōtibus meis gladiū: ait do
minus de⁹. Gladi⁹ vniuscuiusq in fra
trem suū dirigetur. Et iudicabo eū pe
ste t sanguine: t imbre vehemēti: t la
pidib⁹ immēsis. Ignē et sulphur pluā
super eū: et super exercitum eius: t su
per populos multos qui sunt cum eo.
Et magnificabor t sanctificabor: t no
tus ero in oculis multarum gētium: et
scient quia ego dominus.
¶ Ca. B. In nouissimis diebus insur
get gog et magog: et de congregatione
auium et bestiarum ad edenda cadaue
ra eorum. Capitulum. xxxix. A



U aūt fili hois vaticinare
aduersū gog: t dices. Hec
dicit dñs de⁹. Ecce ego su
per te gog principem capi
tis mosoch t thubal: t cir
cumagam te: t educā te: et
ascendere te faciā de lateribus aquilo
nis: et adducam te super mōtes israel:
et percutiam arcum tuū in manu sini
stra tua: t sagittas tuas de manu dexte B
ra tua deiiciam. Super montes israel
cades tu et omnia agmina tua: et po
puli tui qui sunt tecum. Feris: auibus
omniq volatili celi: t bestiis terre dedi
te ad deuorādū. Super faciem agri ca
des: quia ego locutus sum: ait domin⁹
de⁹. Et immittam ignem in magog et
in his qui habitant in insulis confidē
ter: et sciēt quia ego dñs: t nomen san
ctū meū notū faciam in medio populi
mei israel: et nō polluā nomē sanctum
meū amplius: t scient gentes quia ego C
dñs sanctus israel. Ecce venit et factū
est: ait dñs deus. Hec est dies de qua lo
cutus sum. Et egredientur habitatores
de ciuitatibus israel: et succendent et
comburēt arma clypeū et hastas: arcū
et sagittas: et baculos manuum et con
tos: et succendent ea igni septē annis.
Et nō portabunt ligna de regionib⁹:
neq succidēt de saltibus: qm arma suc
cendent igni: t depredabūtur eos qui
bus prede fuerant: et diripient vastato D
res suos: ait dñs de⁹. Et erit in die illa
dabo gog locum nominatū sepulchrū
in israel: vallē viatorū ad orientē ma
ris: q obstupescere facit preterentes: t
sepelient ibi gog t omnem multitudi
nem eius: et vocabitur vallis multitu
dinis gog: et sepeliēt eos dom⁹ israel:
vt mundent terram septem mensibus.
Sepeliet autem eū oīs populus terre:
et erit eis nominata dies in qua glori
ficatus sum: ait dñs deus. Et viros iu
giter cōstituēt lustrātes terram q sepe
liant: t requirāt eos q remanserant su E
per faciē terre: vt emundēt eam. Post
menses autem septē querere incipient
et circuibunt peragrantes terram.

Cumq viderint os hominis: statuent
iuxta illud titulū: donec sepeliāt illud
pollinctores in valle multitudīs gog.
Nomē aūt ciuitatis amona: ⁊ munda-
būt terram. Tu ergo fili hominis. Hec
dicit domin⁹ de⁹. Dic omni volucri et
vniuersis auibus: cūctisq bestijs agri.
Cōuenite: properate: cōcurrite vndiq
ad victimam meā quā ego immolo vo-
bis: victimam grandem super montes
E isrl: vt comedatis carnē ⁊ bibatis san-
guinem. Carnes fortium comedetis: et
sanguinē principū terre bibetis: arie-
tum agnorū et hircorum: taurorumq
et altiliū: et pinguiū omniū. Et come-
detis adipē in saturitatem: et bibetis
sanguinē in ebrietatē de victima quā
ego immolaui vobis: ⁊ saturabimini sup
mensam meā de equo ⁊ equite forti: et
de vniuersis viris bellatorib⁹: ait dñs
deus. Et ponam gloriam meam in gen
tibus: et videbunt omnes gentes iudi-
cium meū quod fecerim: ⁊ manū meā
F quā posuerim sup eos. Et sciēt domus
israel qr ego dñs deus eorum a die illa
⁊ deinceps. Et sciēt gētes: qm̄ in iniq-
tate sua capta sit dom⁹ isrl: et q dere-
liquerint me: ⁊ abscōderim faciē meā
ab eis: ⁊ tradiderim eos ī man⁹ hostiū:
et ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta
imūdiciā eorū ⁊ scelus feci eis: ⁊ abscō
di faciē meā ab illis. Propterea hec di
cit dñs de⁹. Nūc reducam captiuitatē
iacob: ⁊ miserebor omnis dom⁹ israel.
G Et assumā zelum p noīe sancto meo: et
portabunt confusionem suā: ⁊ omnem
preuaricationē quā puaricati sunt in
me: cū habitauerint in terra sua confi-
dēter neminem formidātes: ⁊ reduxe-
ro eos de populis: ⁊ ɔgregauero de ter
ris inimicorū suorū: ⁊ sanctificat⁹ fuero
S.36.e. in eis in oculis gētiū plurimarum. Et
sciēt qr ego dñs deus eorū: eo q trāstu-
lerim eos in natiōes: ⁊ congregauerim
eos super terrā suam: ⁊ non dereliqne
rim quēq ex eis ibi. Et non abscōdā
vltra faciem meam ab eis: eo q effude-
rim spiritum meum super omnem do-
mum israel: ait dominus deus.

¶ C.M. De edificatiōe ciuitatis ⁊ viro
q stabat in porta: ⁊ mēsurabat murum
exteriorē cū calamis suis: ⁊ de vestib⁹ ⁊
gazophilacijs diuersis q erant in vesti
bulis: ⁊ de locis deputatis ad custodiā
templi et altaris: de mensa atrij et al-
taris holocaustorum: ⁊ de mensura ve-
stibuli templi. Capitulum .xl.

In vicesimoquīto anno trās- A
migrationis nostre in exor
dio anni: decima mēsis q̄r-
todecimo anno: postq̄ per
cussa est ciuitas: in ipsa hac
die facta est sup me manus
dñi: ⁊ adduxit me illuc in visiōib⁹ dei.
Adduxit me in terrā israel: et dimisit
me sup montē excelsum nimis sup quē
erat quasi edificiū ciuitatis vergentis
ad austrum: et introduxit me illuc. Et
ecce vir cui⁹ erat species quasi species
eris: ⁊ funiculus lineus in manu eius:
et calamus mēsure in manu eius. Sta
bat autē in porta: et locutus est ad me
idē vir. Fili hominis: vide oculis tuis
et auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuum
in omnia que ego ostendā tibi: quia vt
ostendātur tibi adductus es huc. An-
nūcia omnia que tu vides domui isrl.
Et ecce murus forinsecus ī circuitu
dom⁹ vndiq: et in manu viri calamus
mensure sex cubitorū ⁊ palmo. Et mē- B
sus est latitudinē edificij calamo vno:
altitudinem q3 calamo vno. Et venit
ad portā q respiciebat viā orientalē: ⁊
ascēdit p gradus eius. Et mēsus est li-
men porte calamo vno latitudinem: id
est limen vnū calamo vno ī latitudine:
et thalamū vno calamo in lōgū: et vno
calamo in latū: ⁊ inter thalamos q̄nq
cubitos: et limen porte iuxta vestibulū
porte intrinsecus calamo vno. Et men
sus est vestibulū porte octo cubitorū:
et frontē eius duob⁹ cubitis. Vestibu-
lum aūt porte erat intrinsecus. Porro
thalami porte ad viā orietalē: tres hic
et tres inde: mēsura vna triū: ⁊ mēsura
vna frontiū ex vtraq parte. Et mēsus
est latitudinē liminis porte decē cubi
torū: ⁊ lōgitudinē porte tredecim cubi
torū: ⁊ marginē ante thalamos cubiti
vni⁹: ⁊ cubitus vn⁹ finis vtrinq. Tha- C
lami aūt sex cubitorū erāt hinc ⁊ inde.
Et mēsus ē portā a tecto thalami vsq
ad tectū ei⁹: latitudinē vigintiq̄nq cu
bitorū: ostiū cōtra ostiū. Et fecit frōtes
p sexaginta cubitos: et ad frontē atrij
porte vndiq p circuitū: et ante faciem
porte q ptingebat vsq ad faciē vestibu
li porte interioris q̄nquagīta cubitos:
et fenestras obliquas in thalamis ⁊ in
frōtib⁹ eorū: q erāt intra portā vndiq
p circuitū. Similiter aūt erāt ⁊ in ve-
stibulis fenestre p gyrū intrīsecus ⁊ aū
frōtes pictura palmarū celata. Et edu-
xit me ad atrium exterius: ⁊ ecce gazo-

phylatia ꝛ pauimētū stratū lapide in
atrio per circuitū. Triginta gazophyla
tia in circuitu pauimēti: ꝛ pauimentū
in frōte portarū ſm lōgitudinē porta
rū erat inferi⁹. Et mēsus ē latitudinē
a facie porte inferioris vſq ad frontē
atrij interioris extrinsecus cētū cubi-
D tos ad oriētē: ꝛ ad aquilonē. Portā ve
ro q̄ respiciebat viā aqlonis atrij exte
rioris mēsus est tā in lōgitudine q̄ in
latitudine: ꝛ thalamos ei⁹ tres hinc et
tres inde: ꝛ frontē eius ꝛ vestibulū ei⁹
ſm mēsurā porte prioris: quinquagin
ta cubitorū lōgitudinē ei⁹: ꝛ latitudi-
nē viginti q̄nq cubitoꝝ. Fenestre autē
eius ꝛ vestibulū ꝛ sculpture ſm mēsu-
rā porte q̄ respiciebat ad orientē: ꝛ se-
ptē graduū erat ascēsus ei⁹. Et vestibu
lum ante eā: ꝛ porte atrij interioris cō
tra portā aquilonis et orientalem. Et
mēsus est a porta vſq ad portā cētum
cubitos. Et eduxit me ad viā australē:
et ecce porta q̄ respiciebat ad austrum.
Et mēsus est frontē eius: ꝛ vestibulum
eius iuxta mēsuras superiores: et fene
stras ei⁹ ꝛ vestibula in circuitu sicut fe
nestras ceteras q̄nquaginta cubitorū
longitudinē: ꝛ latitudinē viginti q̄nq
cubitoꝝ: ꝛ in gradibus septē ascende-
batur ad eā. Et vestibulum ante fores
eius: et celate palme erāt vna hinc et
altera inde in fronte eius: ꝛ porta atrij
interioris in via australi. Et mēsus est
a porta vſq ad portam in via australi
centum cubitos. Et introduxit me in
atrium interius ad portam australem:
et mensus est portā iuxta mensuras su
periores: thalamū eius: ꝛ frōtem eius:
et vestibulū eius: hisdem mēsuris: et fe
nestras eius: et vestibulū eius in circu-
itu quinquaginta cubitos longitudi-
nis: ꝛ latitudinis viginti q̄nq cubitos:
et vestibulū per gyrū lōgitudine vigin
ti q̄nq cubitorū: ꝛ latitudine q̄nq cu-
E bitoꝝ. Et vestibulū eius ad atriū exte
rius: ꝛ palmas ei⁹ in frōte: et octo gra
dus erāt quibus ascendebāt per eam.
Et introduxit me in atriū interius p
viam orientalē: ꝛ mensus est portā ſm
mēsuras superiores: thalamū ei⁹: ꝛ frō
tem eius: ꝛ vestibulū ei⁹ sicut supra: et
fenestras ei⁹: ꝛ vestibula in circuitu lō
gitudine quinquaginta cubitorū: ꝛ la
titudine viginti q̄nq cubitorū: ꝛ vesti-
bulū eius: id est atrij exterioris: et pal
me celate in frōte ei⁹ hinc ꝛ inde: ꝛ in
octo gradibus ascēsus eius. Et intro-
duxit me ad portā q̄ respiciebat ad aq
lonem: ꝛ mēsus est ſm mensuras supe-
riores thalamū eius: ꝛ frontē ei⁹: ꝛ ve-
stibulū ei⁹: ꝛ fenestras ei⁹ per circuitū
lōgitudine quinquaginta cubitorū: et
latitudine viginti quinq cubitorū. Et
vestibulū eius respiciebat ad atriū ex-
terius: ꝛ celatura palmarum in fronte
ei⁹ hinc et inde: ꝛ in octo gradib⁹ ascē
sus eius. Et per singula gazophylatia
ostiū in frontibus portarū: ꝛ ibi laua-
bant holocaustū. Et in vestibulo porte
due mēse hinc: ꝛ due mēse inde: vt imo
letur sup eas holocaustū: ꝛ p pctō et pro
delicto. Et ad latus exteri⁹ qd ascēdit
ad ostiū porte q̄ pgit ad aquilonē: due
mense. Et ad latus alterū ante vestibu
lū porte due mēse. Quatuor mēse hinc F
et quatuor mense inde. Per latera por
te octo mēse erāt sup quas imolabāt.
Quatuor aūt mēse ad holocaustum de
lapidib⁹ quadris extructe lōgitudine
cubiti vnius ꝛ dimidij: ꝛ latitudine cu
biti vnius ꝛ dimidij: ꝛ altitudine cubi
ti vnius: sup q̄s ponēt vasa in q̄b⁹ im-
molatur holocaustū ꝛ victima. Et labia
earū palme vnius reflexa intrinsecus
per circuitū. Sup mensas aūt carnes
oblationis. Et extra portā interiorem
gazophylatia cantorū in atrio interio
ri: qd erat in latere porte respicientis
ad aquilonē: ꝛ facies eorū cōtra viam
australē: vna ex latere porte oriētalis:
q̄ respiciebat ad viā aquilonis. Et di-
xit ad me. Hoc est gazophylatiū qd re-
spicit viā meridianā sacerdotum: qui
excubāt in custodijs tēpli. Porro gazo
phylatiū qd respicit ad viā aquilonis:
sacerdotum erit q̄ excubāt ad ministe-
riū altaris. Isti sunt filij sadoch: q̄ ac-
cedūt de filijs leui ad dn̄m: vt ministrēt
ei. Et mēsus est atriū longitudine cen- G
tum cubitorū: ꝛ latitudine centū cubi-
torum p quadrū: ꝛ altare ante faciē tē
pli. Et introduxit me in vestibulū tem
pli: ꝛ mēsus est vestibulū q̄nq cubitis
hinc: ꝛ quinq cubitis inde. Et latitu-
dinē porte triū cubitoꝝ hinc: et trium
cubitorū inde. Longitudinē autē vesti
buli viginti cubitoꝝ: et latitudinē vn-
decim cubitoꝝ. Et octo gradib⁹ ascen
debatur ad eā. Et colūne erant in frō-
tibus: vna hinc et altera inde.

¶ C. S. Mensuratur templum et san
ctū sanctorū: de cochlea quoq agitur:
de ostijs templi ꝛ sanctuarij ꝛ ostiarijs
sanctuarij. Capitulum. xli.

A T introduxit me in têplũ:
et mẽsus ẽ frõtes sex cubi-
tos latitudinis hic: ⁊ sex cu
bitos latitudinis inde: lati
tudinẽ tabernaculi. Et la-
titudo porte decẽ cubitoꝝ
erat: ⁊ latera porte quinq; cubitis hic: ⁊
quinq; cubitis inde. Et mẽsus ẽ lõgitudi-
nẽ eiꝰ q̃draginta cubitoꝝ: ⁊ latitudinẽ
vigiti cubitoꝝ. Et ĩtrogressus ĩtrinse-
cus mẽsus est in frõte porte duos cubi
tos: ⁊ portã sex cubitorũ: ⁊ latitudinẽ
porte septẽ cubitoꝝ. Et mẽsus est lõgi
tudinẽ eiꝰ viginti cubitoꝝ: ⁊ latitudi-
nẽ eiꝰ vigiti cubitoꝝ añ faciẽ têpli. Et
dixit ad me. Hoc ẽ sctm̃ sctõrũ. Et men
sus ẽ parietẽ domꝰ sex cubitoꝝ: ⁊ lati-
tudinẽ lateris q̃tuor cubitoꝝ vndiq; ꝑ
circũitũ domꝰ. Latera aũt latus ad la-
tus bis trigītatriũ. Et erãt eminẽtia q̃
ingrederẽt ꝑ parietẽ domꝰ ĩ lateribꝰ ꝑ
circũitũ: vt ꝯtinerent et nõ attingerẽt
B parietẽ têpli. Et platea erat ĩ rotũdũ
ascẽdẽs sursum ꝑ cochleã: ⁊ in cenacu-
lũ têpli deferebat ꝑ gyrũ. Idcirco latiꝰ
erat têplũ in supiorib9. Et sic de infe-
riorib9 ascẽdebat ad supiora: ⁊ in me-
diũ. Et vidi in domo altitudinẽ ꝑ cir-
cũitũ fundata latera ad mensurã cala-
mi sex cubitoꝝ spacio: et latitudinẽ ꝑ
parietẽ lateris forinsecus quinq; cubito
rũ. Et erat ĩterior domꝰ in lateribꝰ do
mus. Et ĩter gazophilatia latitudinẽ
viginti cubitorũ in circũitu domꝰ vn-
diq;: et ostiũ lateris ad orationẽ: ostiũ
vnũ ad viã aq̃lonis: ⁊ ostiũ vnũ ad viã
australẽ: ⁊ latitudinẽ loci ad orationẽ
quinq; cubitoꝝ in circũitu. Et edificiũ
qđ erat separatũ versumq; ad viã re-
spicientẽ ad mare: latitudinis septua
C ginta cubitoꝝ. Paries aũt edificij quinq;
cubitoꝝ latitudinis ꝑ circũitũ: ⁊ lõgi
tudo eiꝰ nonaginta cubitoꝝ. Et mẽsus
est domus lõgitudinẽ cẽtũ cubitoꝝ: et
qđ separatũ erat edificium ⁊ parietes
eius lõgitudinis cẽtũ cubitoꝝ. Latitu
do aũt añ faciẽ domꝰ: et eiꝰ qđ erat se-
paratũ ꝯ oriẽtẽ cẽtũ cubitoꝝ. Et men-
sus ẽ lõgitudinẽ edificij ꝯ faciẽ eiꝰ qđ
erat separatũ ad dorsum hec et hec ex
vtraq; parte cẽtũ cubitoꝝ. Et têplum
interiꝰ ⁊ vestibula atrij: limina ⁊ fene-
stras obliquas: hec et hec in circũitu ꝑ
tres ptes ꝯ vniuscuiusq; limẽ: stratũq;
ligno ꝑ gyrũ ĩ circũitu. Terra aũt vsq;
ad fenestras: ⁊ fenestre clause sup ostia:
et vsq; ad domũ interiorẽ ⁊ forinsecꝰ:
et ꝑ omnẽ parietẽ in circũitu interinse-
cus ⁊ forinsecus ad mẽsurã: ⁊ fabrefa-
cta cherubin et palme. Et palma inter D
cherub et cherub. Duasq; facies habe-
bat cherub: faciẽ hoĩs iuxta palmã ex
hac parte: ⁊ faciẽ leonis iuxta palmam
ex alia parte expressam: ꝑ oẽm domum
in circũitu de terra vsq; ad superiores
partẽ cherubin: ⁊ palme celate erãt in
pariete têpli. Limẽ quadrãgulũ: et fa-
cies aspectꝰ sanctuarij ꝯ aspectũ alta-
ris lignei triũ cubitoꝝ altitudo: ⁊ lon
gitudo eiꝰ duorũ cubitoꝝ: ⁊ ãguli eiꝰ:
et lõgitudo eiꝰ: ⁊ parietes eius lignei.
Et locutꝰ est ad me. Hec est mensa corã
dño. Et duo ostia erãt in têplo ⁊ ĩ san-
ctuario: ⁊ ĩ duobꝰ ostijs ex vtraq; parte
bina erãt ostiola: q̃ in seinuicẽ plicabã
tur. Bina eñ ostia erãt ex vtraq; parte
ostioꝝ. Et celata erãt in ipsis ostijs tẽ
pli cherubin et sculptura palmarũ: si-
cut in parietibꝰ quoq; expressa erant.
Quãobrẽ ⁊ grossiora erãt ligna in ve-
stibuli fronte forinsecus: sup q̃ fenestre
oblique: et similitudo palmarũ hinc atq;
inde in humerulis vestibuli: scdm̃ late
ra domus: latitudinemq; parietum.

¶ C. S. De gazophilacijs australis et
aq̃lonaris edificij: ⁊ descriptiõe eorũ
edificatoꝝ: đ locis vbi edebãt sacerdo
tes: ꝙ nõ exeãt ad ppl'z nisi depositis ve
stimẽtis misterij sui: mẽsurat murꝰ di-
uidẽs sanctuariũ a vulgi loco. Ca. xlij.

T eduxit me ĩ atrium exte
riꝰ ꝑ viã ducẽtẽ ad aq̃lonẽ. A
Et induxit me ĩ gazophila
tiũ qđ erat ꝯ separatũ edi-
ficiũ: ⁊ ꝯtra edẽ vergẽtem
ad aq̃lonẽ in facie lõgitudinis cẽtũ cu
bitos ostij aq̃lonis: ⁊ latitudinis quinq̃-
gita cubitos ꝯ vigiti cubitos atrij inte-
rioris: ⁊ ꝯ pauimẽtũ stratũ lapide atrij
exterioris: vbi erat porticꝰ iũcta porti
cui triplici. Et añ gazophilatia deãbu
latio decẽ cubitoꝝ latitudinis ad inte
riora respiciẽs vie cubiti vniꝰ. Et ostia
earũ ad aq̃lonẽ: vbi erãt gazophilatia
in supiorib9 humiliora: q2 supportabãt
porticus q̃ ex illis eminebãt de ĩferio-
ribus ⁊ de medijs edificij. Tristega eñ B
erãt: ⁊ nõ habebãt colũnas sicut erant
colũne atrioꝝ. Propterea eminebant
de ĩferioribꝰ ⁊ de medijs a terra cubitis
quinq̃ginta. Et peribolꝰ exterior sm̃ gazo
philatia q̃ erant in via atrij exterioris
añ gazophilatia. Longitudo eiꝰ quin-
quaginta cubitoꝝ: q2 lõgitudo erat ga

zophilatiorũ atrij exterioris quinqua
ginta cubitoꝝ: ⁊ longitudo an̄ faciẽ tẽ
pli cẽtũ cubitoꝝ. Et erat subter gazo-
philatia hec itroit⁹ ab oriẽte igredien
tiũ i ea de atrio exteriori i latitudine
periboli atrij: qđ erat ꝯ viã oriẽtalẽ in
C faciẽ edificij separati. Et erãt an̄ edificiũ
gazophilatia et via an̄ faciẽ coꝝ iuxta
similitudinẽ gazophilatioꝝ q̄ erãt in via
aq̄lonis. Scđm lõgitudinẽ coꝝ sic ⁊ la
titudo coꝝ: ⁊ oĩs introit⁹ coꝝ: ⁊ similitu
dines ⁊ ostia coꝝ ſm ostia gazophila-
tioꝝ q̄ erãt in via respiciẽte ad nothũ:
ostiũ i capite vie: q̄ via erat an̄ vestibu
lũ separatũ ꝑ viã oriẽtalẽ igrediẽtib⁹.
Et dixit ad me. Gazophilatia aq̄lonis
et gazophilatia austri q̄ sũt an̄ edificiũ
separatũ: hec sunt gazophilatia scõ in
q̄b⁹ vescũt sacerdotes q̄ appropinq̄nt
ad dñm i scõ scõꝝ. Ibi ponẽt scõ scõ
rũ: ⁊ oblatiões ꝓ pctõ ⁊ ꝓ delicto: loc⁹
em̄ scũs ẽ. Cũ aũt igressi fuerint sacer
dotes: nõ egredient de scis i atriũ ex-
teri⁹. Et ibi reponẽt vestimenta sua in
q̄b⁹ ministrãt: q2 scã sunt: vestiẽturq̄
D vestimẽtis alijs: ⁊ sic ꝓcedẽt ad ppl'm.
Cũq̄ cõplesset mẽsuras dom⁹ interio-
ris: eduxit me ꝑ viã porte q̄ respiciebat
ad viã oriẽtalẽ: et mẽsus ẽ eã vndiq̄ ꝑ
circuitũ. Mẽsus ẽ aũt ꝯ vẽtũ oriẽtalẽ
calamo mẽsure: q̄ngẽtos calamos i ca
lamo mẽsure ꝑ circuitũ. Et mensus est
ꝯ vẽtũ aq̄lonis q̄ngẽtos calamos: i ca-
lamo mẽsure ꝑ gyrũ. Et ad vẽtũ austra
lẽ mẽsus est q̄ngẽtos calamos: in cala-
mo mẽsure ꝑ circuitũ. Et ad ventũ oc-
cidẽtalẽ mẽsus est quingẽtos calamos
in calamo mẽsure. Per quatuor vẽtos
mẽsus est murũ ei⁹ vndiq̄ ꝑ circuitũ:
lõgitudinẽ q̄ngẽtoꝝ cubitoꝝ: ⁊ latitu
dinẽ quingentorũ cubitorũ: diuidentẽ
inter sanctuarium et vulgi locum.

¶ C. S. Vidit propheta claritatẽ dei: arguit iudeos de idolis suis: ꝑcipitur ostẽdere figurã ⁊ descriptionẽ domus: de mẽsura altaris holocaustorũ: de ritu eius ⁊ sacrificijs eiusdem. Ca. xliij.

A Eduxit me ad portã q̄ re-
spiciebat ad viã orientalẽ.
Et ecce gl'ia dei isr'l ingre-
diebat ꝑ viã oriẽtalẽ: ⁊ vox
erat ei q̄si vox aq̄rũ multa
rũ: ⁊ terra splẽdebat a ma
iestate ei⁹. Et vidi visionẽ ſm speciem
quã viderã qñ venit: vt disperderet ci
uitatẽ: et species ſm aspectum quẽ vi-
deram iuxta fluuiũ chobar. Et cecidi
sup faciẽ meã. Et maiestas dñi ingres-
sa est tẽplũ ꝑ viam porte q̄ respiciebat
ad oriẽtẽ. Et eleuauit me spũs: ⁊ intro
duxit me in atriũ interius: ⁊ ecce reple
ta erat gloria dñi domus. Et audiui lo B
quentẽ ad me de domo. Et vir q̄ stabat
iuxta me: dixit ad me. Fili hominis: lo
cus solij mei ⁊ loc⁹ vestigioꝝ pedũ meo
rũ: vbi habito i medio filioꝝ israel in
eternũ: ⁊ nõ pollueñt vltra dom⁹ israel
nomen scm̃ meum: ipsi ⁊ reges eorum
in fornicationib⁹ suis: ⁊ in ruinis regũ
suoꝝ: ⁊ in excelsis qui fabricati sunt li
men suũ iuxta limẽ meũ: ⁊ postes suos
iuxta postes meos: ⁊ murus erat inter
me ⁊ eos. Et polluerũt nomẽ scm̃ meũ
in abominationib⁹ quas fecerũt: pro-
pter qđ cõsumpsi eos in ira mea. Nunc C
ergo repellãt procul fornicationẽ suã:
⁊ ruinas regũ suoꝝ a me: ⁊ habitabo i
medio coꝝ semp. Tu aũt fili hoĩs ostẽ
de domui isr'l tẽplũ: ⁊ ꝯfũdant ab ini-
quitatib⁹ suis: ⁊ metiant fabricam: et
erubescãt ex oĩb⁹ q̄ fecerũt. Figurã do
mus ⁊ fabrice ei⁹ exitus ⁊ introit⁹: et
oẽm descriptionẽ ei⁹: ⁊ vniuersa ꝑce-
pta ei⁹: cũctũq̄ ordinẽ ei⁹: ⁊ oẽs leges
eius ostẽde eis: ⁊ scribes in oculis coꝝ
vt custodiẽt oẽs descriptiões ei⁹: ⁊ ꝑce
pta illius: ⁊ faciãt ea. Ista est lex dom⁹
in summitate mõtis. Oẽs fines eius in D
circuitu sanctũ scõꝝ est. Hec est ergo
lex domus. Iste aũt mensure altaris in
cubito verissimo: q̄ habebat cubitum ⁊
palmũ. In sinu ei⁹ erat cubitus: ⁊ cubi
tus in latitudine: et diffinitio ei⁹ vsq̄
ad labiũ ei⁹: ⁊ in circuitu palm⁹ vnus.
Hec quoq̄ erat fossa altaris. Et de si-
nu terre vsq̄ ad crepidinẽ nouissimã
duo cubiti: ⁊ latitudo cubiti vni⁹: ⁊ a
crepidine minore vsq̄ ad crepidinem
maiorẽ q̄tuor cubiti: ⁊ latitudo cubiti
vni⁹. Ipse aũt ariel quatuor cubitoꝝ: ⁊
ab ariel vsq̄ sursum cornua quatuor.
Et ariel duodecim cubitoꝝ in lõgitu-
dine ꝑ duodecim cubitos latitudinis
quadrãgulũ eq̄s laterib⁹. Et crepido E
q̄tuordecim cubitorũ lõgitudinis per
quatuordecim cubitos latitudinis in
quatuor angulis ei⁹. Et corona in cir-
cuitu ei⁹ dimidij cubiti: ⁊ sin⁹ ei⁹ vni⁹
cubiti per circuitum. Gradus aũt eius
versi ad orientem. Et dixit ad me. Fili
hoĩs. Hec dicit dñs de⁹. Hi sunt ritus
altaris. In quacunq̄ die fuerit fabri-
catum: vt offeratur super illud holo-
caustũ: ⁊ effundatur sanguis. Et dabis F

sacerdotib⁹ ⁊ leuitis q̄ sunt de semine
sadoch: q̄ accedūt ad me: ait dn̄s deus:
vt offerāt mihi vitulū de armento pro
pctō. Et assumēs de sanguine ei⁹ pones
sup quatuor cornua ei⁹: ⁊ sup q̄tuor an
gulos crepidinis: ⁊ sup coronā circūi-
tu: ⁊ mūdabis illud ⁊ expiabis. Et tol
les vitulū q̄ oblatus fuerit ꝓ peccato:
et cōbures eū in separato loco domus
G extra sctūarium. Et in die scd̄a offeres
hircū caprarū imaculatū ꝓ pctō: ⁊ ex-
piabūt altare sicut expiauerūt in vitu
lo. Cūq̄ cōpleueris expiās illud: offe-
res vitulū de armēto imaculatū: ⁊ arie
tē de grege immaculatū: et offeres eos
in cōspectu dn̄i. Et mittēt sacerdotes
sup eos sal: ⁊ offerēt eos in holocaustū
dn̄o. Septē dieb⁹ facies hircū ꝓ pctō
quotidie: ⁊ vitulū de armēto: et arietē
de pecorib⁹ immaculatos offerēt. Se-
ptē dieb⁹ expiabūt altare: ⁊ mūdabūt
illud: ⁊ implebūt manū eius. Expletis
aūt septē diebus: in die octaua ⁊ vltra
faciēt sacerdotes super altare holocau
sta vestra: ⁊ que pro pace offerūt: ⁊ pla
catus ero vobis: ait dominus deus.

¶ C. S. De porta clausa: ⁊ ne incircūci
si intrēt sanctuariū: de sanctimonia et
hereditate leuitarū. Capitulū. xliiij.

A T cōuertit me ad viā porte
sanctuarij exterioris: q̄ re-
spiciebat ad oriētē: et erat
clausa. Et dixit dn̄s ad me.
Porta hec clausa erit ⁊ nō
apiet: ⁊ vir nō trāsiet ꝑ eā:
qm̄ dn̄s de⁹ isrl̄ igressus est ꝑ eā: eritq̄
clausa principi. Princeps ipse sedebit
in ea vt comedat panē corā dn̄o. Per
viā porte vestibuli ingrediet: ⁊ ꝑ viam
B eius egredietur. Et adduxit me ꝑ viā
porte aq̄lonis in cōspectu dom⁹: ⁊ vidi
et ecce ipleuit gloria dn̄i domū dn̄i. Et
cecidi i faciē meā. Et dixit ad me dn̄s.
Fili hoīs: pone cor tuū: ⁊ vide oculis
tuis: ⁊ auribus tuis audi oīa q̄ ego lo-
quar ad te de vniuersis cerimonijs do
mus dn̄i: ⁊ de cūctis legib⁹ eius. Et po
nes cor tuū in vijs tēpli ꝑ oēs exitus
sanctuarij: ⁊ dices ad exasperantē me
C domū israel. Hec dicit dn̄s de⁹. Suffi
ciāt vobis oīa scelera vestra dom⁹ isrl̄:
eo q̄ inducitis filios alienos incircū-
cisos corde: ⁊ icircūcisos carne: vt sint
in sanctuario meo: et polluāt domum
meā: et offertis panes meos adipē et
sanguinē: et dissoluistis pactū meū in
oīb⁹ scelerib⁹ vestris: et non seruastis
precepta sanctuarij mei: ⁊ posuistis cu
stodes obseruationū mearū i sctūario
vobismetipsis. Hec dicit dn̄s de⁹. Ois
alienigena incircūcisus corde: ⁊ incir-
cūcisus carne: nō igredietur sanctuariū
meū oīs filius alien⁹ q̄ est in medio fi-
lioꝝ israel. Sed ⁊ leuite q̄ lōge recesse
rūt a me in errore filioꝝ isrl̄: ⁊ errauē-
rūt a me post idola sua: ⁊ portauerunt
iniquitatē suā: erūt in sanctuario meo
editui ⁊ ianitores portarū dom⁹: ⁊ mi D
nistri domus. Ipsi mactabūt holocau-
sta ⁊ victimas populi: et ipsi stabūt in
cōspectu eoꝝ: vt ministrent eis. Pro eo
q̄ ministrauerūt illis in cōspectu ido
loꝝ suoꝝ: et facti sunt domui israel in
offendiculū iniq̄tatis: idcirco leuaui
manū meā sup eos: ait dn̄s de⁹: ⁊ por-
tauerūt iniq̄tatē suā. Et nō appropin
quabūt ad me vt sacerdotio fungātur
mihi: neq̄ accedēt ad oē sctūariū meū
iuxta sctāsctōꝝ: sꝫ portabūt cōfusionē
suā ⁊ scelera sua que fecerūt. Et dabo
eos ianitores domus in oī ministerio
eius: ⁊ in vniuersis q̄ fiēt in ea. Sacer
dotes aūt ⁊ leuite filij sadoch q̄ custo-
dierūt cerimonias sctūarij mei: cū er-
rarēt filij isrl̄ a me: ipsi accedēt ad me
vt ministrēt mihi: ⁊ stabūt in cōspectu
meo vt offerāt mihi adipē ⁊ sanguinē: E
ait dn̄s deus. Ipsi ingredient sanctua
riū meū: ⁊ ipsi accedēt ad mēsam meā
vt ministrēt mihi: ⁊ custodiant cerimo
nias meas. Cūq̄ ingredientur portas
atrij interioris: vestib⁹ lineis induent
nec ascēdet sup eos q̄cq̄ laneū: qn̄ mi-
nistrāt in portis atrij interioris et in-
trinsec⁹. Uitte linee erūt in capitibus
eoꝝ: ⁊ feminalia linea erūt i lūbis eoꝝ
et nō accingent i sudore. Cūq̄ egredie
tur atriū exteri⁹ ad ppl̄m: exuēt se ve-
stimētis suis in q̄b⁹ ministrauerāt: et
reponēt ea in gazophilatio sctūarij: et
vestiēt se vestimētis alijs: ⁊ nō sctifica
būt ppl̄m in vestib⁹ suis. Caput autē
suū nō radēt: neq̄ comā nutriēt: sꝫ tō-
dētes attōdēt capita sua. Et vinū non F
bibet oīs sacerdos qn̄ ingressurus est
atriū interius. Et viduā et repudiatā
nō accipiēt vxores: sed virgines de se-
mine dom⁹ isrl̄. Sꝫ ⁊ viduā q̄ fuerit vi
dua a sacerdote: accipient. Et populū
meū docebūt q̄d sit inter sctm̄ ⁊ pollu-
tū: ⁊ inter mundū ⁊ immūdū ostendēt
eis. Et cū fuerit cōtrouersia: stabunt in
iudicijs meis ⁊ iudicabūt: leges meas
et precepta mea in oīb⁹ solēnitatibus

meis custodiẽt: ⁊ sabbata mea sctifica-
bũt. Et ad mortuũ hoiez nõ ĩgredient:
ne polluant: nisi ad pr̃em ⁊ mr̃em: ⁊ fi
liũ ⁊ filiã: ⁊ fratrẽ ⁊ sororẽ: q̃ alterũ vi
[illegible] rũ nõ habuit: in q̃b⁹ ꝯtaminabunt. Et
postq̃ fuerit emũdat⁹: septẽ dies nũe-
rabunt ei: ⁊ ĩ die ĩtroit⁹ sui ĩ sctũariũ
ad atriũ ĩteri⁹: vt ministret mihi ĩ sctũa
rio: offeret ꝓ pctõ suo: ait dñs de⁹. Nõ
erit autez eis hereditas: ego hereditas
eoꝝ. Et possessionẽ nõ dabit eis ĩ isrl̃:
ego eñ possessio eoꝝ. Uictimã ⁊ ꝓ pec
cato ⁊ ꝓ delicto ipĩ comedẽt: ⁊ omevo
tũ in isrl̃ ipoꝝ erit. Et primitiua oĩm
p̃mogenitoꝝ: ⁊ oĩa libamẽta ex oĩb⁹ q̃
offerunt sacerdotũ erunt. Et p̃mitias
ciboꝝ vr̃oꝝ dabitis sacerdoti: vt repo
Exo. 22. d. nat bñdictionẽ domui sue. Oẽ morticĩ
Leui. 22. b. nũ ⁊ captũ a bestia de auibus ⁊ de peco
ribus: non comedent sacerdotes.

¶ C. S. De loco sctificato in quo sunt
sancta sctõꝝ: ⁊ habitatio sctõꝝ: de iu-
stitia ponderis ⁊ mẽsure: de quãtitate
primitiarũ: de duab⁹ primis solẽnita-
tibus primi mẽsis q̃ nõ sunt in lege: de
oblationibus pasche: penthecostes: et
scenophegie. Capitulum. xlv.

A  Umq̧ ceperitis terrã diuide
re sortito: separate p̃mitias
dño: sanctificatũ de terra lõ-
gitudine vigintiq̃nq̧ milia:
et latitudine decẽ milia. Sã
ctificatũ erit in omni termino ei⁹ per
circũitum. Et erit ex omni parte sctifi
catũ quingẽtos ꝑ quingentos: quadri
fariaz per circũitum: et quinquaginta
cubitis in suburbana eius per gyrum.
B Et a mẽsura ista mensurabis lõgitudi
nem vigintiquinq̧ miliũ: ⁊ latitudinẽ
decẽ miliũ. Et in ipo erit templũ san-
ctumq̧ sctõꝝ. Sanctificatum de terra
erit sacerdotib⁹ ministris sanctuarij:
q̃ accedunt ad ministeriũ dñi. Et erit
eis locus ĩ domos: ⁊ in sanctuariũ scti
tatis. Uigintiq̃nq̧ aũt milia lõgitudi
nis: ⁊ decẽ milia latitudinis erũt leui-
tis q̃ ministrãt domui. Ipi possidebũt
viginti gazophilatia. Et possessionem
ciuitatis dabitis q̃nq̧ milia latitudi-
nis: ⁊ longitudinis vigintiq̃nq̧ milia
scdm separationẽ sanctuarij oĩ domui
C isrl̃. Principi quoq̧ hinc ⁊ inde ĩ sepa
rationẽ sctũarij ⁊ in possessionẽ ciuita
tis: ⁊ ꝯtra faciẽ separatiõis sctũarij: ⁊
ꝯtra faciẽ possessiõis vrbis a latere ma
ris vsq̧ ad mare: ⁊ a latere oriẽtis vsq̧
ad orientẽ. Lõgitudinis aũt iuxta vnã-
quãq̧ partẽ a termino occidẽtali vsq̧
ad terminũ orientalem: de terra erit ei
possessio ĩ isrl̃. Et nõ depopulabũtur
vltra p̃ncipes ppl̃m meũ: sed terrã da-
bũt domui isrl̃ sc̃dm trib⁹ eoꝝ. Hec dicit
dñs de⁹. Sufficiat vobis p̃ncipes isrl̃:
iniq̃tatẽ ⁊ rapinas ĩtermittite: ⁊ iudi
ciũ et iustitiã facite. Separate cõfinia D
vr̃a a pplo meo: ait dñs de⁹. Statera
iusta ⁊ ephi iustũ ⁊ batus iustus erit vo
bis. Ephi ⁊ batus equalia: ⁊ vn⁹ mẽsu
re erũt: vt capiat decimã partem chori
batus: et decimã ptẽ chori ephi. Iuxta
mensurã chori erit equa libratio eorũ.
Siclus aũt viginti obolos hꝫ. Porro Exo. 30. b.
viginti sicli ⁊ vigintiq̃nq̧ sicli ⁊ q̃ndecim Leui. 27. c.
sicli mnã faciunt. Et he sunt p̃mitie q̃s Num. 3. g.
tolletis: sextã partẽ ephi de choro fru-
mẽti: et sextã ptẽ ephi de choro ordei.
Mensura q̃z olei. Batus olei decima E
pars chori est: ⁊ decẽ bati choꝝ faciũt:
qr decẽ bati implẽt chorum. Et arietẽ
vnũ de grege ducẽtoꝝ de his q̃ nutriũt
isrl̃ in sacrificiũ ⁊ ĩ holocaustũ ⁊ ĩ paci
fica: ad expiãdũ ꝓ eis: ait dñs de⁹. Ois
ppl̃s terre tenebit primitijs his p̃nci-
pi in isrl̃. Et sup p̃ncipẽ erũt holocau-
sta ⁊ sacrificiũ ⁊ libamina in solennita
tib⁹: ⁊ in kalẽdis ⁊ in sabbatis: ⁊ ĩ vni
uersis solẽnitatib⁹ domus isrl̃. Ipe fa-
ciet ꝓ pctõ sacrificiũ ⁊ holocaustum ⁊
pacifica: ad expiãdũ ꝓ domo isrl̃. Hec
dicit dñs de⁹. In p̃mo mẽse vna mẽsis: F
sumes vitulũ de armẽto immaculatũ:
et expiabis sanctuariũ. Et tollet sacer
dos de sanguine qđ erit ꝓ pctõ: et po-
net ĩ postib⁹ domus ⁊ in quattuor angu
lis crepidinis altaris: ⁊ in postib⁹ por
te atrij interioris. Et sic facies ĩ septi-
ma mẽsis pro vnoquoq̧ q̃ ignorauit: ⁊
errore deceptus est: ⁊ expiabis pro do-
mo. In p̃mo mẽse q̃rtadecima die men
sis erit vobis pasche solẽnitas. Septẽ G
dieb⁹ azyma comedent. Et faciet prin
ceps in die illa ꝓ se ⁊ pro vniuerso po
pulo terre vitulũ ꝓ pctõ. Et in septem
dierum solennitate faciet holocaustũ
dño: septẽ vitulos et septẽ arietes im-
maculatos quotidie septẽ dieb⁹: ⁊ pro
peccato hircum caprarum: ⁊ sacrificiũ
ephi ꝑ vitulũ: ⁊ ephi per arietẽ faciet:
et olei hin per singula ephi. Septimo
mẽse quintadecima die mensis in solẽ
nitate faciet: sicut supradicta sunt per
septem dies: tã pro peccato q̃ pro ho-
locausto: ⁊ in sacrificio et in oleo.
¶ C. S. De sacrificijs sabbati ⁊ neome

nie per quas portas intrare debebunt
et exire principes et populi ad orandū
deū: et de spōtaneo holocausto princi-
pis quis princeps possit dare: et de di-
stinctione coquinarum. Cap. xlvi.
A 
Ec dicit dn̄s de⁹. Porta atrii
interioris q̄ respicit ad oriē
tē: erit clausa sex dieb⁹: i qb⁹
opus fit. Die aūt sabbati ape
riet̄. Sz et in die calēdarum
apiet̄: et intrabit p̄nceps p viā vestibu
li porte de foris: et stabit in limine por
te. Et faciēt sacerdotes holocaustū ei⁹
et pacifica ei⁹: et adorabit sup limē por
te: et egrediet̄. Porta aūt nō claudetur
B vsq ad vesperā. Et adorabit ppl's ter
re ad ostiū porte illi⁹ in sabbatis et in
calēdis corā dn̄o. Holocaustū aūt hoc
auferet p̄nceps dn̄o in die sabbati: sex
agnos imaculatos: et arietē imaculatū:
et sacrificiū ephi p arietē. In agnis aūt
sacrificiū qd dederit manus ei⁹: et olei
hin p singula ephi. In die aūt calenda
rū vitulū de armēto immaculatū: et sex
agni: et arietes immaculati erūt: et ephi
per vitulū: ephi q3 p arietem faciet sa
C crificiū. De agnis autē sicut inuenerit
man⁹ ei⁹ olei hin: p singula ephi. Cūq
ingressurus est princeps p viā vestibu
li porte ingrediat̄: et p eādē viā exeat.
Et cū intrabit ppl's terre in cōspectu
dn̄i in solēnitatib⁹: q̄ ingredit̄ p portā
aquilonis vt adoret: egrediat̄ per viā
porte meridiane. Porro q̄ ingredit̄ p
viā porte meridiane: egrediat̄ per viā
porte aquilonis. Nō reuertet̄ per viam
porte p quā ingressus est: sz e regiōe il
lius egrediet̄. Princeps aūt in medio
eoꝝ cū ingredientib⁹ ingrediet̄: et cum
D egrediētib⁹ egrediet̄. Et in nūdinis et
in solēnitatib⁹ erit sacrificiū ephi per
vitulū: et ephi p arietē. In agnis autē
erit sacrificiū sicut inuenerit man⁹ ei⁹
et olei hin p singula ephi. Cū aūt fece
rit princeps spōtaneū holocaustū: aut
pacifica volūtaria dn̄o aperiet̄ ei por
ta q̄ respicit ad orientē: et faciet holo
caustū suū et pacifica sua: sicut fieri so
let i die sabbati: et egrediet̄: claudetur
E q3 porta postq̄ exierit. Et agnū eiusdē
anni imaculatū faciet holocaustū quo
tidie dn̄o. Semp mane faciet illud. Et
faciet sacrificiū sup eo cata mane: mane
sextā partē ephi: et de oleo tertiā partē
hin: vt misceat̄ sile sacrificiū dn̄o legi
timū: iuge atq ppetuū. Faciet agnū et
sacrificiū et oleū cata mane: mane holo
caustū sempiternū. Hec dicit dn̄s de⁹.
Si dederit p̄nceps domū alicui de fi
liis suis: hereditas ei⁹ filioꝝ suoꝝ erit
possidebūt eā hereditarie. Si aūt de
derit legatū de hereditate sua vni ser
uoꝝ suoꝝ: erit illius vsq ad annū re
prioribus: et tres reges humiliabit. Et G
sermones cōtra excelsum loquet̄: et san/ctos altissimi conteret. Et putabit q
possit mutare tpa et leges: et tradent̄ in
manu ei⁹ vsq3 ad tps et tēpora et dimi/diū tēporis. Et iudiciū sedebit: vt au/feratur potētia et cōteraf̄ et dispereat
vsq3 in finem. Regnū autē et potestas
et magnitudo regni q̄ est subter omne
celum detur populo sanctorum altissi/
mi: cuius regnum: regnum sempiternū Luce.1.d.
est: et oēs reges seruient ei et obediēt.
Hucusq3 finis verbi. Ego daniel mul/tum cogitationib⁹ meis cōturbabar:
et facies mea mutata est in me: verba
autem in corde meo conseruaui.

¶ C. S. De ariete et hirco: et interpre/tationibus arietis et hirci. Capi. viij.

A nno tertio regni balthasar
regis visio apparuit mihi.
Ego daniel post id quod vi/derā in principio: vidi in vi/sione mea cum essem in susis
castro qd̄ est in belā regione. Uidi aūt
in visione esse me super portā vlai: et

leuaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce ari
es vn⁹ stabat an̄ paludē: hn̄s cornua ex
celsa: ⁊ vnū excelsi⁹ altero atq̧ succre-
scēs. Postea vidi arietē cornib⁹ vētilā
tē ꝯ occidētē ⁊ ꝯ aqlonē ⁊ ꝯ meridiē: ⁊
oēs bestie nō poterant resistere ei: neq̧
liberari de manu ei⁹: fecitq̧ ſm volūta
B tē suā: ⁊ magnificat⁹ ē. Et ego itellige
bā. Ecce aūt hircus caprarū veniebat
ab occidēte sup faciē toti⁹ terre: ⁊ non
tāgebat terrā. Porro hircus habebat
cornu insigne iter oculos suos: ⁊ venit
vsq̧ ad arietē illū cornutū quē viderā
stātē an̄ portā: ⁊ cucurrit ad eū i ipetu
fortitudinis sue. Cūq̧ appropinq̄sset
ꝓpe arietē: efferat⁹ est i eū: ⁊ percussit
arietē ⁊ ꝯminuit duo cornua ei⁹: et nō
C poterat aries resistere ei. Cūq̧ eum mi
sisset i terrā: ꝯculcauit: ⁊ nemo q̄bat li
berare arietē de manu ei⁹. Hircus aūt
caprarū magn⁹ fact⁹ ē nimis. Cūq̧ cre
uisset fractū ē cornu magnū: ⁊ orta sūt
q̄tuor cornua subter illud ꝑ q̄tuor ven
tos celi. De vno aūt ex eis egressum est
cornu vnū modicū: et factū est grāde ꝯ
meridiē ⁊ ꝯ oriētē ⁊ ꝯ fortitudinē. Et
magnificatū ē vsq̧ fortitudinē celi: et
deiecit de fortitudie: ⁊ de stellis: ⁊ con
D culcauit eas. Et vsq̧ ad ꝑncipē fortitu
dinis magnificatū ē: ⁊ ab eo tulit iuge
sacrificiū: ⁊ deiecit locū sctificationis
ei⁹. Robur aūt datū ē ei ꝯ iuge sacrifi-
ciū ꝓpter pctā: ⁊ ꝓsternet̄ ꝟitas in ter
ra: ⁊ ꝓsperabit̄ ⁊ faciet. Et audiui vnū
de sctis loquētē: ⁊ dixit vn⁹ sctūs alte-
ri: nescio cui loquēti. Usq̧quo visio et
iuge sacrificiū ⁊ pctm̄ desolatiōis q̄ fa
cta ē: ⁊ sctūariū ⁊ fortitudo ꝯculcabit̄?
Et dixit ei. Usq̧ ad vesperam et mane
dies duo milia trecēti: ⁊ mūdabit̄ san-
f.9.b. ctuariū. Factū est aūt cū viderē ego da
E niel visionē ⁊ q̄rerē itelligētiā: ecce ste
tit in ꝯspectu meo q̄si spēs viri. Et au-
diui vocē viri inter vlai: ⁊ clamauit et
ait. Gabriel fac itelligere istū visionē: ⁊
venit ⁊ stetit iuxta vbi ego stabā. Cūq̧
venisset pauēs corrui i faciē meā: ⁊ ait
ad me. Intellige fili hoīs: qm̄ in tpe fi-
nis ꝯplebitur visio. Cūq̧ loq̄ret̄ ad me
collapsus sum ꝓn⁹ in terrā. Et tetigit
me: ⁊ statuit me in gradu meo: dixitq̧
mihi. Ego ostēdā tibi q̄ futura sunt in
nouissimo maledictiōis: qm̄ hz tps fi-
nem suū. Aries quē vidisti hñe cornua:
F rex medoꝝ ē atq̧ ꝑsarū. Porro hircus
caprarū: rex grecoꝝ est: ⁊ cornu grande
qd̄ erat iter oculos ei⁹ ipe est rex ꝑmi⁹.

Qd̄ aūt fracto illo surrexerūt q̄tuor ꝓ
eo: q̄tuor reges de gēte ei⁹ ꝯsurgēt: sed
nō i fortitudine ei⁹. Et post regnū coꝝ
cū creuerint iniq̄tates: ꝯsurget rex ipu
dēs facie ⁊ intelligēs ꝓpositiōes: ⁊ ro
borabit̄ fortitudo ei⁹: sz nō in viribus
suis: ⁊ supra q̄ȝ credi pōt vniuersa va-
stabit: ⁊ ꝓsperabit̄ ⁊ faciet. Et interfi-
ciet robustos: ⁊ ꝑplm̄ sctōꝝ ſm volūta
tē suā: ⁊ diriget̄ dol⁹ i manu ei⁹: ⁊ cor
suū magnificabit: ⁊ in copia rerū oīm
occidet ꝑlimos. Et ꝯ ꝑncipē principū G
cōsurget: ⁊ sine manu cōteret̄. Et visio
vespere ⁊ mane q̄ dicta est: vera est. Tu
ergo visionem signa: quia post multos
dies erit. Et ego daniel lāgui ⁊ egrota
ui per dies. Cūq̧ surrexissem: faciebā
opera regis: ⁊ stupebam ad visionē: et
non erat qui interpretaretur.

¶ C. S. De orōne danielis: de ꝟbo an
geli ⁊ septuagita hebdomadib⁹. C. ix.



IN anno ꝑmo darij filij assue- A
ri de semine medoꝝ: q̄ impa
uit sup regnū chaldeoꝝ āno
vno regni ei⁹: ego daniel itel
lexi i libris numerū annorū:
de quo fact⁹ est sermo dn̄i ad hieremiā Depe. di.
ꝓphetā: vt cōplerent̄ desolationes hie ca. predixe
rusalē septuaginta anni: ⁊ posui faciē rat.
meā ad dn̄m deū meū rogare ⁊ depcari
in ieiunijs: sacco ⁊ cinere: ⁊ oraui dn̄m
deū meū: et cōfessus sum: ⁊ dixi. Obse- 2.esdre. i.b
cro dn̄e deus magne ⁊ terribilis: custo i.eodem.
diēs pactū ⁊ mīam diligentib⁹ te: ⁊ cu
stodientibus mādata tua. Peccauim⁹:
iniq̄tatē fecim⁹: ipie egimus: ⁊ recessi-
mus ⁊ declinauimus a mandatis tuis
ac iudicijs. Nō obediuim⁹ seruis tuis B
prophetis q̄ locuti sunt in noīe tuo: re
gib⁹ nostris: principibus nr̄is: p̄rībus
nostris: oīq̧ ꝑplo terre. Tibi dn̄e iusti
tia: nobis aūt cōfusio faciei: sicut ē ho-
die viro iuda: ⁊ habitatorib⁹ hierlm̄ ⁊
oī isrl̄: his q̄ prope sunt ⁊ his q̄ ꝓcul in
vniuersis terris ad quas eiecisti eos ꝓ-
pter iniquitates coꝝ: in quib⁹ peccaue
rūt in te dn̄e. Nobis cōfusio faciei: regi
bus nr̄is: principib⁹ nr̄is: et patribus
nr̄is qui peccauerūt. Tibi aūt dn̄o deo C
nr̄o mīa et ꝓpitiatio: q2 recessim⁹ a te
et nō audiuim⁹ vocē dn̄i dei nr̄i vt am
bularemus in lege eius quā posuit no
bis p seruos suos ꝓphetas: et oīs isrl̄
ꝑuaricati sunt legē tuā: ⁊ declinauerūt
ne audirent vocē tuā: et stillauit super
nos maledictio et detestatio q̄ scripta
est in libro moysi serui dei: q2 peccaui-

mus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est sup nos et sup principes nostros qui iudicauerūt nos: vt superinduceret in nos magnū malū quale nūq̄ fuit sub omni celo scdm quod factū est in hierlm: sicut scriptū est in lege moysi. Omne malū hoc venit sup nos. Et nō rogauimus faciē tuā dñe deus nr: vt reuerteremur ab iniquitatib⁹ nr̄is: et cogitarem⁹ veritatē tuā. Et vigilauit dñs sup maliciā: et adduxit eā sup nos. Iustus dñs de⁹ nr̄ in oib⁹ operib⁹ suis q̄ fecit. Nō enī audiuim⁹ vocē ei⁹. Et nūc dñe de⁹ nr̄ q̄ eduxisti ppl'm tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen fm diē hāc. Peccauimus: iniq̄tatē fecimus dñe in omnē iustitiā tuā. Auertat obsecro ira tua: et furor tuus a ciuitate tua hierl'm: et a mōte sancto tuo. Propter pctā enī nostra et iniquitates patrū nostrorū: hierl'm et populus tuus in opprobrio sunt oib⁹ p circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi de⁹ noster oratione serui tui: et preces eius: et ostende faciē tuā sup sanctuariū tuū qd desertuz est. Propter temetip̄z inclina de⁹ me⁹ aurē tuā et audi: aperi oculos tuos et vide desolationē nostrā et ciuitatē super quā inuocatū est nomen tuū. Neq̄ enī in iustificatioib⁹ nr̄is pſternimus preces ante faciē tuā: sed in miserationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attēde et fac. Ne moreris ppter temetip̄m deus me⁹: q2 nomē tuū inuocatum est sup ciuitatē: et super ppl'm tuū. Cūq̄ adhuc loquerer et orarē: et pfiterer pctā mea et pctā ppli mei isrl: vt psternerē pces meas i ɔspectu dei mei: p mōte scto dei mei: adhuc me loquēte in oratiōe mea: ecce vir gabriel quē videra in visiōe a principio: cito volans tetigit me in tpe sacrificij vespertini: et docuit me: et locutus est mihi: dixitq̄. Daniel nūc egressus sum vt docerē te et intelligeres. Ab exordio precum tuarū egressus est sermo. Ego aūt veni vt indicarē tibi: q2 vir desideriorum es. Tu ergo aiaduerte sermonē: et intellige visionē. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt sup populū tuū: et super vrbē sanctā tuā: vt consumetur preuaricatio: et finē accipiat peccatū: et deleat iniq̄tas: et adducatur iustitia sempiterna: et impleat visio et prophetia: et vngat sanctus sanctorū. Scito ergo et aiaduerte ab exitu sermonis: vt iterū edificet hierl'm vsq̄ ad xp̄m ducem: hebdomades septem: et hebdomades sexagintadue erūt. Et rursum edificabit platea: et muri in angustia tēporū. Et post hebdomades sexagitaduas occidet xp̄s: et nō erit ei⁹ ppls qui eū negaturus est. Et ciuitatē et sanctuariuz dissipabit populus cū duce venturo: et finis eius vastitas: et post finē belli statuta desolatio. Cōfirmabit autē pactū multis hebdomada vna: et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificiū: et erit in tēplo abominatio desolatiōis: et vsq̄ ad consummationem et finem perseuerabit desolatio.

Margin notes (left): D Baruch. 2.c. | A. eodem. | E | F Ā. 8.c. | J. 10.b. | G
Margin note (right): Matthei 24.b.

¶ C. S. De apparitione viri vestiti lineis: de michaele: et de principib⁹ grecorum et persarum. Capitulum. x.




Anno tertio regni cyri regis psarū: verbū reuelatuz est danieli: cognomēto balthasar: et ūbū verū et fortitudo magna: intellexitq̄ sermonē. Intelligētia enī est opus in visiōe. In dieb⁹ illis ego daniel lugebam triū hebdomadarū dieb⁹: panē desiderabilē nō comedi: et caro et vinum nō introierūt in os meū. Sed neq̄ vnguēto vnctus sum: donec cōplerent trium hebdomadarū dies. Die autē vicesima et quarta mensis primi: eram iuxta fluuium magnū q̄ est tygris: et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce vir vnus vestitus lineis: et renes eius accincti auro obrizo: et corpus ei⁹ q̄si chrysolithus: et facies eius velut species fulguris: et oculi eius vt lāpas ardens: et brachia ei⁹ et q̄ deorsum sunt vsq̄ ad pedes q̄si species eris cādētis: et vox sermonum ei⁹ vt vox multitudinis. Uidi aūt ego daniel solus visionē. Porro viri q̄ erāt mecū nō viderunt: sed terror nimius irruit sup eos: et fugerūt in abscōditū. Ego aūt relictus solus vidi visionem grandē hāc: et non remansit in me fortitudo: sz et species mea immutata est in me: et emarcui: nec habui q̄cq̄ viriū. Et audiui vocē sermonū ei⁹: et audiēs iacebam cōsternatus super faciē meā: et vultus meus herebat terre. Et ecce manus tetigit me: et erexit me sup genua mea: et sup articulos manuū mearum. Et dixit ad me. Daniel vir desideriorum intellige verba que ego loquor ad te: et sta in gradu tuo. Nunc enī sum missus ad te. Cūq̄ dixisset mihi sermonem istum: steti tremens: et ait ad me. Noli metuere daniel; q2 ex die primo

Margin notes (right): A | B | J. eodem. | Ā. 9. f. et. f. eodem. | C

quo posuisti cor tuū ad intelligēdū: vt
te affligeres in ɔspectu dei tui: exaudi
ta sunt vba tua: et ego veni ꝑpter ser
mones tuos. Princeps aūt regni ꝑsaꝝ
restitit mihi viginti τ vno dieb⁹: τ ecce
michael vnus de principib⁹ primisve
nit in adiutorium meū: et ego remansi
ibi iuxta regē persarum. Ueni autē vt
docerem te q̄ ventura sunt populo tuo
in nouissimis dieb⁹: qm̄ adhuc visio in
dies. Cumq; loqueret̄ mihi huiusmodi
verbis: deieci vultū meū ad terra τ ta
cui. Et ecce quasi silitudo filij hoīs te
tigit labia mea τ aperiēs os meū locu
D tus sum. Et dixi ad eū q̄ stabat contra
me. Dñe mi in visiōe tua dissolute sunt
cōpages mee: τ nihil in me remāsit vi
riū. Et quō poterit seruus dñi mei lo
s. eodem. qui cum dño meo. Nihil em̄ i me remā
sit viriū sed et halitus meus interclu
ditur. Rursum ergo tetigit me quasi
visio hominis: τ ɔfortauit me: τ dixit.
s. 9. et s. eodem. Noli timere vir desideriorū: pax tibi:
ɔfortare et esto robustus. Cūq; loq̄ret̄
mecū: cōualui τ dixi. Loq̄re dñe mi: qr
ɔfortasti me. Et ait. Nunq̄d scis quare
venerim ad te. Et nūc reuertar vt pre
lier aduersum principē persarū. Cum
em̄ ingrederer: apparuit princeps gre
corū veniēs. Uerūtamē annūciabo ti
bi qđ expressum est in scriptura verita
tis: et nemo est adiutor meus in oībus
his: nisi michael princeps vester.

¶ C. S. Predicit angel⁹ danieli de re
gibus persarū: τ de rege q̄ est antichri
stus qui extollet se ɔtra dñm. Capi. xj.



E Go aūt ab anno primo da
rij medi stabā vt conforta
ret̄ τ roboraret̄: τ nūc veri
tatē annūciabo tibi. Ecce
adhuc tres reges stabūt in
ꝑside: τ quartus ditabitur
opib⁹ nimijs sup oēs: et cū inualuerit
diuitijs suis concitabit oēs aduersū
regnū grecie. Surget vero rex fortis:
et dñabit̄ potestate multa: et faciet qđ
placuerit ei. Et cū steterit ɔtereret̄ re
gnū ei⁹: et diuidet̄ in quatuor ventos
celi: sed non in posteros eius: neq; ꝭm
potentiā illius qua dñatus est. Lacera
bitur em̄ regnum ei⁹ etiā in externos:
exceptis his: et confortabit̄ rex austri:
et de principibus eius ꝑualebit super
eū. Et dominabit̄ ditione. Multa em̄
dominatio eius. Et post finē annorū
federabunt̄. Filiaq; regis austri veniet
ad regē aq̄lonis facere amicitiā: et nō
obtinebit fortitudinē brachij: nec sta
bit semē ei⁹. Et tradet̄ ipsa: et q̄ addu
xerunt eā adolescētes eius: et q̄ confor
tabāt eā in tēporibus. Et stabit de ger
mine radicū eius plantatio. Et veniet B
cum exercitu: τ ingredietur ꝓuinciam
regis aquilonis: τ abutetur eis τ obti
nebit. Insuper et deos eorū et sculpti
lia: vasa quoq; preciosa auri et argēti
captiua ducet in egyptum. Ipse preua
lebit aduersus regē aquilonis. Et in
trabit in regnū rex austri: et reuertet̄
ad terrā suā. Filij aūt eius ꝓuocabun
tur: et cōgregabūt multitudinē exerci
tuū plurimorum. Et veniet ꝑperās et
inundās: et reuertet̄ et cōcitabitur: et
cōgrediet̄ cū robore eius. Et prouoca
tus rex austri egredietur et pugnabit
aduersus regē aquilonis: τ preparabit
multitudinē nimiā: et dabit̄ multitu
do in manu eius: et capiet multitudi
nē: τ exaltabit̄ cor eius: τ deijciet mul C
ta milia: sed nō ꝑualebit. Cōuertetur
em̄ rex aq̄lonis: τ ꝑparabit multitudi
nem multo maiorē q̄ prius. Et in fine
tēpoꝝ annorūq; veniet properās cum
exercitu magno: τ opib⁹ nimijs. Et in
in tp̄ib⁹ illis multi cōsurgēt aduersus
regē austri. Filij q̄z preuaricatoꝝ ppli
tui extollent̄ vt impleāt visionem: τ cor
ruēt. Et veniet rex aq̄lonis τ cōporta
bit aggerem: τ capiet vrbes munitissi
mas: τ brachia austri non sustinebunt.
Et cōsurgēt electi ei⁹ ad resistendū: et
nō erit fortitudo: τ faciet veniens sup
eū iuxta placitū suū: et nō erit q̄ stet cō
tra faciē eius. Et stabit in terra incly
ta: et cōsumet̄ in manu ei⁹: τ ponet fa
ciē suā vt veniat ad tenēdū vniuersum
regnū ei⁹: et recta faciet cū eo. Et filiā
feminarū dabit ei vt euertat illū: τ nō D
stabit nec illius erit. Et cōuertet faciē
suā ad insulas et capiet multas: τ ces
sare faciet ꝑncipē opprobrij sui: τ op
probriū ei⁹ cōuertet̄ in eū. Et ɔuertet
faciē suā ad imperiū terre sue: τ impin
get τ corruet: τ nō inuenietur: τ stabit in
loco ei⁹ vilissimus τ indign⁹ decore re
gio: τ in paucis dieb⁹ ɔteret̄ nō in fu
rore nec in ꝑlio: et stabit in loco ei⁹ de
spectus: et nō tribuet̄ ei honor regius.
Et veniet clā τ obtinebit regnū i frau
dulētia: et brachia pugnātis expugna
būtur a facie eius τ ɔterētur. Insup
et dux federis. Et post amicitias cū eo
faciet dolū: τ ascēdet τ supabit in mo
dico pplo: τ abundantes et vberes vr

bes ingredieť. Et faciet que nõ fecerũt
patres eius: ꝛ patres patrum eius. Ra
pinas et predã et diuitias eoꝝ dissipa
bit: ꝛ ↄtra firmissimas cogitatiões ini
E bit: et hoc vsqꝫ ad tps. Et cõcitabitur
fortitudo ei⁹: et cor eius aduersuꝫ regẽ
austri in exercitu magno. Et rex austri
ↄuocabiť ad bellũ multis auxilijs et
fortib⁹ nimis: et nõ stabũt: qꝛ inibunt
aduersus eũ ↄsilia: et comedẽtes panẽ
cum eo cõterẽt illũ: exercitusqꝫ ei⁹ op
primeť: ꝛ cadẽt īterfecti plurimi. Duo
rũ quoqꝫ regũ cor erit vt malefaciãt: et
ad mẽsam vnã mẽdaciũ loquenť: et nõ
pficient: qꝛ adhuc finis in aliud tps: et
reuerteť in terrã suã cũ opib⁹ multis:
et cor eius aduersum testamẽtum san
ctũ et faciet: et reuerteť in terrã suam.
Statuto tpe reuerteť: et veniet ad au
strum: et nõ erit priori sĩle nouissimũ.
Et veniẽt sup eũ trieres et romani: et
percutieť ꝛ reuerteť. Et indignabitur
cõtra testamẽtũ sanctuarij et faciet: re
uerteturqꝫ et cogitabit aduersum eos
q̃ dereliquerunt testamẽtũ sanctuarij.
Et brachia ex eo stabunt ꝛ polluẽt san
F ctuariũ fortitudinis: ꝛ auferẽt iuge sa
crificium: et dabunt abominationẽ in
desolationẽ: ꝛ impij in testamẽtum si
mulabũt fraudulenter. Populus autẽ
sciẽs deũ suũ: obtinebit ꝛ faciet. Et do
cti in pplo docebunt plurimos: ꝛ ruẽt
in gladio: et in flãma: et ī captiuitate:
f.12.c. et ī rapina dierũ. Cũqꝫ corruerit suble
uabunť auxilio paruulo: et applicabũ
tur eis plurimi fraudulẽter. Et de eru
ditis ruẽt vt ↄflenť: et eligant: et deal
benť vsqꝫ ad tps pfinitũ: qꝛ adhuc aliud
tps erit. Et faciet iuxta voluntatẽ suã
rex: et eleuabiť et magnificabiť aduer
sus oẽm deũ: et aduersus deũ deoꝝ lo
queť magnifica: ꝛ dirigeť donec ↄpleať
iracũdia. Perpetrata q̃ppe est diffini
tio. Et deũ patrũ suoꝝ nõ reputabit: ꝛ
erit ī ↄcupiscẽtijs feminarũ: nec quẽq̃
deoꝝ curabit: qꝛ aduersuꝫ vniuersa cõ
surget. Deũ aũt maozim in loco suo ve
nerabiť: ꝛ deũ quẽ ignorauerũt patres
ei⁹ colet auro et argẽto et lapide p̃cio
G so: rebusqꝫ p̃ciosis. Et faciet vt muniat
maozim cum deo alieno quẽ nõ cogno
uit: et multiplicabit gloriã: ꝛ dabit eis
ptãtẽ in multis: et terrã diuidet gra
tuito. Et in tpe pfinito pliabiť aduer
sus eũ rex austri: et q̃si tẽpestas veniet
ↄ illũ rex aqlonis in currib⁹: et in eq̃ti
bus: ꝛ in classe magna: et ingredieť ter
ras: et ↄteret ꝛ ptrãsiet. Et introibit in
terrã gl'iosam: ꝛ multi corruẽt. Hec autẽ
sole saluabũť de manu ei⁹: edõ ꝛ moab
et pncipes filioꝝ ammõ. Et mittet ma
nũ suã in terras: ꝛ terra egypti nõ effu
giet. Et dñabiť thesauroꝝ auri et argẽ
ti: et in oib⁹ p̃ciosis egypti. Per libyã
q̃ꝫ et ethiopiã transibit: et fama turba
bit eũ ab oriẽte et ab aqlone: et veniet
in multitudine magna: vt ↄterat ꝛ īter
ficiat plurimos. Et figet tabernaculũ
suũ apedno inter duo maria sup mõ
tẽ inclytũ ꝛ sctm: ꝛ veniet vsqꝫ ad sum
mitatẽ eius: et nemo auxiliabitur ei.

¶ C. XII. De resurrectione bonorum et
malorum: de eminentia et claritate do
ctorũ: de iudicio domini: de libro clau
so: de signatis sermonibus. Capi. xij. A



N tpe aũt illo cõsurget mi
chael pnceps magnus qui
stat pro filijs populi tui: ꝛ
veniet tempus quale non
fuit ab eo ex quo gẽtes esse
ceperunt vsqꝫ ad tẽpus il
lud. Et in tpe illo saluabitur populus
tuus: ois q̃ inuentus fuerit scriptus in
libro. Et multi de his q̃ dormiũt in ter
re puluere euigilabũt: alij in vitã eter
nam alij in opprobrium: vt videãt sem
per. Qui autẽ docti fuerint: fulgebunt B
quasi splẽdor firmamẽti: et q̃ ad iusti
tiã erudiunt multos: quasi stelle ĩ ppe
tuas eternitates. Tu autẽ daniel clau
de sermones et signa librũ vsqꝫ ad tps
statutũ: plurimi ptrãsibũt: ꝛ multiplex
erit scientia. Et vidi ego daniel et ecce
q̃si duo alij stabãt: vnus hinc sup ripã
fluminis: et ali⁹ inde ex altera ripa flu
minis. Et dixi viro q̃ erat indutus li
neis: q̃ stabat super aq̃s fluminis. Usqꝫ
quo finis horũ mirabiliũ? Et audiui vi C
rum q̃ indutus erat lineis q̃ stabat sup
aq̃s fluminis: cũ eleuasset dexterã ꝛ si
nistrã suã in celũ: et iurasset p viuentẽ
in eternũ: qꝛ ī tps et tẽpora et dimidiũ
tẽporis. Et cum cõpleta fuerit dispsio
manus populi sancti: complebunť vni
uersa hec. Et ego audiui et non intelle
xi. Et dixi. Domine mi quid erit post
hec? Et ait. Uade daniel: quia clausi
sunt signatiqꝫ sermones vsqꝫ ad prefi
nitum tempus. Eligentur et dealbabũ ã.11.f.
tur: et quasi ignis probabuntur multi.
Et impie agent impij: neqꝫ intelligent D
oẽs impij. Porro docti intelligent: et
a tẽpore cum ablatũ fuerit iuge sacrifi
ciũ: et posita fuerit abominatio in de

solationē: dies mille ducēti nonaginta.
Beat⁹ q̇ expectat ⁊ puenit ad dies mil
le trecentos trigintaq̄nq̄. Tu autē da
niel vade ad p̄finitū: ⁊ requiesces: et sta
bis in sorte tua i finē dierū. ¶ Hucusq̄
danielē i hebreo volumine legim⁹. Ce
tera que sequunt̄ vsq̄ ad finez libri de
theodotiōis editione translata sunt.
¶ C. S. De duobus presbyteris qui cō
cupierunt susannam: ⁊ iudicati sunt a
daniele. Capitulum. xiij.
A

T erat vir habitās in baby
lone: et nomē ei⁹ ioachim:
⁊ accepit vxorē noīe susan
nā filiā helchie: pulchrā ni
mis: ⁊ timentē deū. Paren
tes eni illi⁹ cū essent iusti:
erudierūt filiā suā ꝭz legē moysi. Erat
aūt ioachim diues valde: et erat ei po
meriū vicinū domui sue: ⁊ ad ip̄z ꝯflue
bāt iudei: eo ꝙ esset honorabilior oīz.
Et ꝯstituti sunt duo senes iudices i an
no illo: de q̄b⁹ locutus est dn̄s: q꞉ egres
sa est iniq̄tas de babylōe a senib⁹ iudi
cib⁹ q̇ videbant̄ regere ppl̄m. Isti fre
q̄ntabāt domū ioachim: ⁊ veniebant
ad eos oēs q̇ habebāt iudicia. Cū aūt
ppl̄s reuertisset ꝑ meridiē: īgrediebat̄
susanna: ⁊ deambulabat i pomerio vi
ri sui. Et videbāt eā senes quotidie in
gredientē ⁊ deambulātē: ⁊ exarserūt in
cōcupiscētiā ei⁹. Et euerterūt sensum
B suū: ⁊ declinauerūt oculos suos vt non
viderēt celū: neq̄ recordarent̄ iudicio
rum iustorū. Erat eni ambo vulnerati
amore ei⁹: nec īdicauerūt sibi vicissim
dolorē suū. Erubescebant eni indicare
sibi ꝯcupiscētiā suā volētes cōcūbere
cū ea. Et obseruabant q̇tidie solliciti⁹
videre eā. Dixitq̄ alter ad alterū. Ea
mus domū: q꞉ hora prādij est. Et egres
si recesserūt a se. Cūq̄ reuertissent ve
nerūt i vnū: ⁊ sciscitātes abinuicē cām:
ꝯfessi sunt ꝯcupiscētiā suā. Et tūc i cō
muni statuerūt tp̄s qn̄ eā possent inue
nire solā. Factū est aūt cū obseruarent
diē aptū: ingressa est aliqn̄ sicut heri et
nudiustertiu⁹ cū duab⁹ solis puellis: vo
luitq̄ lauari i pomerio. Estus quippe
erat et nō erat ibi quisq̄ p̄ter duos se
nes absconditos ⁊ contēplantes eam.
Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleū ⁊
smigmata: et ostia pomerij claudite vt
lauer. Et fecerūt sicut p̄ceperat: clause
runtq̄ ostia pomerij: ⁊ egresse sunt per
posticum vt afferrent que iusserat. Ne
sciebatq̄ senes intus esse abscōditos.
Cum aūt egresse essent puelle: surrexe C
rūt duo senes: ⁊ accurrerunt ad eā: ⁊ di
xerūt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: ⁊
nemo nos videt: ⁊ in cōcupiscētia tui
sum⁹: quāobrē assentire nobis: ⁊ ꝯmi
scere nobiscū. Qđ si nolueris dicemus
ꝯ te testimoniū ꝙ fuerit tecū iuuenis:
et ob hanc cām emiseris puellas a te.
Ingemuit susanna ⁊ ait. Angustie sunt
mihi vndiq̄. Si enim hoc egero mors 4.reg.24.f
mihi est: si aūt nō egero: nō effugiā ma
nus vestras. Sz melius est mihi absq̄
opere incidere in man⁹ vestras ꝙ pec
care in cōspectu dn̄i. Et exclamauit vo
ce magna susanna: exclamauerūt aūt ⁊
senes aduersus eā. Et cucurrit vn⁹ ad
ostia pomerij: ⁊ aperuit. Cum ergo au
dissent clamorē famuli dom⁹ in pome
rio: irruerūt ꝑ posticū vt viderent q̇d es
nam esset. Postq̄ aūt senes locuti sūt:
erubuerūt serui vehemēter: q꞉ nūq̄ di
ctus fuerat sermo huiuscemodi de su D
sanna. Et facta ē dies crastina. Cūq̄ ve
nisset ppl̄us ad ioachim virū ei⁹: vene
rūt ⁊ duo p̄sbyteri pleni iniqua cogita
tione aduersus susannā: vt īterficerēt
eā. Et dixerūt corā ppl̄o. Mittite ad
susannā filiā helchie vxorē ioachim. Et
statim miserūt. Et venit cū parētib⁹ ⁊
filijs ⁊ vniuersis cognatis suis. Porro
susanna erat delicata nimis ⁊ pulchra
specie. At iniq̇ illi iusserūt vt discoope
riret̄: erat eni cooperta: vt vel sic satia
rent̄ decore ei⁹. Flebant igit̄ sui: ⁊ oēs
qui nouerāt eam. Cōsurgētes aūt duo
p̄sbyteri in medio populi: posuerunt
manus suas sup̄ caput ei⁹. Que flēs su
spexit ad celum. Erat eni cor eius fidu
ciam habens in dn̄o. Et dixerunt p̄sby
teri. Cum deambularemus i pomerio
soli ingressa est hec cum duabus puel
lis. ⁊ clausit ostia pomerij: et dimisit a
se puellas. Venitq̄ ad eam adolescens
qui erat absconditus: et concubuit cuz
ea. Porro nos cum essemus in angulo
pomerij videntes iniquitatem: cucur E
rimus ad eos et vidimus eos pariter
commisceri. Et illum quidē nō quiui
mus cōprehendere: quia fortior nobis
erat: et aperto ostio exiliuit. Hanc autē
cum apprehēdissemus: interrogauim⁹
quisnā esset adolescēs: ⁊ noluit indica
re nobis. Huius rei testes sumus. Cre
didit eis multitudo quasi senibus ⁊ iu
dicib⁹ populi: et cōdēnauerūt eam ad
mortē. Exclamauit autem voce magna
susanna: ⁊ dixit. Deus eterne q̇ abscon

ditorũ es cognitor:qui nosti oĩa añq̃
fiant:tu scis qm̃ falsum testimoniũ tu-
lerũt ↄtra me:⁊ ecce morior cum nihil
hoꝝ fecerim q̃ isti maliciose ↄposuerũt
aduersum me. Exaudiuit autẽ dñs vo
cem eius. Cũq̃ duceretur ad mortẽ:susci
tauit dñs spm̃ pueri iunioris:cui⁹ no-
men daniel:⁊ exclamauit voce magna.
2.reg.3.f. Mundus ego sum a sanguine hui⁹. Et
Act.20.f. conuersus oĩs pplˢ ad eũ dixit. Quis
est iste sermo quẽ tu locutus es. Qui cũ
staret in medio eoꝝ:ait. Sic fatui filij
israel:nõ iudicãtes neq̃ qđ verũ est co
gnoscentes condẽnastis filiã israel. Re
uertimini ad iudiciũ:q2 falsum testi-
moniũ locuti sunt aduersus eã. Reuer
F sus est ergo pplˢ cum festinatiõe:⁊ di-
xerunt ei senes. Ueni et sede in medio
nostrũ:⁊ indica nobis:q2 tibi de⁹ dedit
honorẽ senectutis. Et dixit ad eos da-
niel. Separate illos abinuicẽ ꝓcul:et
diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent
alter ab altero:vocauit vnũ de eis:⁊ di
xit ad eũ. Inueterate dierũ maloꝝ:nũc
venerũt pctã tua que operabaris pri⁹
iudicans iudicia iniusta:innocẽtes op
primẽs:⁊ dimittẽs noxios:dicẽte dño.
Innocentem ⁊ iustũ nõ interficies. Nũc
ergo si vidisti eã:dic sub qua arbore vi
deris eos colloquentes sibi. Qui ait.
Sub schino. Dixit autem daniel. Recte
mẽtitus es in caput tuũ. Ecce enĩ ange
lus dei accepta sententia ab eo scindet
te medium. Et amoto eo iussit venire
G aliũ:⁊ dixit ei. Semẽ chanaã ⁊ nõ iu-
da:spẽs decepit te:⁊ cõcupiscẽtia sub-
uertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus
israel:⁊ ille timẽtes loquebant vobis:
sed filia iuda nõ sustinuit iniq̃tatẽ ve-
strã. Nũc ergo dic mihi sub qua arbore
cõprehenderis eos loquẽtes sibi. Qui
ait. Sub prino. Dixit aũt ei daniel. Re
cte mẽtitus es ⁊ tu in caput tuũ. Ma-
net enĩ angelus dñi gladiũ hñs vt secet
te mediũ:⁊ interficiat vos. Exclamauit
itaq̃ oĩs cetus voce magna:⁊ bñdixe-
rũt deũ q̃ saluat sperãtes in se. Et con
surrexerũt aduersus duos p̃sbyteros.
Conuicerat enĩ eos daniel ex ore suo fal
sum dixisse testimoniũ. Feceruntq̃ eis si
cut male egerãt aduersus ꝓximũ:vt fa
cerẽt ꝫm legẽ moysi:⁊ interfecerũt eos.
Et saluatus est sanguis innoxi⁹ in die
illa. Helchias aũt ⁊ vxor eius laudaue-
rũt deũ ꝓ filia sua susanna cũ ioachim
marito eius ⁊ cognatis oĩbus:q2 non
esset inuenta in ea res turpis. Daniel

autẽ factus est magnus in cõspectu po
puli a die illa ⁊ deinceps. Et rex astya-
ges appositus est ad patres suos:⁊ su-
scepit cyrus perses regnum eius.
¶ C. S. Daniel bel destruxit:draconẽ
interfecit ⁊ mittitur in lacũ leonũ:vbi
abacuch sibi prandiũ fecit. Cap. xiiij.
B Erat aũt daniel conuiua re
gis:et honoratus sup oẽs
amicos ei⁹. Erat q̃z idolũ
apđ babylõios noĩe bel:et
impẽdebant i eo p dies sin
gulos sile artabe duodeci:
et oues quadraginta viniq̃ amphore
sex. Rex q̃z colebat eũ:⁊ ibat per singu
los dies adorare eũ. Porro daniel ado
rabat deũ suũ. Dixitq̃ ei rex. Quare nõ
adoras bel? Qui rñdens ait ei. Q2 non
colo idola manufacta:sz viuẽtẽ deũ q̃
creauit celũ ⁊ terrã:⁊ habet potestatẽ
oĩs carnis. Et dixit rex ad eũ. Nõne vi
detur tibi esse bel viuens deus? An non
vides q̃ta comedat ⁊ bibat quotidie?
Et ait daniel arridens. Ne erres rex.
D Iste est enĩ intrisecus luteus:⁊ forinse-
cus ereus:neq̃ comedit aliqñ. Et irat⁹
rex vocauit sacerdotes eius:et ait eis.
Nisi dixeritis mihi quis est iste qui co- Exo. 23. a.
medit impẽsas has moriemini. Si aũt
ostẽderitis qm̃ bel comedat hec:morie
tur daniel:q2 blasphemauit in bel. Et
dixit daniel regi. Fiat iuxta verbũ tuũ.
Erãt aũt sacerdotes bel septuaginta:
exceptis vxoribus et paruulis ⁊ filijs.
Et venit rex cũ daniele in tẽplũ belis.
Et dixerũt sacerdotes belis. Ecce nos
egredimur foras:et tu rex pone escas
⁊ vinũ misce:⁊ claude ostium. et signa
annulo tuo. Et cũ ingressus fueris ma
ne nisi inueneris omnia comesta a bel:
morte moriemur:vel daniel q̃ mẽtitus
E est aduersum nos. Confidebant aũt q2
fecerant sub mẽsa abscõditũ introitũ:
et per illum ingrediebãtur semper:et
deuorabãt ea. Factum est igitur postq̃
egressi sunt illi:⁊ rex posuit cibos ante
bel:precepit daniel pueris suis:⁊ attu
lerunt cinerẽ ⁊ cribrauit per totũ tem
plũ corã rege:⁊ egressi clauserũt ostiũ:
et signãtes annulo regis abierũt. Sa-
cerdotes aũt ingressi sunt nocte iuxta
consuetudinem suam:et vxores et filij
eoꝝ:et comederũt omnia et biberunt.
Surrexit aũt rex primo diluculo:⁊ da
niel cum eo. Et ait rex. Salua ne sunt
singula daniel? Qui respondit. Salua
rex. Statimq̃ cum aperuisset ostium

intuitus rex mensam: exclamauit voce
D magna. Magnus es bel: et nō est apō te
dolus quisq̄. Et risit daniel: et tenuit
regē ne ingrederet intro et dixit. Ecce
pauimētū aīaduerte cuius vestigia sūt
hec. Et dixit rex. Uideo vestigia viroꝝ
et mulierū et infantiū. Et iratꝰ est rex.
Tūc apprehēdit rex sacerdotes et vxo-
res et filios coꝝ: et ostēderūt ei abscōdi
ta ostiola p que ingrediebant: et ꝯsume
bant q̄ erant sup mēsam. Occidit ergo
illos rex et tradidit bel in ptāte danie
lis q̄ subuertit eū et tēplū eiꝰ. Et erat
draco magnus in loco illo: et colebant
E eū babylonij. Et dixit rex danieli. Ecce
nūc nō potes dicere qꝛ iste nō sit deus
viuens. Adora ergo eū. Dixitq̄ daniel
regi. Dñz deū meū adoro: qꝛ ipse est deꝰ
viuēs: iste aūt nō est deꝰ viuēs. Tu aūt
rex da mihi potestatē et interficiā dra-
conem absq̄ gladio et fuste. Et ait rex.
Do tibi. Tulit ergo daniel picē et adi-
pē et pillos et coxit pariter: fecitq̄ mas
sas et dedit in os draconis: et diruptus
est draco. Et dixit daniel. Ecce quē co-
lebatis. Qđ cū audissent babylonij: in-
dignati sunt vehemēter: et congregati
aduersum regē: dixerūt. Iudeus factus
est rex. Bel destruxit: draconē iterfecit:
et sacerdotes occidit. Et dixerūt cū ve
nissent ad regē. Trade nobis danielē:
F alioqn interficiemus te et domū tuam.
Uidit ergo rex q̄ irruerēt i eū vehemē
3.6.a. ter: et necessitate cōpulsus tradidit eis
danielē. Qui miserūt eū in lacū leonū:
et erat ibi diebꝰ sex. Porro i lacu erāt
leōes septē: et dabant eis duo corpora
quotidie et due oues: et tūc nō data sūt
eis vt deuorarēt danielē. Erat aūt aba
cuch propheta in iudea: et ipse coxerat
pulmētū: et intriuerat panes in alueo-
lo: et ibat in campū vt ferret messoribꝰ:
dixitq̄ angelus dñi abacuch. Fer pran
dium qđ habes in babylonē danieli q̄
est in lacu leonū. Et dixit abacuch. Dñe
babylonē nō vidi: et lacū nescio. Et ap
prehēdit eū angelus dñi in vertice eiꝰ:
et portauit eū capillo capitis sui: po-
suitq̄ eū in babylonē sup lacū in impe-
tu spūs sui. Et clamauit abacuch: di-
cēs. Daniel serue dei tolle prādium qđ
misit tibi deus. Et ait daniel. Recorda
tus es mei deus: et nō dereliquisti dili-
gentes te. Surgensq̄ daniel comedit.
G Porro āgelus dñi restituit abacuch cō
festim in loco suo. Uenit ergo rex die
septimo vt lugeret danielē: et venit ad
lacū et introspexit: et ecce daniel sedēs
in medio leonum. Et exclamauit voce
magna rex dicens. Magnus es domi-
ne deus danielis. Et extraxit eum de la
cu leonum. Porro illos qui perditio-
nis eius causa fuerāt: intromisit in la-
cum: et deuorati sunt in momēto corā
eo. Tunc rex ait. Paueant habitantes
vniuersam terrā deū danielis: qꝛ ipse
est saluator et liberator faciens signa et
mirabilia in celo et in terra: qui libera
uit danielem de lacu leonum.

¶ Explicit daniel propheta.

¶ Incipit plogus diui Hieronymi in librum duodecim prophetarum.

Non idē ordo est duodecim pphetarum apud hebreos qui est apud nos. Unde scḋm id qđ ibi legit: hic q̄z dispositi sūt. Osee commaticꝰ est: et quasi p snias loquēs. Johel planus in pncipijs: i fine obscurior: et vsq̄ ad malachiā habēt singuli pprietates suas: quē esdram scribā legisq̄ doctorem hebrei autumāt. Et qꝛ longum est nūc de oībus dicere: hoc tm̄ vos o paula et eustochium admonitas scire volo: vnum librum esse duodecim pphetarum et osee synchronon esaie: malachiā vero aggei et zacharie fuisse temporibus. In quibus autē tēpus nō prefertur in titulo: sub illis eos regibus pphetasse: sub quibus et hi q̄ ante eos habent titulos pphetauerunt.

¶ Item alius prologus.

Egule sunt he sub q̄bus significationibꝰ noim ad q̄s tribus p prophetas sermo dñi dirigat. Quotienscūq̄ ad decē tribus tenditur ppheta: sub his noibus designant: id est ephraim: samaria: israel: ioseph: iezrael: bethel: bethauē: et interdum iacob. Qñ autē ad duas loquitur tribus sub his noībus sermo pfertur: id est iuda: hierusalē: bēiamin: domus dauid: et interdum iacob. Aliquotiens israel ad totas duodecim tribꝰ refert. Duplex est apud hebreos snīa de his quatuor versibus q̄ in capite sunt prenotati. Plerisq̄ enim dicūt q̄ ab esdra scriba in oībus pphetis sic fuerit titulatū: vt pscriptio vniuscuiusq̄ nomine prophetia cuius sit sequens noscatur. Ipse est aūt esdras qui vltimus pphetarū malachie nomine scribitur. Alij

vero dicāt ꝙ ab ipsis ꝓphetis per spiritumsanctū: vt cetera sunt cōscripta.

¶ Incipit prologus in librum Osee prophete.


Temporib⁹ ozie ꝛ ionathe achaz et ezechie regū iuda et hieroboam filij iohe regis: osee filius beeri ad ꝓphetiā dicendā spūsancto repletus est. De memorato itaqȝ numero regū: achaz rex iuda ꝛ hieroboā rex israel dnm derelinquentes: vt historie regū et paralipomenon indicant: etiā israel idolatrie crimē imperio ac potestate sua admittere coegerūt. Propter qđ deus ad osee hec locutus est dicēs. Accipe tibi vxorē fornicariā siue fornicationū: ꝛ fac filios fornicationis. Fornicariā itaqȝ nō electiōe corporis meretricē: sȝ gētilē deū ignorantem appellat: que dei creatoris sui amore cōtēpto simulacroꝝ se subiecit desiderijs. Sed cū dei precepto ꝓpheta in hac re paruisset: conceptum ex ea filiū iezrael precepit noiare deo pollicente post breue tps sanguinem iezrael in domo iehu vindicare. Cuius ꝓmissionis hec causa est: iehu per helisēū in regē iuncto ad defendēdum sanguinē naboth: cuius iezrael que tūc tēporis metropolis erat: quē iezabel achab regis israel vxor interemerat: sicut regū historia exponit. Js cūȝ grauiter iuxta diuinum preceptum vindicādi sanguinis causa in omnē memorati domum deseuisset: hoc pacto dominū dereliquisse inuenitur: cuius pro nepote hieroboam qui lectione cōprehensus est originis sue facta imitante et contra dei precepta et religionē cum populo isrł a gente sanguis naboth qui in loco certe iezrael fuerat ꝓfusus in domo iehu procuratoris memorati hieroboe pro peccato redūdaturus significaƭ. Hinc factū est vt ira dei in populo israel per denunciationem prophete processura deberetur: domui autem iude mia lectione cōprehensa ob hoc promissa est. Qꝛ ezechias rex inda filius achaz sublatis idolis que tam pater eius ꝙ ceteri reges consecrauerunt: templum dei purgasse et purificasse monstratur.

Osee.i.a.
3.reg.9.a.
3.reg.21.b.
4.reg.10.f.
4.reg.18.a.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum in eundem.


Osee crebro noīa: ephraim: samariā: ioseph: iezrael: ꝛ vxorem fornicariā ꝛ fornicationis filios: et adulterā cubiculo clausam mariti multo tēpore sedere viduam: et sub veste lugubri viri ad se reditum prestolari.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit liber Osee prophete.

¶ C.S. Accipit osee vxorem fornicariam: ꝛ de ea tres pueros generat: scilȝ duos filios ꝛ vnam filiam: cucurrit ad ecclesiam iuda et hierusalem: et fiunt vnum ouile et vnus pastor. Capi.j.


Uerbuȝ domini qđ factū est ad osee filium beeri in diebus ozie ioathā achaz ꝛ ezechie regū iuda: et in dieb⁹ hieroboā filij ioas regis israel. Principium loquēdi dño in osee. Et dixit dominus ad osee. Uade sume tibi vxorē fornicationū: et fac tibi filios fornicationū: quia fornicans fornicabitur terra a dño. Et abijt et accepit gomer filiam debelaim: et cōcepit ꝛ peperit ei filium. Et dixit dñs ad eū. Uoca nomē eius iezrael. Qm̄ adhuc modicum ꝛ visitabo sanguinē iezrael super domum iehu: ꝛ quiescere faciā regnum domus israel. Et in illa die cōterā arcū israel in valle iezrael. Et cōcepit adhuc ꝛ peperit filiam. Et dixit ei. Uoca nomen eius absqȝ misericordia: qꝛ non addaȝ vltra misereri domui israel: sȝ obliuione obliuiscar eoꝝ. Et domui iuda miserebor: ꝛ saluabo eos in dño deo suo: et nō saluabo eos in arcu et gladio: et in bello ꝛ in eqs ꝛ in equitibus. Et ablactauit eā que erat absqȝ mia. Et ꝯcepit ꝛ peperit filiū. Et dixit ei. Uoca nomē eius nō ppłs meus: qꝛ vos nō populus meus: et ego non ero vester de⁹. Et erit numerus filioꝝ israel quasi arena maris que sine mensura est: et nō numerabitur. Et erit i loco vbi dicetur eis: nō populus meus vos: dicetur eis: filij dei viuentis. Et congregabuntur filij iuda et filij israel pariter: et ponent sibimet caput vnum: et ascēdent de terra: quia magnus dies iezrael.

A
B
Esa.8.a.
j.eodem.
3.eodem.
C
j.eodem.
3.eodem.
D

¶ C.S. De vocatiōe isrł ad penitētiā

et cõicationẽ si peniteat: de captiuita-
te inde: de cessatione festoꝝ ꝓpter ido
la: de consolatione liberationis ꝓpter
baptismum et penitẽtiam: de federe et
pace credẽtium: de desponsatione ⁊ cõ-
uersatione iudeorum. Capi. ij.

A 

Dicite fratribus vestris ppl's
meus: ⁊ sorori vře miam cõ
secute. Iudicate matrẽ vřaꝫ
iudicate: q̃m ipsa non vxor
mea: ⁊ ego nõ vir ei⁹. Aufe-
rat fornicatões suas a facie sua: ⁊ adul
teria sua de medio vberũ suoꝝ: ne forte
expoliẽ eã nudã: ⁊ statuã eã ſm diẽ na
tiuitatis sue. Et ponã eã quasi solitu-
dinẽ: ⁊ statuã eã velut terrã inuiã: ⁊ in
terficiã eã siti: ⁊ filioꝝ illius nõ misere
bor: q̃m filij fornicationũ sunt: q: forni
cata est mř eoꝝ. Cõfusa est que cõcepit
eos: q: dixit. Uadã post amatores me-
os q̃ dãt panes mihi: ⁊ aq̃s meas: ⁊ la-
nam meã: linũ meũ: oleũ meũ ⁊ potum
B meũ. Propter h̃ ecce ego sepiã viã tuã
spinis: ⁊ sepiã eã maceria. Et semitas
suas nõ inueniet: ⁊ sequetur amatores
suos ⁊ nõ apprehẽdet eos: ⁊ q̃ret eos ⁊
nõ inueniet. Et dicet. Uadã ⁊ reuertar
ad virũ meũ priorẽ: q: bñ mihi erat tũc
magis q̃ nũc. Et hec nesciuit: q: ego de
di ei frumẽtũ ⁊ vinũ ⁊ oleũ: ⁊ argentũ
multiplicaui ei: ⁊ aurũ q̃ fecerũt baal.
Idcirco conuertar ⁊ sumã frumentum
meũ i tpe suo: ⁊ vinũ meũ in tpe suo: et
liberabo lanã meã ⁊ linũ meũ q̃ opie-
bãt ignominiã eius. Et nũc reuelabo
stultitiã ei⁹ in oculis amatoꝝ eius: et
vir nõ eruet eã d̃ manu mea. Et cessare
faciã oẽ gaudiũ ei⁹: solẽnitatẽ ei⁹: neo
C meniã ei⁹: sabbatũ eius: ⁊ oĩa festa tpa
eius. Et corrũpã vineã eius ⁊ ficũ ei⁹.
De q̃bus dixit. Mercedes he mee sunt
quas dederũt mihi amatores mei. Et
ponã eã in saltũ: et comedet eã bestia
agri. Et visitabo sup eã dies baalim q̃
bus accẽdebat incẽsum: ⁊ ornabat̃ inau
re sua ⁊ monili suo: ⁊ ibat post amato
res suos: ⁊ mei obliuiscebat̃: dicit dñs.
Propter hoc ecce ego lactabo eã: ⁊ du
cã eã in solitudinẽ: ⁊ dabo ei vinitores
eius: ⁊ loquar ad cor ei⁹ ex eodẽ loco:
et vallẽ achor ad aperiẽdã spem. Et ca
net ibi iuxta dies iuuẽtutis sue: ⁊ iuxta
dies ascẽsionis sue de terra egypti. Et
erit in die illo: ait dñs: vocabit me vir
me⁹: ⁊ nõ vocabit me vltra baalim. Et
auferã noĩa baalim de ore ei⁹: ⁊ nõ re-
D cordabit̃ vltra noĩa eoꝝ. Et ꝑcutiã eis
fedus in die illa cũ bestia agri: et cũ vo
lucre celi: ⁊ cũ reptili terre. Et arcũ et
gladiũ ⁊ bellũ cõterã de terra: ⁊ dormi
re eos faciã fiducialiter. Et spõsabo te
mihi in sempiternũ: ⁊ spõsabo te mihi
in iustitia ⁊ iudicio: ⁊ in mia ⁊ misera
tionib⁹. Et sponte mihi in fide: ⁊ scies
q: ego dñs. Et erit in die illa exaudiã:
dicit dñs: et exaudiã celos: ⁊ illi exau-
dient terram: et terra exaudiet triticũ
et vinum ⁊ oleũ: ⁊ hec exaudiẽt iezrael. 35. q. 1. §.
Et seminabo eã mihi in terrã: et mise- hac itaq.
rebor ei⁹ que fuit absq; misericordia. Ro. 9. c
Et dicã nõ populo meo: populus me⁹ 2. pe. 2. b.
es tu: ⁊ ipse dicet: deus meus es tu.
¶ C. S. De pplo iudeorũ derelicto a
dño: ⁊ mercede ꝯducto dimisso iudeo:
et expectãte messiã: de reuersione eius
ad christũ in nouissimis dieb⁹. Ca. iij.



A Et dixit dñs ad me. Adhuc
vade ⁊ dilige mulierẽ dile
ctã amico ⁊ adulterã: sicut
diligit dñs filios isrł: ⁊ ipi
respiciũt ad deos alienos:
et diligũt vinacia vuarum.
Et fodi eã mihi q̃ndecim argẽteis: et
choro hordei ⁊ dimidio choro hordei:
et dixi ad eã. Dies multos expectabis
me. Nõ fornicaberis: ⁊ nõ eris viro: sꝫ
et ego expectabo te. Q: dies multos se 32. q. 2. ca
debũt filij isrł sine rege: ⁊ sine ꝓncipe: pe. ⁊ vltio.
B et sine sacrificio: et sine altari: et sine
ephot: ⁊ sine theraphin. Et post hec re
uertẽtur filij israel: et querẽt dñm deũ
suũ: ⁊ dauid regem suũ: et pauebũt ad
dñm ⁊ ad bonũ ei⁹ in nouissimo dierũ.
¶ C. S. Propter peccata populi deso
latur terra: repellitur israel: increpan
tur sacerdotes: q: subuertunt populũ
et populũ pro idolis: et iudas ab ido-
lis prohibetur. Capi. iiij.




A Audite verbũ dñi filij isrł: q:
iudicium dño cũ habitatori
bus terre. Nõ est eñ veritas:
et nõ est mia: et nõ est sciẽtia
dei in terra. Maledictum et
mendacium: ⁊ homicidium ⁊ furtum ⁊
adulterium inundauerunt: et sanguis
sanguinẽ tetigit. Propter hoc lugebit
terra: et infirmabitur oĩs qui habitat
in ea. In bestia agri ⁊ in volucre celi sꝫ
et pisces maris cõgregabũtur. Uerũta
men vnusq̃sq; nõ iudicet: ⁊ nõ arguat̃
B vir. Ppl's eñ tuus sicut hi qui contra-
dicunt sacerdoti: et corrues hodie: et
corruet etiã ꝓpheta tecũ. Nocte tacere
feci matrem tuam. Conticuit popu-
lus

lus meus: eo q̃ nõ habuerit sciẽtiã. Qr
tu sciẽtiã repulisti: repellã te: ne sacer-
37. dist. ca. dotio fũgaris mihi. Et oblita es legis
omnes. dei tui: obliuiscar filiorũ tuorũ et ego.
De renũ. c. Scđm multitudinẽ eorũ sic peccauerũt
nisi. 2. q. ca. mihi: gloriã eorũ in ignominiã cõmu-
pastor. 7. 2. tabo. Peccata ppl'i mei comedẽt: et ad
q. 1. c. nulli. iniqtatẽ eorũ subleuabũt aĩas eorũ. Et
Esa. 24. c. erit sicut pplˢ: sic sacerdos. Et visitabo
C sup eũ vias ei⁹: et cogitationes ei⁹ red-
dam ei. Et comedẽt et nõ saturabunt.
Fornicati sunt et nõ cessauerũt: qm̃ dñz
dereliquerũt in nõ custodiẽdo. Fornica-
tio et vinũ et ebrietas auferũt cor. Pplˢ
me⁹ in ligno suo interrogauit: et bacu-
lus ei⁹ annũciauit ei. Spũs em̃ fornica-
tionũ decepit eos et fornicati sũt a deo
suo. Sup capita mõtiũ sacrificabãt: et
7. q. 2. cap. sup colles accẽdebãt thymiama: subt⁹
q̃ propter. quercũ et ppl'm et terebinthũ: qr bona
erat vmbra eius. Ideo fornicabunt fi-
D lie vr̃e: et spõse vr̃e adultere erũt. Non
visitabo sup filias vestras cum fuerint
fornicate: et sup spõsas vr̃as cũ adulte-
rauerint: qm̃ ipsi cũ meretricib⁹ cõuer-
sabant: et cũ effeminatis sacrificabãt.
Et pplˢ nõ intelligẽs vapulabit. Si
fornicaris tu isrl': nõ delinquat saltem
iuda. Et nolite ingredi in galgala: et ne
ascẽderitis in bethauẽ neqz iuraueritis
viuit dñs. Qm̃ sicut vacca lasciuiens
declinauit israel. Nunc pascet eos dñs
quasi agnum in latitudine. Particeps
idolorũ ephraiz dimitte eũ. Separatũ
est conuiuiũ eorũ: fornicatiõe fornicati
sunt: dilexerũt afferre ignominiã pro-
tectores eius. Ligauit eum spũs in alis
suis: et cõfundentur a sacrificiis suis.

¶ C. S. Sermo dñi cõtra sacerdotes
seducẽtes: et ppl'm seductum: et qđ deũ
nõ placãt hostiis q̃ eũ factis offendũt:
et quod pplˢ frustra querit humanum
auxilium: cui dñs aduersatur. Cap. v.

A Udite hoc sacerdotes et at-
tẽdite domus isrl': et dom⁹
regis auscultate: qr vobis
iudiciũ est. Qm̃ loquẽs fa-
cti estis speculatiõi: et sicut
rete expãsuz sup thabor: et
victimas declinastis i pfundũ. Et ego
B eruditor oĩm eorũ. Ego scio ephraim: et
israel nõ est absconditus a me. Qr nũc
fornicatus est ephraim: cõtaminat⁹ est
israel. Non dabũt cogitationes suas vt
reuertãtur ad deũ suũ: qr spũs fornica-
tionũ in medio eorũ: et dñm nõ cogno-
uerũt. Et respõdebit arrogãtia israel
in facie eius: et israel et ephraim ruẽt in
iniqtate sua. Ruet etiã iudas cum eis.
In gregib⁹ suis et in armentis suis va-
dent ad querẽdũ dñm et non inuenient.
Ablatus est ab eis. In dño preuaricati
sunt: qr filios alienos genuerũt. Nunc C
deuorabit eos mẽsis cũ partibus suis.
Clãgite buccina i gabaa: tuba i rama.
Ululate in bethauẽ: post tergũ tuũ bẽ-
iamin. Ephraim in desolatiõe erit. In
die correptiõis in tribubus isrl' ostẽdi
fidẽ. Facti sunt principes iuda quasi as-
sumẽtes terminũ: sup eos effundã qua-
si aquã iram meã. Calũniã patiens est D
ephraim fractus iudicio: qm̃ cepit abi-
re post sordes. Et ego quasi tinea ephraĩ:
et quasi putredo domui iuda. Et vidit
ephraim languorẽ suum: et iudas vin-
culũ suũ. Et abijt ephraim ad assur: et
misit ad regem vltorem. Et ipse nõ po-
terit sanare vos: nec soluere poterit a
vobis vinculum. Qm̃ ego quasi leena
ephraĩ: et quasi catul⁹ leonis domui iuda.
Ego capiam et vadã: tollam et nõ est q
eruat. Uadens reuertar ad locũ meum
donec deficiatis: et quratis faciẽ meam.

¶ C. S. De triduo passionis et natiui-
tatis christi: quod a sacerdotibus pro-
dijt iniquitas. Capi. vj. A


N tribulatiõe sua mane cõ-
surgẽt ad me. Uenite et re-
uertamur ad dñm: qr ipse
cepit et sanabit nos: percu-
tiet et curabit nos. Uiuifi-
cabit nos post duos dies: i
die tertia suscitabit nos: et viuemus in B
cõspectu ei⁹: sciemus sequamurqz vt co-
gnoscamus dñm. Quasi diluculũ pre-
paratus est egressus ei⁹: et veniet quasi imber
nobis temporaneus et serotinus terre.
Quid faciã tibi ephraim: qđ faciã tibi
iuda? Misericordia vr̃a quasi nubes
matutina: et quasi ros mane ptrãsiẽs.
Propter hoc dolaui in ꝓphetis: et oc- C
cidi eos in verbis oris mei: et iudicia
tua quasi lux egredient. Qr misam vo-
lui et nõ sacrificiũ: et sciẽtiam dei plus
q̃ holocausta. Ipsa aũt sicut adam trãs-
gressi sunt pactũ: ibi preuaricati sunt in 50. di. c. pon
me. Galaad ciuitas operantiũ idolum deret. in fi.
supplantata sanguine: et quasi fauces Mat. 9. b.
virorũ latronũ. Particeps sacerdotũ i et. 12. a.
via interficientiũ pergẽtes de sichẽ: qr
scelus operati sunt. In domo israel vi-
di horrẽdũ. Ibi fornicatiões ephraim D
contaminatus est israel. Sed et iuda
pone messem tibi: cum conuertero ca-

ptiuitatem populi mei.
¶ C.S. Qd hierlm fauore hieroboam
excarsit ad idolatriã: arguit ephraĩ: q₃ τ
simulet gẽtib⁹: nec reuertat p pniam:
sua detrimẽta nõ uidet: τ q̃si colũba p-
dit pullos: et cedet p clamore pctõrũ:
arguit de apostasia τ idolatria: de igra
titudie: de gula: de dolosa infestatione
dei: nec reuertũt ad penitẽtiã. Ca. vij.



A Um sanare vellẽ isrl' reuela-
ta est iniq̃tas ephraim τ ma-
licia samarie: q₂ opati sunt
mẽdaciũ. Et fur ingressus est
spoliãs latrũculus foris. Et
ne forte dicãt in cordib⁹ suis: oẽs mali
ciã eo₂ me recordatũ. Nũc circũdede-
rũt eos: adinuẽtiões sue corã facie mea
facte sunt. In malicia sua letificauerũt
B Mat.12.c. regẽ: τ in mẽdacijs suis pncipes. Oẽs
adulterãtes q̃si clibanus succẽsus a co
quẽte. Quieuit paululũ ciuitas a com
mixtiõe fermẽti: donec fermẽtaret to-
tũ. Dies regis nri. Ceperũt pncipes fu
rere a vino. Extẽdit manũ suã cũ illu-
sorib⁹: q₂ applicauerũt q̃si clibanũ cor
suũ cũ insidiaret eis. Tota nocte dormi
uit coquẽs eos: mane ipe succensus q̃si
ignis flãme. Oẽs calefacti sũt q̃si cliba
nus: et deuorauerũt iudices suos. Oẽs
C reges eo₂ ceciderũt: nõ est q̃ clamet in
eis ad me. Ephraim in pplis ipe cõmi
scebat. Ephraim fact⁹ est subcineritı⁹
panis: q̃ nõ reuersat. Comedert alieni
robur eius: τ ipse nesciuit. Sed τ cani
effusi sunt in eo: τ ipe ignorauit. Et hu
miliabit supbia israel in facie ei⁹. Nec
reuersi sunt ad dñm deũ suũ: τ nõ q̃sie-
rũt eũ in oib⁹ his. Et fact⁹ est ephraim
q̃si colũba seducta: nõ hñs cor. Egyptũ
inuocabãt: ad assyrios abierũt. Et cũ
pfecti fuerit expãdã sup eos rete meũ:
τ quasi volucrẽ celi detrahã eos. Cedã
eos s₃ auditionẽ cetus eo₂. Ue eis qm̃
D recesserũt a me. Uastabunt: q₂ puarica
De pe. dist. 4. §. filijs quoq₃. ti sunt i me. Ego redemi eos: τ ipsi lo-
cuti sunt ꝯ me mẽdacia. Et nõ clama-
uerũt ad me in corde suo: s₃ vlulabant
in cubilibus suis. Sup triticũ τ vinũ
ruminabãt: τ recesserunt a me. Et ego
erudiui eos: τ cõfortaui brachia eo₂:
et in me cogitauerũt maliciã. Reuersi
sunt vt essent absq₃ iugo: facti sunt q̃si
arcus dolosus. Cadent in gladio prin
cipes eorum: a furore lingue sue. Ista
subsannatio eorum in terra egypti.
¶ C.S. Predicit samariã cum vitulo
suo τ pplm destruẽdũ p nabuchodono
sor propter causas plurimas: et vrbes
iuda concremandas. Capi. viij.



N gutture tuo sit tuba q̃si A
aquila sup domũ dñi: p eo
quod trãsgressi sunt fedus
meũ: τ legẽ meã puaricati
sunt. Me inuocabũt deus
meus: cognouimus te isrl'.
Proiecit israel: bonũ inimicus pseque
tur eũ. Ipsi regnauerũt τ nõ ex me: pn-
cipes extiterũt τ nõ cognoui. Aurum 8.q.1.capl'i audacter.
suũ τ argẽtũ suũ fecerunt sibi idola vt
interirẽt. Proiectus est vitulus tu⁹ sa
maria. Iratus est furor me⁹ in eis. Usq₃
quo nõ poterũt emũdari? Q₂ ex isrl': τ
ipse est. Artifex fecit illũ τ nõ est deus: B
qm̃ in aranearũ telas erit vitulus sama
rie: q₂ vẽtum seminabũt τ turbinẽ me-
tent. Culmus stãs nõ est in eis germen:
nõ faciet farinã: qd τ si fecerit alieni co
medẽt eã. Deuoratus est isrl'. Nũc fact⁹
est in natiõibus quasi vas immũdũ: q₂
ipsi ascẽderũt ad assur. Onager solita
rius sibi ephraim. Munera dederunt C
amatoribus suis: sed τ cũ mercede cõ-
duxerũt nationes. Nũc cõgregabo eos:
et quiescẽt paulisper ab onere regis et
principũ. Q₂ multiplicauit ephraim
altaria ad peccãdũ: facte sunt ei are in
delictum. Scribã ei multiplices leges
meas: que velut aliene cõputate sunt.
Hostias offerẽt: immolabũt carnes, et
comedẽt: τ dñs nõ suscipiet eas. Nunc D
recordabit iniquitatis eo₂: τ visitabit
peccata eo₂. Ipsi in egyptũ cõuertent.
Et oblitus est isrl' factoris sui: τ edifi-
cauit delubra: et iudas multiplicauit
vrbes munitas. Et mittam ignẽ in ci-
uitates eius: et deuorabit edes illius.
¶ C.S. Prophetat famẽ samarie τ re
probationẽ sacrificio₂: et captiuitatẽ
isrl': pphetas suos deceptos: filias di-
cit a patrib⁹ degnare: τ impcat sterili-
tatẽ parẽtib⁹ corrũpẽtib⁹ illos. Ca. ix.



Oli letari isrl': noli exulta- A
re sicut ppli: q₂ fornicatus
es a deo tuo. Dilexisti mer-
cedẽ sup oẽs areas tritici.
Area τ torcular nõ pascet
eos: τ vinum mẽtietur eis.
Nõ habitabũt in terra dñi. Reuersus ẽ
ephraim in egyptũ: τ in assyrijs pollu
tum comedit. Nõ libabũt dño vinum:
τ nõ placebũt ei. Sacrificia eo₂ quasi
panis lugẽtiũ. Oẽs qui comedẽt cũ cõ
taminabunt: q₂ panis eo₂ aie ipsorum
non intrabunt in domũ domini. Quid

facietis in die solēni: ī die festiuitatis
dñi? Ecce enim profecti sunt vastitate.
Egyptus ꝯgregabit eos: mēphis sepe-
B lict eos. Desiderabile argētū eoꝝ vrti-
ca hereditabit: lappa in tabernaculis
eoꝝ. Venerūt dies visitatiōis: venerūt
dies retributiōis. Scitote isrl' stultū
ꝓphetā insanū: virū spūalē. Propter
multitudinē iniquitatis tue: et multi-
tudinē amentie. Speculator ephraim
cū deo meo ꝓpheta laqueus ruine fa-
ctus est sup oēs vias ei⁹. Insania ī do-
mo dei ei⁹. Profunde peccauerūt sicut
in dieb⁹ gabaa. Recordabit̄ iniqtates
eoꝝ: et visitabit pctā eoꝝ. Quasi vuas ī
deserto inueni israel: quasi ꝓma poma
C ficulnee: in cacumine ei⁹ vidi pres eo-
rū. Ipsi aūt intrauerūt ad beelphegor:
et abalienati sunt in cōfusiōe: et facti
sunt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt.
Ephraim quasi auis auolauit. Gloria
eoꝝ a partu: et ab vtero et a ꝯceptu. Qd
et si enutrierint filios suos: absq̄ libe-
uus in superliminari: quoniã attenua
bo robur ei⁹. Hec est ciuitas gloriosa
habitans in confidentia: que dicebat
in corde suo. Ego sum: et extra me non
est alia amplius: quomodo facta est in
desertũ cubile bestie? Oĩs q̃ trãsit per
eam sibilabit: ⁊ mouebit manũ suam.

¶ C.iij. Increpat hierlm de pctis suis
q̃ culpas suas ⁊ vindictas dei nõ itelle
xerit: ad vocẽ ꝓphetarũ non penituit.
felicitatẽ ei⁹ admirabũtur aduersarij
sui: de resurrectione dñi ⁊ humilitate
fideliũ: arguit synagoga q̃ conuersis
gẽtib⁹ nõ est cõuersa: q̃re secabitur: ⁊ nõ
exaltabit: sed reliquie saluabunt: iubi
let ecclesia: non timeat: quia dñs eam
saluabit: ⁊ letificabit: ⁊ auferet oppro
brium eius. Capitulum.iij.

B 
E prouocatrix et redēpta ciuitas: columba. Nō audi uit vocē: τ nō suscepit disci plinā. In dn̄o nō est cōfisa: ad deū suū nō appropinq̄ nit. Principes ei⁹ ī medio
Ezec. 22.f. miche. 4.d. ei⁹ quasi leones rugiētes. Iudices ei⁹ lupi vespere: non relinquebāt ī mane. Prophete ei⁹ vesani: viri īfideles. Sa
81.di.c.opz 1.q.1.ca.sa cerdotes. cerdotes ei⁹ polluerunt sanctū: iniuste egerūt ꝯ legē. Dn̄s iustus in medio ei⁹: nō faciet iniquitatē. Mane mane iudi ciū suū dabit ī luce: τ nō abscōdet. Ne sciuit autē iniquus ꝯfusionē. Disperdidi gētes: τ dissipati sunt anguli eoꝝ. De sertas feci vias eoꝝ: dū nō ē q̄ trāseat. Desolate sunt ciuitates eoꝝ: nō rema
B nente viro: neq̧ vllo habitatore. Dixi attamē timebis me: suscipies disciplī nā. Et nō peribit habitaculū ei⁹: ppter oīa in q̄b⁹ visitaui eā. Uerūtn̄ diluculo surgētes: corruperūt oēs cogitatio nes suas. Quapropter expecta me: di cit dn̄s: in die resurrectiōis mee ī futu rū: q̄r iudiciū meū vt cōgregē gētes et colligā regna. Et effundā sup eos indi gnationē meā: oēm irā furoris mei. In igne em̄ zeli mei deuorabit oīs terra.
S.1.b. Quia tunc reddā populis labiū electū: vt inuocēt oēs nomen dn̄i: et seruiant ei humero vno. Ultra flumina ethio pie: inde supplices mei filij dispersoꝝ meorū deferēt munus mihi. In die illa non cōfunderis super cunctis adinuē tionibus tuis: quib⁹ preuaricata es in
C me. Quia tunc auferam de medio tui ma gniloquos superbie tue: τ nō adijcies exaltari amplius in mōte sancto meo. Et derelinquā in medio tui populum pauperē et egenū: τ sperabunt in nōie dn̄i. Reliquie israel nō faciēt iniquita tem: nec loquent mendaciū: τ nō inue niet in ore eoꝝ lingua dolosa. Quoniā ipsi pascent τ accubabūt: τ nō erit q̄ exter reat. Lauda filia syō: et iubila isrl̄. Leta re et exulta ī oī corde filia hierl̄z. Ab stulit dn̄s iudiciū tuum: auertit inimi cos tuos. Rex israel dn̄s in medio tui: nō timebis malū vltra. In die illa dice
D tur hierl̄m. Noli timere syon: nō dissol uant man⁹ tue. Dn̄s de⁹ tuus in medio tui fortis: ipse saluabit. Gaudebit sup te in leticia: silebit in dilectiōe tua: et exultabit sup te in laude. Nugas q̄ a le ge recesserāt cōgregabo: q̄r ex te erant vt nō vltra habeas sup eis opprobriū. Et ecce ego interficiā omnes qui affli xerūt te in tpe illo: τ saluabo claudicā tem: et eā que eiecta fuerat cōgregabo. Et ponam eos in laudem et in nomē: miche. 4.b
et in omni terra confusionis eorum: in tēpore illo quo adducam vos: τ in tem pore quo cōgregabo vos. Dabo em̄ vos in nomēt in laudē oīb⁹ populis terre: cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris: dicit dominus.

¶ Sophonias propheta explicit.

¶ Prologus in aggeū pphetā incipit.


Ieremias ppheta ob eūm piurij sedechie regis (vt hi storia libri scdi paralipo menō indicat) q̄ fidē pmis sam nabuchodonosor regi chaldeoꝝ non seruauerat: 2.pal.36.c
ppl̄m isrl̄ refert: cōmemorato rege hie rusalē: expugnata hierl̄m captiuū ī ba bylonē fuisse pductū. Sed cū memora tus ppl̄s multis in tpib⁹ idolis seruiē do: etiā effusiōe sanguinis innocētum se grauiter impiasset: volēs de⁹ genera tionē vniuersam eiusdem ppl̄i ob cās memoratas penit⁹ deperire: septuagin ta annoꝝ captiuitatē eūdē ppl̄m in re gno chaldeoꝝ statuit sustinere: hac ra tiōe: vt cōpleto numero annoꝝ nouus ppl̄us a memoratis pctis immunis ad renouationē hierl̄m pueniret. Sexage simo itaq̧ scdo anno regno chaldeorū subuerso cui adhuc octo anni restabāt ad regnandū: qđ etiā sexta visio danie lis ostēdit: cū propter causam sacrile gij: q̄ in eadem visiōe continetur fuisse extinctū: dari⁹ q̄ medis imperabat: vt septima visio danielis ostēdit: memo ratus ī regno successit. Cuius pmo an no regni: vt decima visio danielis ma nifestat: daniel supputatis ānis vidēs appropinquare tempus reuersionis q̄ p hieremiā fuerat pmissa: orās tā pro se q̄ p pplo: eandē promissionē a deo postulabat impleri: cui per archāgelū gabrielē in eadē visiōe iuxta pces eius dem vniuersa completa esse: de⁹ dixit. Nā moriēte supradicto dario rege me doꝝ: τ succedēte ī regno cyro rege psa rū: pmissiōe dei cōpleta per eundē re gem populūq̧ isrl̄ in hierl̄m reductū: historia scdi libri paralipomenō τ ini tiū esdre pphete confirmāt. Cumq̧ a populo israel τ a senioribus templum dei edificari cepisset: mortuo cyro rege

ac regnāte dario rege psarū: q̄ memo-
rato cyro successerat: vicine gētes ciui-
tatis hierl'm (vt idem esdras refert) re-
staurationē tēpli et ciuitatis resistēdo
impedire ceperūt. Qua ratiōe deterri-
tus populus israel reparationē supra-
dicti tēpli dñi: necdū iuxta pmissionē
cōcessam esse credebat. Propter qd̄ in
scdo anno regni memorati darij regis
psarū: aggeus pphēta a deo missus ad
zorobabel: qui de tribu iuda erat: q̄ po
testatem regni suscepturus erat: et Je-
sum filium iosedech summuz sacerdo-
tem admonet: vt credant completo nu
mero annorū tp̄s restaurationis hierl'm
aduenisse. Hoc etiā addito: ne incredu
litatē ppl'i vellēt imitari: de quo deus
per eū dixit. Pp'ls hic dicit. Nondū ve
nit tp̄s vt edificet̄ domus dei. Oīa aūt
que textu huius pphetie continent̄: re-
uersionem populi: edificationē tēpli:
renouationez ciuitatis: obseruationē
sacerdotalem: et interitum regnorum
gentium exterarum significant.

¶ Prologus explicit.

¶ Argumentum incipit.



Ggeus festinus et letus q̄ se-
minauit in lachrimis vt in
gaudio meteret: destructū tē
plū reedificat: deūq3 patrē i-
ducit loquentē. Adhuc vnuz
modicū est: ⁊ ego cōmouebo celū ⁊ ter
rā: mare ⁊ aridā: ⁊ mouebo oēs gētes:
et veniet desideratus cūctis gentibus.

¶ Argumentum explicit.

¶ Aggeus propheta incipit.

¶ C. S. Aggeus excitat pncipes ⁊ po-
pulum ad edificationē templi: et pro-
pter dilationem edificij dicit ppl'm af-
fluere incōmodis: zorobabel ⁊ iesus fi-
lius iosedech inchoant opus. Cap. j.

A



In anno se-
cūdo darij regis: in
mēse sexto: i die vna
mēsis factū est vbū
dñi i manu aggei p
phete ad zorobabel
filiū salathiel ducē
iuda: ⁊ ad iesū filiū
iosedech sacerdotē magnū dicēs. Hec
ait dñs exercituū: dicēs. Pp'lus iste di-
cit. Nōdū venit tp̄s dom⁹ dñi edifican
de. Et factū ē vbū dñi i manu aggei p-
phete dicēs. Nūqd tp̄s vobis est vt ha-
bitetis i domib⁹ laqueatis: ⁊ dom⁹ ista
deserta. Et nunc hec dicit dñs exerci-
tuū. Ponite corda vr̄a sup vias vr̄as. B
Seminastis multū: ⁊ itulistis par. Co Deute. 8. d.
medistis: ⁊ nō estis saciati. Bibistis: et miche. 6. d.
nō estis inebriati. Operuistis vos: ⁊ nō
estis calefacti. Et q̄ mercedes ɔgregauit:
misit eas in sacculū ptusum. Hec dicit
dñs exercituū. Ponite corda vr̄a super
vias vr̄as. Ascēdite i mōtē: portate li-
gna: et edificate domū: et acceptabilis
mihi erit: ⁊ glorificabor dicit dñs. Respe C
xistis ad āplius: ⁊ ecce factū ē min⁹. Et
intulistis in domū: ⁊ exufflaui illud: q̄
ob cām dicit dñs exercituū. Qr domus
mea deserta ē: ⁊ vos festinatis vnusq̄sq3
i domū suā. Propter hoc sup vos phi-
biti sunt celi ne darēt rorē: ⁊ terra phi
bita est ne daret germē suū. Et vocauit
siccitatē sup terrā: ⁊ sup montes: ⁊ sup
triticū: ⁊ sup vinū: ⁊ sup oleū: et q̄cūq3
pfert humus: ⁊ sup hoīes: ⁊ sup iumēta:
⁊ sup oēz laborē manuū. Et audiuit zo D
robabel fili⁹ salathiel: ⁊ iesus fili⁹ iose
dech sacerdos magn⁹: ⁊ oēs reliq̄ ppl'i
vocē dei sui: ⁊ vba aggei pphe: sicut mi
sit eū dñs de⁹ eoꝝ ad eos: ⁊ timuit oīs
pp'ls a facie dñi. Et dixit agge⁹ nūci⁹
dñi: de nunciis dñi: pp'lo dicēs. Ego vo
biscū sum: dicit dñs. Et suscitauit de⁹
spm̄ zorobabel filij salathiel ducis iu-
da: ⁊ spm̄ iesu filij iosedech sacerdotis
magni: ⁊ spm̄ reliquoꝝ de omni popu
lo: ⁊ ingressi sunt: ⁊ faciebāt opus i do
mo domini exercituum dei sui.

¶ C. S. Cōuertunt̄ pncipes ⁊ pp'ls: et
dei auxiliū eis promittit̄: prophetatur
aduentus christi ecclesie maior q̄ syna
goge: propter negligentiam edificādi
tēplū dicit omnia opera eoꝝ polluta:
et famē et plagas venisse: et post cepto
opere apparētib⁹ signis vbertatē pro-
mittit: de aduētu christi ⁊ humiliatio-
ne oīs principatus ⁊ potestatis: de re-
gno eius et quod ipse sit signaculū om-
nium saluandorum. Capitulum. ij.



In die vicesima et q̄rta mē- A
sis: in sexto mēse: in āno se
cūdo darij regis i septimo
mēse: vicesima ⁊ prima mē
sis: factum est verbū dñi in
manu aggei pphete dicēs.
Loquere ad zorobabel filium salathiel
ducem iuda: et ad iesum filiū iosedech
sacerdotem magnū: ⁊ ad reliquos po-
puli: dicens. Quis in vobis est dereli-
ct⁹: q̄ vidit domū istā in gloria sua pri
ma? Et qd vos videtis hāc nunc? Nun
quid non ita est: quasi non sit in oculis

vestris? Et nūc ꝯfortare zorobabel: di-
cit dñs: ⁊ ꝯfortare iesu filij iosedech sa
cerdos magne: ⁊ ꝯfortare oīs ppl's ter
re: dicit dñs exercituū: ⁊ facite: qm̄ ego
B vobiscū sum: dicit dñs exercituū. Uer-
bū qđ pepigi vobiscū: cū egrederemini
de terra egypti: ⁊ spūs meꝰ erit in me-
dio vrm. Nolite timere: qꝛ hec dicit dñs
Heb.12.g. exercituū. Adhuc vnū modicū est: ⁊ ego
cōmouebo celū ⁊ terrā: ⁊ mare ⁊ aridā:
et mouebo oēs gētes: ⁊ veniet desidera
tus cūctis gentibꝰ: ⁊ iplebo domū istā
glia: dicit dñs exercituū. Meū est argē
tū ⁊ meū est aurū: dicit dñs exercituū.
Magna erit glia domꝰ istiꝰ nouissime
plusq̄ prime: dicit dñs exercituū. Et i
loco isto dabo pacē: dicit dñs exercitu-
um. In vicesima ⁊ quarta noni mēsis: i
anno scđo darij regis: factū est verbum
dñi ad aggeū ꝓphetā: dicēs. Hec dicit
C dñs deꝰ exercituū. Interroga sacerdo-
tes legē dicēs. Si tulerit hō carnē san
ctificatā in ora vestimēti sui: ⁊ tetige-
rit de summitate eius panē: aut pulmē
tū: aut vinū: aut oleū: aut oēm cibū: nū
quid sctificabit? Rñdētes aūt sacerdo
tes: dixerūt. Non. Et dixit aggeus. Si
tetigerit pollutꝰ in aīa ex oībꝰ his: nū
i.q.i.ca. sic quid ꝯtaminabit? Et rñderūt sacerdo
populus. tes: ⁊ dixerūt. Cōtaminabit. Et rñdit
aggeus: ⁊ dixit. Sic ppl's iste: ⁊ sic gēs
ista ante faciē meā: dicit dñs: ⁊ sic oēe
opus manuū coꝝ: ⁊ oīa q̄ obtulerit tibi
ꝯtaminata erunt. Et nūc ponite corda
vrā a die hac ⁊ supra: antq̄ poneret la
pis sup lapidē in tēplo dñi: cū accede-
retis ad aceruū viginti modioꝝ ⁊ fierēt
decē: ⁊ intraretis ad torcular vt expri-
meretis quīquaginta lagenas: ⁊ fiebāt vi
ginti. Percussi vos vēto vrēte: ⁊ auru-
gine ⁊ grādine oīa opa manuū vraꝝ: ⁊
D nō fuit in vobis q̄ reuerteret ad me: di
cit dñs. Ponite corda vrā ex die ista: ⁊
in futuꝝ a die vicesima ⁊ q̄rta noni mē
sis: a die q̄ fundamēta iacta sūt tēpli
dñi: ponite sup cor vrm. Nūqđ iā semē
in germine est? Et adhuc vinea ⁊ ficꝰ ⁊
malogranatū ⁊ lignū oliue nō floruit?
Ex die ista bñdicā. Et factū est verbū
dñi scđo ad aggeū in vicesima ⁊ quarta
mēsis: dicēs. Loq̄re ad zorobabel ducē
iuda: dicēs. Ego mouebo celū pariter
et terrā: ⁊ subuertā soliū regnoꝝ ⁊ cō-
terā fortitudinē regni gentiū. Et sub-
uertā q̄drigā ⁊ ascēsorē eiꝰ: ⁊ descēdēt
equi ⁊ ascēsores eoꝝ: vir in gladio fra
tris sui. In die illa dicit dñs exercituū:
assumā te zorobabel filiū salathiel ser-
ue meus: dicit dñs: ⁊ ponā te q̄si signa-
culū: qꝛ te elegi: dicit dñs exercituum.

¶ Aggeus propheta explicit.

¶ Prologus in zachariam
prophetam incipit.

Ecundo anno darij regis me
doꝝ: aggeū ⁊ zachariā ꝓphe-
tasse: lectiones eorūdē decla
rāt. Sz hac de cā aggeus za-
charie in ordine ꝓphetaꝝ ꝑ-
latus esse videt: q̄ cū duobꝰ mensibus
(vt ꝑdictoꝝ lectiōes ondūt) in ꝓphe-
tia ꝑcessisse inuenit: ⁊ ad reparationē
tēpli ꝑcepto dei ppl'm aīasse: vt esdras
refert dicens. In scđo anno darij regis i.esdre.5.a
ꝑsarū ꝓphetauerūt aggeus ⁊ zacharias
filius addo ꝓphete sup iudeos q̄ erāt
in iudea et hierl'm super israel in noīe
dei sup eos. Tūc surrexerūt zorobabel
filius salathiel: et iesus filiꝰ iosedech:
⁊ ꝑncipes eius: inchoauerūtq̄ edifica-
re domū dei: que est in hierl'm. Quibus
cū adessent ꝓphete: exhortatiōe sua ad
iuuerūt eos. Nā ⁊ ppl'm isrl' ab imita-
tiōe paternoꝝ delictoꝝ per suā admo
nitionē idē ꝓpheta cupiens reuocare:
verbis lectiōe cōprehēsis vsus est. Ui-
di nocte: ⁊ ecce vir ascēderat sup equū zach.i.b.
rubeū ⁊c. Uidit ꝓpheta virū equo ru-
beo sedentē: ⁊ stantē in medio myrteti
vmbrosi. Cuius visiōis hec solutio est
ꝑm hebreoꝝ traditionē. Uir ascēdens
sup equū rubeū: lz angelus intelligat:
tñ qꝛ ꝑdicti coloris equū ꝯscēdere vi-
sus est: vīdictā sanguinis in eā gētē si-
gnificat afferēdā: q̄ ppl'm isrl' in capti-
uitatē redegerat. Nā ⁊ esaias ꝓpheta
ꝑ ruborē vestimētoꝝ inter gētes vindi
ctā cū sanguine a deo ꝯferēdā demon-
strās: his verbis vsus est dicēs. Quis ē Esa.63.b.
iste qui venit de edō tinctis vestibꝰ de
bosra ⁊c. Stantē vero in medio myrte
ti vmbrātis: q̄ dixit leticiā ppl'o affu-
turā: ꝑ myrteti significationem voluit
designari. Eius ligni moyses in leuiti Leui.23.d.
co cū faceret mētionē ait. Accipietis die
prima fructus ligni speciosi: vt leticiā
ppl'i ꝑ bene olētis ligni ⁊ speciosi vm-
braculū demōstraret. Sed hāc visionē
que liberationē ppl'i ⁊ vindictā de ad
uersarijs affuturam demōstrat: ob hoc
noctu ꝓpheta se vidisse memorauit: qꝛ
ppl'm isrl' in ꝑma liberatione de terra
egypti noctu discessisse ꝯstabat. Cuius
exēpli: qꝛ presens ppl'o aliquā partem

in se retinere videbat: liberatio eiusdē ac reditus captiuitatis de terra chaldeoꝝ per noctē prophete est reuelata.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.



Zacharias memor dñi sui: multiplex in ꝓphetia: iesū cū vestibus sordidis vestitū: ꝛ lāpadē oculoꝝ septē cādelabrūq; aureū cū totidem lucernis quot oculis: duas q; oliuas a sinistris lāpadis cernit ꝛ a dextris: ꝛ post equos rufos varios: ꝛ albos: et dissipatas quadrigas ex ephraim: ꝛ equū de hierl'm: pauperē regē vaticinatur: ꝛ ꝓdicit regē sedētē super pullum filium asine subiugalis.

¶ Explicit argumentum.

¶ Zacharias propheta incipit.

¶ C. S. Propheta monet populū reuersum vt reuertatur ad dnm: ne contēnat vocem ꝓphetarū sicut patres coꝝ qui puniti sunt: ꝑmittitur visio saluatoris ꝛ apostoloꝝ: typo equoꝝ: ꝑmissio liberationis iudeorū: de liberatiōe consolationis et misericordie: de vindicta in aduersarios. Cap. j.

B



In mēse octauo in anno scdo darij regis factū est verbum dñi ad zachariā filiū barachie filij addo ꝓphetā: dicēs. Iratus est dñs sup patres vestros iracundia: et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū. Cōuertimini ad me: ait dñs exercituū: ꝛ ꝯuertar ad vos: dicit dñs exercituū. Ne sitis sicut patres vr̄i ad quos clamabant ꝓphete priores: dicentes. Hec dicit dñs exercituū. Cōuertimini de vijs vestris malis ꝛ cogitationibus vestris pessimis: ꝛ nō audierūt neq; attenderūt ad me: dicit dñs. Patres vr̄i vbi sunt ꝛ ꝓphete? Nunquid in sempiternū viuet? Uerūtñ verba mea ꝛ legitima mea que mādaui seruis meis prophetis: nūqd nō cōprehēderūt patres vr̄os? Et ꝯuersi sunt: ꝛ dixerūt. Sicut cogitauit dñs exercituū facere nobis s̄m vias nr̄as: et s̄m adinuētiōes nr̄as fecit nobis. In die vicesima et quarta vndecimi mēsis sabbath: in anno scdo darij factū est verbū dñi ad zachariā filiū barachie filij addo ꝓphetā: dicēs.

Uidi p noctē: ꝛ ecce vir ascēdēs super equū rufuꝫ: ꝛ ipse stabat iter myrteta q̄ erāt in ꝓfundo: ꝛ post eū equi rufi varij ꝛ albi. Et dixi. Qui sunt isti dñe mi? Et dixit ad me angelus dñi q̄ loq̄bat in me. Ego ostēdā tibi qd sint hec. Et rn̄dit vir q̄ stabat iter myrteta: ꝛ dixit. Isti sunt quos misit dñs: vt perābulēt terrā. Et rn̄derūt angelo dñi q̄ stabat inter myrteta: ꝛ dixerūt. Perambulauimus terrā: ꝛ ecce oīs terra habitat ꝛ quiescit. Et rn̄dit angelus dñi: ꝛ dixit. Dñe exercituū: vsq; quo tu nō miserebe- C
ris hierl'm ꝛ vrbiuꝫ iuda: q̄bus iratus es. Iste iam sep tuagesim' annus est. Et rn̄dit dñs angelo q̄ loquebat in me verba bona: verba ꝯsolatoria. Et dixit ad me angelus q̄ loquebat in me. Clama: j. 8. a.
dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Zelat' sum hierusalē ꝛ sion zelo magno: ꝛ ira magna: ego irascor sup gentes opulentas: q2 ego iratus sum paruꝫ: ipsi vero adiurauerunt in malū. Propterea hec D
dicit dñs. Reuertar ad hierl'm in misericordijs: et domus mea edificabit in ea: ait dñs exercituū. Et ꝑpēdiculū extēdet sup hierl'm. Adhuc clama dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc affluent ciuitates mee bonis: ꝛ ꝯsolabit ad huc dñs sion: ꝛ eliget adhuc hierusalē. Et leuaui oclos meos: ꝛ vidi: ꝛ ecce q̄- j. 2. a. 5. a.
tuor cornua. Et dixi ad angelū q̄ loque- ꝛ. 9. a.
batur in me. Quid sunt hec? Et dixit ad me. Hec sunt cornua q̄ vētilauerunt iudā: ꝛ isrl' ꝛ hierl'm. Et ostendit mihi dñs quatuor fabros. Et dixi. Quid isti veniūt facere? Qui ait dicēs. Hec sunt cornua q̄ vētilauerūt iudā p singulos viros: ꝛ nemo coꝝ leuauit caput suū. Et venerūt isti deterrere ea: vt deijciāt cornua gentiū: q̄ leuauerūt cornua sup terram iuda: vt dispergerent eam.

¶ C. S. Uisio cadauerū: visio interiētis hierl'm in funiculo ꝛ angeli nūciantis restaurationē hierl'm: reuocātur dispersi ad siō sicut ad sedē ꝓpriā: de aduentu xp̄i ꝛ ꝑfectorum suoꝝ: exhortatio hierusalē restitute vt gaudeāt. Cap. ij.

Et leuaui oclos meos ꝛ vidi: B
et ecce vir: ꝛ in manu ei' funiculus mensoꝝ. Et dixi. Quo j. 5. a. ꝛ. 9. a.
tu vadis? Et dixit ad me. Ut metiar hierl'ꝫ: ꝛ videā quāta sit lōgitudo eius: ꝛ quāta latitudo ei'. Et ecce angel' q̄ loquebat in me: egrediebat: ꝛ alius angelus egrediebat in occursuꝫ ei': ꝛ dixit ad eū. Curre: loq̄

re ad puerū istū dicēs. Absq3 muro ha
B bitabit hierl'm pre multitudine hoīz:
τ iumētoꝝ in medio ei⁹. Et ego ero ei:
ait dñs: murus ignis in circuitu: et in
gloria ero i medio ei⁹. O. o. o. fugite de
terra aqlōis: dicit dñs: qm̄ in quatuor
vētos celi dispersi vos: dicit dñs. O siō
fuge que habitas apud filiā babylōis:
C q2 hec dicit dñs exercituū. Post gloriā
2.q.7.c.ac- misit me ad gentes que spoliauerunt
cusatio.l. vos. Qui eñ tetigerit vos: tanget pu-
pillā oculi mei. Quia ecce ego leuo ma
num meā super eos: et erunt prede his
qui seruiebant sibi: τ cognoscetis quia
dominus exercituū misit me. Lauda et
letare filia sion: q2 ecce ego venio τ ha-
D bitabo in medio tui: ait dñs. Et appli
cabuntur gentes multe ad dñm in die
illa: τ erunt mihi in populum: et habi
tabo in medio tui: et scies q2 dominus
exercituū misit me ad te. Et possidebit
dñs iudā partē suā in terra sanctifica-
ta: et eliget adhuc hierusalem. Sileat
omnis caro a facie domini: quia cōsur
rexit de habitaculo sancto suo.

¶ C. S. Accusatur iesus sacerdos de
vxore alienigena: τ ablatis vestib⁹ sor-
didis: idut⁹ mutatorijs irep vias dñi
iubet: de lapide sup quē septē oculi et
celatura eius in typo christi. Ca. iij.



B
50. dist. ca. iesus. De pe. dist. 2. ca. si eñ. versi. iesus quoq3.
T ostēdit mihi dñs iesum
sacerdotē magnū stātē co-
ram angelo dñi: et sathan
stabat ad dextris ei⁹: vt ad
uersaretur ei. Et dixit dñs
ad sathan. Increpet dñs in
te sathan: τ increpet dñs in te q̄ elegit
hierl'm. Nunquid nō iste torris est eru-
tus de igne. Et iesus erat indutus vesti
B bus sordidis: τ stabat ante faciem an-
geli. Qui respōdit τ ait ad eos qui sta-
bant corā se: dicens. Auferte vestimēta
sordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce
abstuli a te iniquitatem tuam: τ indui
te mutatorijs. Et dixit. Ponite cida-
rim mundam super caput eius. Et po-
suerunt cidarim super caput eius mū-
C dam: τ induerunt eum vestibus. Et an-
gelus domini stabat: et contestabatur
angelus domini iesum dicens. Hec di-
cit dominus exercituū. Si in vijs meis
ambulaueris: τ custodiam meam custo
dieris: tu quoq3 iudicabis domū meā:
τ custodies atria mea: τ dabo tibi am-
bulantes de his qui nunc hic assistunt.
Audi Iesus sacerdos magni: tu τ ami
ci tui qui habitant coram te: quia viri
portēdentes sunt. Ecce enim ego addu D
cam seruum meum orientem: quia ecce
lapis quem dedi corā iesu: super lapi-
dem vnum oculi sunt septem. Et ecce
ego celabo sculpturam eius: ait domi-
nus exercituum: et auferam iniquita-
tem terre illius in die vna. In die illa:
dicit dñs exercituū: vocabit vir amicū
suum subter vineam et subter ficum.

¶ C. S. De cādelabro τ lucernis eius:
de mōte desolato: τ lapide primario τ
septē oculis: et expositione duarū oli-
uarum iuxta candelabrum. Ca. iiij.



T reuertius est angelus qui B
loquebatur in me τ suscita
uit me quasi virum qui su-
scitatur de somno suo. Et
dixit ad me. Quid tu vi-
des? Et dixi. Vidi: et ecce
candelabrum aureum totum: et lāpas 1.5.a.
eius super caput ipsius: τ septem lucer
ne eius super illud: τ septem infusoria
lucernis que erant super caput eius: τ
due oliue super illud: vna a dextris lā-
padis: τ vna a sinistris eius. Et respon
dit aio ad angelum qui loquebatur in
me: dicens. Quid sunt hec domine mi?
Et respondit angelus qui loquebatur
in me: et dixit ad me. Nunquid nescis B
quid sunt hec? Et dixi. Nō domine mi.
Et respondit: τ ait ad me: dicens. Hoc j. eodem.
est verbū domini ad zorobabel dicēs.
Non in exercitu nec in robore: sed τ in
spiritu meo: dicit dominus exercituū.
Quis tu mons sion magne coram zoro
babel in planum? Et educet lapidem
primarium: et exequabit gratiam gra-
tie eius. Et factum est verbum domini
ad me dicens. Manus zorobabel fun-
dauerunt domum istam: et manus ei⁹ C
perficient eam: et scietis quia domin⁹
exercituum misit me ad vos. Quis eñ
despexit dies paruos? Et letabuntur
et videbunt lapidem stanneum in ma-
nu zorobabel. Septem sunt isti oculi
domini qui discurrunt in vniuersam
terram. Et respondi: et dixi ad eum.
Quid sunt due oliue iste ad dexteram
cādelabri τ ad sinistram eius? Et rūdi
secūdo τ dixi ad eū. Quid sunt due spi D
ce oliuarum que sunt iuxta duo rostra
aurea in q̄b⁹ sunt suffusoria ex auro?
Et ait ad me: dicēs. Nūquid nescis q̄d j. eodem.
sunt hec? Et dixi. Non domine mi. Et
dixit. Isti sunt duo filij olei splēdoris:
q̄ assistunt dominatori vniuerse terre.

¶ C. S. De libro volante: de amphora et mulieribus portantibus eam. Cap. v.

A Et conversus sum: et levavi oculos meos: et vidi. Et ecce volumen volans. Et dixit ad me. Quid tu vides. Et dixi. Ecce ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum: et latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre: quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur: et omnis iurans

B ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud: dicit dominus exercituum: et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: et commorabitur in medio domus eius et consumet eam: et ligna eius et lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in me. Et dixit ad me. Leva oculos

C tuos et vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi. Quidnam est. Et ait. Hec est amphora egrediens. Et dixit. Hic est oculus eorum in universa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur: et ecce mulier una sedens in medio amphore. Et dixit. Hec est impietas. Et proiecit eam in medio amphore: et misit massam plumbeam in os eius. Et le-

D vavi oculos meos: et vidi: et ecce due mulieres egredientes: et spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui: et levaverunt amphoram inter terram et celum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quo iste deferunt amphoram. Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar: et stabiliatur: et ponatur ibi super basem suam.

¶ C. S. De montibus ereis: et quatuor quadrigis: et equis earum perambulantibus terram: de coronis ponendis in capite iesu: de viro cuius nomen est oriens: et cursu gentium ad edificandum templum. Ca. vi.

A Et conversus sum: et levavi oculos meos: et vidi. Et ecce quatuor quadrige egredientes de medio duorum montium: et montes: montes erei. In quadriga prima equi rufi: in quadriga secunda equi nigri: in quadriga tertia equi albi: et in quadriga quarta equi varii et fortes. Et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quid sunt hec domine mi? Et re-

B spondit angelus: et ait ad me. Isti sunt quatuor venti celi qui egrediuntur ut stent coram dominatore omnis terre. In qua erant equi nigri egrediebantur in terram aquilonis: et albi egressi sunt post eos: et varii egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite et perambulate terram. Et perambulaverunt terram. Et vocavit me: et locutus est ad me di-

C cens. Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis: requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. Et factum est verbum domini ad me dicens. Sume a transmigratione ab oldai: et a tobia et ab idaia: et venies tu in die illa: et intrabis domum iosie filii sophonie qui venerunt de babylone: et sumes aurum et argentum: et facies coronas: et pones in capite iesu filii iosedech sacerdotis magni: et loqueris ad eum dicens. Hec ait dominus exercituum: dicens. Ecce vir oriens nomen

D eius. Et subter eum orietur: et edificabit templum domino: et ipse extruet templum domino. Et ipse portabit gloriam: et sedebit et dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo: et consilium pacis erit inter illos duos. Et corone erunt helem et tobie et idaie et hen filio sophonie memoriale in templo domini. Et qui procul sunt venient: et edificabunt in templo domini. Et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc: si auditu audieritis vocem domini dei vestri.

¶ C. S. Arguit ieiunia sine operibus misericordie: et propter contemptu mandatorum devenisse: dicit dispersionem et vastitatem israel: et ex misericordia dei populum revocans. Capi. vii.

A Et factum est in anno quarto darii regis: factum est verbum domini ad zachariam in quarta mensis noni qui est casleu. Et miserunt ad domum dei sarasar et rogomelech: et viri qui erant cum eis ad precandum faciem domini. ut dicerent sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis loquentes. Nunquid flendum est mihi in quinto mense: vel sacrificare me debeo: sicut feci iam multis annis. Et factum est verbum domi-

B ni exercituum ad me dicens. Loquere ad omnem populum terre et ad sacerdotes dicens. Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis et bibistis: nunquid non vobis comedistis: et vobismetipsis bibistis? Nunquid non hec sunt verba que locutus est dominus in manu prophetarum priorum: cum adhuc hierusalem habitaretur: et esset opulenta: et ipsa et urbes in circuitu eius: et ad austrum et in campestribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad zachariam dicens.

Hec ait

C Hec ait dñs exercituū dicens. Iudiciū
verū iudicate: ⁊ miam ⁊ miserationes
facite vnusquisq₃ cū fratre suo. Et viduā
Exo.22.c. et pupillū ⁊ aduenā ⁊ pauperē nolite
caluniari: ⁊ malū vir fratri suo nō co-
gitet in corde suo. Et noluerūt attēde
re: ⁊ auerterūt scapulā recedētes: ⁊ au
res suas aggrauauerunt ne audirēt: et
cor suū posuerūt vt adamātē ne audirēt
legē: ⁊ v̄ba que misit dñs exercituū in
spū suo scō p manū pphetarū prioꝝ.
D Et facta est idignatio magna a dño ex-
Ag.2.c. ercituū. Et factū est sicut locut⁹ ē sum
et sicut nō audierūt: sic clamabūt ⁊ nō
exaudiam: dicit dñs exercituū. Et disp
si eos per oīa regna que nesciūt: ⁊ ter-
ra desolata est ab eis eo q̄ nō esset trā-
siens et reuertens: et posuerūt terram
desiderabilem in desertum.

¶ C.8. Cōfortat pplm in opere tēpli:
qꝛ labor suus prior fuit sterilis: s₃ nūc
erit merces: ⁊ docet pplm facere indi-
ciū: ⁊ puocat ad ieiunium: pphetat de
cursu gētiū ad fidē: de fimbria viri iu-
dei a decē gētibus apprehēsa. Ca.viij.



Et factū est verbū dñi exer-
B citnū dicēs. Hec dicit dñs
I.1.a. exercituū. Zelatus sū₃ siō
zelo magno: ⁊ indignatiōe
magna zelatus su₃ eā. Hec
dicit dñs exercituū. Reuer
sus sum ad sion: ⁊ habitabo in medio
hierlm: et vocabitur hierusalē ciuitas
veritatis: ⁊ mons dñi exercituū mons
sanctificatus. Hec dicit dñs exercituū.
Adhuc habitabūt senes ⁊ anus in pla-
teis hierusalē: ⁊ viri baculus in manu
eius pre multitudine dierū: ⁊ platee ci
uitatis cōplebunt infantib⁹: ⁊ puellis
ludētib⁹ in plateis ei⁹. Hec dicit dñs
exercituū. Si videbit difficile in ocu-
lis reliquiarū ppli hui⁹ in dieb⁹ illis:
nunqd in oculis meis difficile erit: di
B cit dñs exercituū. Hec dicit dñs exerci
tuū. Ecce ego saluabo pplm meum de
terra orientis ⁊ de terra occasus solis:
et adducam eos: ⁊ habitabūt in medio
hierlm: ⁊ erūt mihi in pplm: ⁊ ego ero
eis in deū in veritate ⁊ in iustitia. Hec
dicit dñs exercituū. Confortentur ma-
nus vestre qui auditis in his dieb⁹ ser
mones istos per os pphetarum in die
qua fundata est dom⁹ dñi exercituū: vt
templū edificaret. Siquidē ante dies
illos merces hoīm nō erat: nec merces
iumentorum erat: neq₃ introeūti neq₃
exeunti erat pax pre tribulatione: ⁊ di
misi omnes homines vnūquēq₃ cōtra
pximum suū. Nunc aūt non iuxta dies
priores ego faciā reliquijs ppli huius:
dicit dñs exercituū: s₃ semē pacis erit.
Uinea dabit fructū suū: ⁊ terra dabit
germen suū. Et celi dabūt rorē suum: ⁊
possidere faciam reliquias ppli huius
vniuersa hec. Et erit sicut erat maledi C
ctio in gētibus domus iuda et domus
isrl: sic saluabo vos: ⁊ eritis bñdictio.
Nolite timere. Cōfortētur manus vr̄e:
qꝛ hec dicit dñs exercituū. Sicut cogi
taui vt affligerē vos cū ad iracūdiam
puocassent patres vestri me: dicit dñs:
et non sum misertus: sic cōuersus cogi
taui in diebus istis vt benefaciam hie-
rusalem ⁊ domui iuda. Nolite timere.
Hec sunt ergo verba q̄ facietis. Loqmi
ni veritatē vnusquisq₃ cū pximo suo. Ue Ephe.4.b.
ritatē ⁊ iudiciū pacis iudicate in por
tis vr̄is: ⁊ vnusquisq₃ malū cōtra amicū
suū ne cogitetis in cordibus vestris: ⁊ 22.q.4.cum
iuramētū mēdax ne diligatis. Omnia actione.
eīn hec sunt que odi: dicit dñs. Et fctm̄ D
est verbū dñi exercituū ad me dicens. 77.dist.ca
Hec dicit dñs exercituū. Ieiuniū quar ieiunium.
ti: ⁊ ieiuniū qnti: et ieiuniū septimi: ⁊
ieiuniū decimi erit domui iude in gau
diū ⁊ in letitiā: ⁊ in solēnitates precla
ras. Ueritatē tm̄ et pacē diligite. Hec
dicit dñs exercituū. Usq₃quo veniant
ppli ⁊ habitēt in ciuitatib⁹ multis: et
vadāt habitatores vn⁹ ad alterū dicē-
tes. Eamus ⁊ deprecemur faciē dñi: et
queramus dñm exercituū. Uadā etiam
ego. Et veniēt populi multi ⁊ gētes ro
buste ad qrēdū dñm exercituū in hieru
salē: ⁊ deprecandū faciē dñi. Hec dicit
dñs exercituū. In diebus illis in qbus
apprehendent decē hoīes ex omnibus
linguis gentiū: ⁊ apprehendēt fimbriā
viri iudei dicētes. Ibimus vobiscum.
Audiuimus eīn qm̄ deus vobiscū est.

¶ C.9. De vocatione gentium quarū
scia destruet: spes cōfundet: supbia hu
miliabitur: ⁊ sic ecclesia construetur et
munietur: de aduentu dñi ⁊ die ramis
palmarū: de passione ei⁹ ⁊ liberatione
sctoꝝ: de inferno: de cōfusione heretico
rum et philosophoꝝ: ⁊ de victoria iu
deorum contra gentes. Capi.ix.



Onus v̄bi dñi in terra adrach A
et damasci requiei eius: quia
dñs est oculus hoīs ⁊ oīm tri
buum isrl. Emath q̄₃ in ter-
minis ei⁹ ⁊ tyrus ⁊ sidon. As
sumpserūt q̄ppe sibi sapientiā valde.

Als + coa- cernauerũt. Et edificauit tyrus munitionem suã: et + coaceruauit argẽtũ quasi humũ: τ aurũ vt lutũ platearũ. Ecce dñs possidebit eã: τ percutiet in mari fortitudinem ei⁹: τ hec igni deuorabit. Uidebit ascalon τ timebit: τ gaza τ dolebit nimis:
Als + pijt. et accarõ: qm̃ + cõfusa est spes eius. Et
B peribit rex de gaza: τ ascalõ nõ habitabitur. Et sedebit separator in azoto: τ disperdã supbiã philistinoꝝ. Et auferã sanguinẽ de ore eius: τ abominatiões ei⁹ de medio dẽtiũ ei⁹. Et relinquetur etiã ipse deo nr̃o: τ erit q̃si dux i iuda: et accarõ q̃si iebuseus. Et circũdabo domũ meã ex his q̃ militãt mihi eũtes et reuertẽtes: τ nõ trãsibit sup eos vltra exactor: q: nũc vidi in oculis meis.
Esa. 62. d. Exulta satis filia sion: iubila filia hierusalẽ. Ecce rex tu⁹ veniet tibi iustus τ
Mat. 21. d. saluator: ipse paup τ ascẽdẽs sup asinã
C τ sup pullũ filiũ asine. Et disperdã q̃drigã ex ephraim et equũ de hierl̃m: τ dissipabit arcus belli. Et loq̃tur pacẽ gẽtibus: τ ptãs ei⁹ a mari vsq; ad mare: τ
Als + vero a fluminib⁹ vsq; ad fines terre. Tu + q̃z in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nõ est aq̃. Conuertimini ad munitionẽ vincti spei. Hodie q̃z annũciãs duplicia reddã tibi:
Als + extẽdam. qm̃ + extẽdi mihi iudã: q̃si arcũ impleui terrã ephraiz. Et suscitabo filios tuos siõ sup filios tuos grecia: τ ponã te q̃si
D gladiũ fortiũ: τ dñs de⁹ sup eos videbitur: τ exibit vt fulgur iaculũ eius. Et dñs de⁹ i tuba canet: τ vadet i turbine austri. Dñs exercituũ proteget eos et deuorabunt: τ subijciẽt lapidib⁹ funde: τ bibẽtes inebriabunt q̃si a vino: τ replebunt vt phiale: τ q̃si cornua altaris. Et saluabit eos dñs de⁹ eoꝝ in die illa vt gregẽ ppl'i sui: q: lapides scti eleuabũtur sup terrã eius. Quid enĩ bonũ eius est: τ q̃d pulchrũ eius nisi frumentum electoꝝ: et vinum germinãs virgines?

¶ C. S. Monetur ppl's petere doctrinam veritatis: q: seducti mẽdacio captiuati sunt: pmittit eis liberatio: reuersio: cõgregatio in vnũ gregẽ: et inimicoꝝ suoꝝ liberatio. Capi. x.

A 
Etite a dñõ pluuiã in tpe serotino: et dñs faciet niues τ pluuiã imbris: et dabit eis singulis herbam in agro. Q: simulacra locuta sunt inutile: τ diuini viderũt mẽdaciũ: τ somniatores locuti sũt frustra: τ vane cõsolabant. Jdcirco abducti sunt: quasi grex affligẽtur: q: nõ est eis pastor. Sup pastores iratus est
B furor meus: τ super + hircos visitabo.
Als + agnos. Q: visitauit dñs exercituũ gregẽ suũ domũ iuda: τ posuit eos q̃si equũ glĩe
Als + p̃lio. sue in + bello. Ex ipso + angulus: ex ipso
Als + ãgel⁹ paxillus: ex ipso arcus prelij: τ ex ipso egrediet oĩs exactor simul. Et erũt q̃si
Als + cõculcatores. fortes + cõculcãtes lutũ + viarũ in prelio. Et bellabũt: q: dñs cũ eis: τ cõfundent ascẽsores equoꝝ. Et cõfortabo do-
Als + platearum. mum iuda: τ domũ ioseph saluabo. Et cõuertã eos: q: miserebor eoꝝ: τ erũt
C sicut fuerũt qñ nõ piecerã eos. Ego enĩ dñs deus eoꝝ et exaudiã eos: et erunt quasi fortes ephraim: τ letabit cor eoꝝ quasi a vino: et filij eoꝝ videbũt τ letabunt: τ exultabit cor eoꝝ i dñõ. Sibilabo eis. Et cõgregabo illos: q: redemi
D eos. Et multiplicabo eos sicut añ fuerant multiplicati: τ seminabo eos in pplis. Et de lõge recordabũtur mei: et viuẽt cũ filijs suis et reuertẽtur. Et reducã eos de terra egypti: et de assyrijs cõgregabo eos. Et ad terrã galaad τ libani adducam eos: et nõ inuenief eis locus. Et trãsibit in maris freto: τ percutiet in mari fluctus: et cõfundentur oĩa pfunda fluminis. Et humiliabitur superbia assur: τ sceptrũ egypti recedet. Confortabo eos in dñõ: et in nomine eius ambulabunt: dicit dominus.

¶ C. S. Prophetat planctus de destructione tẽpli p romanos: τ q̃d non pcef pplo cui pastores nõ parcebãt: sz occidebãt: τ nõ corripiebãt: de duabus virgis in figura iudeoꝝ et gẽtiũ: de precisione gẽtium τ correptione iudeoꝝ: de antichristo pastore. Capi. xi.

A 
Peri libane portas tuas: τ comedet ignis cedros tuas. Ulula abies: q: cecidit cedrus: qm̃ magnifici vastati sunt. Ululate quercus basan: qm̃ succisus est saltus munitus. Uox vlulatus pastorum: q: vastata est
Als + superbia. + magnificentia eoꝝ. Uox rugitus leonum: qm̃ vastata est superbia iordanis. Hec dicit dñs de⁹ meus. Pasce pecora occisionis: que q̃ possederãt occidebãt et nõ dolebãt: et + vendebant ea dicen-
Als + vendabant. tes. Benedict⁹ dñs: diuites facti sum⁹. Et pastores eorum non parcebant eis: et ego non parcã vltra super habitantes terrã: dicit dominus. Ecce ego tra-
B dam homines vnũquẽq; in manu proximi sui: τ in manu regis sui: τ concidẽt

verrã: τ nõ eruã de manu eoꝝ: et depa-
scã pecus occisiõis ꝑpter hoc o paupe
res gregis. Et assumpsi mihi duas vir
gas: vnã vocaui decorẽ: τ alterã vocaui
funiculũ: τ paui gregẽ. Et succidi tres
Die.25.a. pastores in mense vno: et contracta est
C alia mea in eis. Si quidẽ et aia eorum
variauit in me. Et dixi. Nõ pascã vos.
Qđ moritur moriatur: et qđ succidit
succidat: τ reliq̃ deuorẽt vnusq̃sq̧ car
Als.✝ab- nem ꝓximi sui. Et tuli virgã meã que
scondi. vocabat decus: et ✝ abscidi eã vt irritũ
facerẽ fœdus meũ qđ percussi cũ oibus
ꝑplis: τ in irritũ deductũ est i die illa.
Et cognouerũt sic pauperes gregis q̃
custodiũt mihi: q2 ꝟbũ dñi est. Et dixi
Als.✝red- ad eos. Si bonũ est in oculis vr̃is ✝ af-
dite. ferte mercedẽ meã: τ si non q̃escite. Et
appẽderũt mercedẽ meã triginta argẽ-
teos. Et dixit dñs ad me. Proiice illud
ad statuariũ. Decoꝝ preciũ quo appre
D ciatus sum ab eis: τ tuli triginta argẽ-
teos. Et ꝓieci illos in domo dñi ad sta
tuariũ. Et ꝓscidi virgã meã scđam que
appellabat funiculus: vt dissoluerent
germanitatẽ inter iudã τ isrl̃. Et dixit
dñs ad me. Adhuc sume tibi vasa pasto
ris stulti. Q2 ecce ego suscitabo pasto-
rem in terra q̃ derelicta non visitabit:
dispersum nõ queret: τ cõtritũ non sa-
nabit: τ id qđ stat nõ enutriet: τ carnes
pinguiũ comedet: τ vngulas eoꝝ dis-
soluet. O pastor τ idolũ: τ derelinq̃ẽs
gregẽ. Gladius super brachiũ eius: et
super oculũ dextrũ eius. Brachiũ eius
ariditate siccabitur: et oculus dexter
eius tenebrescens obscurabitur.

¶ C. S. De obsidiõe hierl̃m: τ populis
inebriãdis in persecutiõe eius: τ lace-
rãdis: τ percutiẽdis: de misericordia
dei sup hierl̃m: cuius duces sicut ignis
vastabũt hostes suos: et dominus pro-
teget et ꝓmouebit habitatores ei⁹: de
effusione spiritussancti: et planctu iu-
deorum ꝓ nece christi. Capi.xij.



B Nus verbi dñi sup isrl̃. Di-
xit dñs extẽdẽs celũ τ fũdãs
terram: τ fingẽs spm̃ hois in
eo. Ecce ego ponã hierl̃m su
perliminare crapule oib⁹ po
pulis in circuitu: sed τ iuda erit in ob
sidione ɔtra hierl̃m. Et erit in die illa:
ponã hierl̃m lapidẽ oneris cũctis po-
pulis. Oẽs q̃ leuabũt eũ cõcisione lace
rabũtur: τ colligẽtur aduersum eã oia
regna terre. In die illa: dicit dñs. Per-
cutiam oẽm equũ in stuporẽ: τ ascẽso-
rem eius in amentiam. Et sup domum B
iuda aperiã oculos meos: τ oẽm equũ
ꝑploꝝ percutiã cecitate. Et dicẽt du-
ces iuda in corde suo: cõfortẽtur mihi
habitatores hierl̃m in dño exercituũ
deo eoꝝ. In die illa ponam duces iuda
sicut caminum ignis in lignis: et sicut
faciem ignis in feno: et deuorabunt ad
dexteram τ ad sinistram omnes popu-
los in circuitu. Et habitabitur hierl̃m
rursus in loco suo i hierl̃z: et saluabit
dñs tabernacula iuda sicut in princi-
pio: vt nõ magnifice glorietur domus
dauid: τ gloria habitãtiũ hierusalem
contra iudã. In die illa ꝓteget dñs ha C
bitatores hierl̃m. Et erit q̃ offenderit
ex eis in die illa quasi dauid: τ domus
dauid quasi dei: sicut ãgelus dñi in cõ-
spectu ✝ eius. Et erit in die illa: querã Als.✝ eoꝝ.
ɔterere oẽs gẽtes que veniunt contra
hierusalẽ: et effũdã super domũ dauid
et super habitatores hierl̃m spm̃ gra-
tie et precum. Et aspicient ad me quẽ Job.19.g.
confixerunt: et plangent eum planctu
quasi super vnigenitũ: et dolebũt sup
eum vt doleri solet in morte primoge- D
niti. In die illa magnus erit plãct⁹ in
hierl̃m: sicut plãctus adrẽmõ in cãpo
mageddon. Et plangẽt terre familie: τ 4.reg.23.h.
familie seorsum. Familie dom⁹ dauid
seorsum: τ mulieres eoꝝ seorsum. Fa-
milie domus nathã seorsum: τ mulie-
res eoꝝ seorsum. Familie domus leui
seorsũ: τ mulieres eoꝝ seorsũ. Familie
semei seorsum: τ mulieres eoꝝ seorsũ.
Oẽs familie relique familie: τ familie
seorsum: τ mulieres eorum seorsum.

¶ C. S. De fonte baptismi: de destru-
ctiõe idoloꝝ: de pseudo ꝓphetis τ eo-
rum mẽdacij: de passiõe xp̃i: de ꝓbatio
ne tertie partis: scz xp̃ianoꝝ pereunti
bus iudeis: et gẽtilibus in infidelitate
sua permanentibus. Capi.xiij.



N die illa erit fons patens B
domui dauid τ habitanti-
bus hierl̃m: in ablutionem
peccatoris τ mẽstruate. Et Exo.30.d.
erit in die illa: dicit dñs ex
ercituũ. Disperdã nomina
idoloꝝ de terra: et nõ memorabuntur
vltra. Et pseudo prophetas: τ spm̃ im
mũdum auferã de terra. Et erit cũ ꝓ-
phetauerit q̃spiã vltra: dicẽt ei pater
eius τ mater eius q̃ genuerũt eũ. Non B
viues: q2 mẽdaciũ locutus es in nomi-
ne dñi. Et cõfigent eũ pater eius et mr̃
eius: genitores ei⁹ cũ ꝓphetauerit. Et

erit in die illa: cōfundent̄ pphete vnus
quisq̄ ex visione sua cū pphetauerint:
nec operiētur pallio saccino vt mētiā
tur. Sed dicet. Nō sū ppheta. Homo
agricola ego sum: qm adā exēplū meū
C ab adolescētia mea. Et dicet ei. Quid
sunt plage iste in medio manuū tuarū.
Als. in Et dicet. His plagatus sū in domo
medio. eorū q̄ diligebāt me. Framea suscitare
sup pastorē meū & sup virū coherentē
mihi: dicit dn̄s exercituū. Percute pa
storē & dispgent̄ oues. Et cōuertā ma
D nū meā ad paruulos. Et erūt in oī ter
Mat.26.c ra: dicit dn̄s. Partes due in ea dispe
Als. disp gētur & deficiēt: & tertia pars relinquet̄
dentur. in ea. Et ducā tertiā partē per ignē: et
vrā eos sicut vrit̄ argētū: & pbabo eos
sicut pbatur aurū. Ipse vocabit nomē
meū: et ego exaudiā eū. Et dicam pplūs
Dist.1.ca.1. meus es: & ipse dicet dn̄s deus meus.
De cōse.di. ¶ C. S. De destructione hierl̄m p nece
2.c.celebrā xpi & scissione pplōꝝ sub typo mōtis
tc. oliuarū: de die iudicij: & aduētu xpi: et
latitudine ecclesie: de plagis hostium
hierl̄m: de plagis nō faciētiū scenophe
gia: q2 lebetes vertētur in phialas & nō
erit mercator in ecclesia. Cap. xiiij.

E Ecce dies dn̄i veniēt: dicit
dn̄s: & diuident̄ spolia tua
in medio tui. Et cōgrega
bo oēs gētes ad hierl̄m in
pliū: & capiet̄ ciuitas: & va
stabunt̄ domus: & mulieres
violabunt̄. Et egrediet̄ media pars ci
uitatis in captiuitatē: et reliquū pplī
non auferet̄ ex vrbe. Et egrediet̄ dn̄s &
preliabit̄ ɔtra gētes illas: sicut pliat᷑
est in die certaminis. Et stabūt pedes
eius in die illa sup mōtē oliuarū q̄ est
cōtra hierl̄m ad orientē. Et scindetur
mōs oliuaꝝ ex media parte sui ad oriē
tem: & ad occidētē prerupto grādi val
de. Et separabit̄ mediū mōtis ad aq̄lo
nē: & mediū eius ad meridiē. Et fugie
tis ad vallē mōtiū eoꝝ: qm̄ cōiūgetur
vallis mōtiū vsq̄ ad primū. Et fugie
2.Pa.26.c tis sicut fugistis a facie terremotus in
B diebus ozie regis iuda. Et veniet dn̄s
deus meus: oēsq̄ sancti cū eo. Et erit i
die illa: nō erit lux: sed frigus et gelu.
Et erit dies vna q̄ nota est dn̄o: nō dies
neq̄ nox: et in tp̄e vesperi erit lux. Et
erit in die illa: exibūt aque viue de hie
rusalē. Mediū earum ad mare oriēta
le: & mediū earum ad mare nouissimū.
In estate & in hyeme erunt: et erit dn̄s
rex sup oēm terrā. In die illa erit dn̄s
vnus: et erit nomen eius vnum. Et re
uertetur ōis terra vsq̄ ad desertū: de
colle adremmon ad austrū. Hierusalē
exaltabitur: & habitabitur in loco suo C
a porta beniamin vsq̄ ad locum porte j.eodem.
prioris: & vsq̄ ad portam anguloꝝ: & a
turre ananehel vsq̄ ad torcularia re
gis. Et habitabunt in ea: et anathema
nō erit amplius: sed sedebit hierl̄m se
cura. Et hec erit plaga qua pcutiet do
minus oēs gentes: que pugnauerūt ad
uersus hierusalē. Tabescet caro vniuscu
iusq̄ stātis super pedes suos: & ocu
li eius contabescēt in foraminib᷑ suis:
et lingua eorum cōtabescet in ore suo.
In die illa erit tumultus dn̄i magnus
in eis: & apprehendet vir manū primi
sui: & cōseretur manus eius super ma
num primi sui. Sed & iudas pugna
bit aduersus hierl̄m: & congregabūtur
diuitie oīm gentium in circūitu: aurū
et argētum et vestes multe satis. Et si
erit ruina equi & muli: & cameli & asini:
et omnium iumētoꝝ que fuerint in ca
stris illis: sicut ruina hec. Et oēs q̄ re
liqui fuerint de vniuersis gentib᷑ que
venerunt contra hierl̄m: ascendent ab
anno in annū: vt adorēt regē dn̄m exer
cituū: & celebrēt festiuitatē tabernacu
loꝝ. Et erit qui non ascēderit de fami D
lijs terre ad hierl̄m: vt adorent regem
dominum exercituum: non erit super
eos imber. Quod et si familia egypti
non ascenderit et non venerit: nec sup
eos erit. Sed erit ruina qua percutiet
dn̄s oēs gētes que nō ascēderint ad ce s.eodem.
lebrādā festiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc
erit peccatū egypti: & hoc peccatū oīm
gentium que non ascenderint ad cele
brandā festiuitatē tabernaculorum. In
die illa erit qđ super frenū equi est san
ctum dn̄o: & erūt lebetes in domo dn̄i
quasi phiale coram altari. Et erit ōis
lebes in hierusalem: & in iuda sanctifi
catus dn̄o exercituum. Et venient oēs
immolantes et sument ex eis: & coquēt
in eis: et nō erit mercator vltra in do
mo domini exercituum in die illo.

¶ Zacharias propheta explicit.

¶ Prologus in malachiā pphetam.

D Eus p moysen pplo israel
pceperat sacerdotes taber
naculi sui oī corporali vitio
liberos: hostias oī vitio va
cuas sibi offerre. Quib᷑ le
gem suā ad regendū pplm̄ ob hoc dede

rat: vt p sacrificioꝝ oblationē internū
cū dei ꝛ hoīm facti: ppl̄s ꝑcepꝭ celesti-
malac. 2. b. bus facerēt obedire. Un̄ sacerdotes an
gelos dei eē: hoc ī loco scriptura testa-
tur. Sꝫ qꝛ tāti muneris grām ꝯtēnen-
tes: supradict⁹ ppl̄s ac sacerdotes sa
crificia vitio deturpata: ipi criminib⁹
atq̧ impietatib⁹ maculati: deo offerre
ceperāt. Ideo p malachiā pphetā de⁹
malach. 1. a ppl̄m suū isrl̄ increpās ait. Dilexi vos
dicit dn̄s. Et dixistis. In quo dilexisti
nos? Nōne frater erat esau iacob: dicit
dn̄s: ꝛ dilexi iacob: esau autē odio ha-
bui? Esau aūt fratrē iacob nō imā aut
spōtanea volūtate odio habitū a deo:
vel sine meriti grā iacob dilectū mani
festū est: cū ₰m prescientiā suā esau qdē
effusionē fraterni sanguinis ꝯcupiscē-
re? Jacob aūt in sui cognitiōe obseruā
Ibidem. a. dā legē desiderare cognosceret. Cuius
rei grā supradicto vsus est exemplo: di
cēs. Dilexi iacob: esau aūt odio habui.
Quāuis ex operib⁹ memoratoꝝ: quoꝝ
liber genesios meminit: in quo vnus-
q̄sq̧ eoꝝ futur⁹ erat pposito: manife-
Gen. 25. b. ste constet: vt scriptū est. Creuerūt pue
ri: ꝛ erat esau homo agrestis sciens ve-
nari: iacob autē homo simplex manēs
in tabernaculo. Nā reliqua que lectiōe
comprehensa sunt: puaricationē popu
li israel in obseruandis sacrificijs dei:
increpationē q̧ in eundem ꝙ deos alie
nos coluerit significant.

¶ Prologus explicit.

¶ Argumentum incipit.

Malachias aperte et in fine
oīm pphetarū dicit de ab
iectione israel et vocatiōe
gentiū. Nō est mihi ait vo-
luntas in vobis: dicit dn̄s
exercituū: ꝛ munus non su
scipiā de manu vr̄a. Ab ortu eīn solis
malach. 1 c. vsq̧ ad occasum magnū est nomē meū
in gētib⁹: ꝛ in oī loco sacrificat: ꝛ offer
tur nomini meo oblatio munda.

¶ Explicit argumentum.

¶ Malachias propheta incipit.
¶ C. I. De electione iacob ꝛ reprobatiōe esau: increpat dn̄s qđ nō honor ei
exhibeᵗ sicut pr̄i: nec timor sicut dn̄o:
sed offertur ei panis pollutus ꝛ hostia
immūda: nō seruiᵗ ei gratis: ꝛ maledi-
cit offerentem dolose. Capitulum. I.



Onus verbi B
dn̄i ad isrl̄ in manu
malachie pphē. Di
lexi vos: dicit dn̄s.
Et dixistis. In quo
dilexisti nos? Nōne 47. di. c. Quantumlibet.
frater erat esau ia-
cob: dicit dn̄s: ꝛ di-
lexi: esau aūt odio habui? Et posui seir
mōtes ei⁹ in solitudinē: ꝛ hereditatē
eius in dracones deserti. Qđ si dixerit 1. q. 4. ecclesia.
idumea destructi sum⁹: sed reuertētes
edificabimus q̄ destructa sunt: hec di-
cit dn̄s exercituum. Isti edificabunt: et B
ego destruā. Et vocabūtur termini im
pietatis: ꝛ ppl̄s cui iratus est dn̄s vsq̧
in eternum. Et oculi vestri videbunt: ꝛ
vos dicetis. Magnificeᵗ dn̄s super ter
minum israel. Filius honorat patrē: et
seru⁹ dn̄m suū. Si ergo pater ego sum:
vbi ē honor me⁹? ꝛ si dn̄s ego sum: vbi
ꝛ timor meus? dicit dn̄s exercituū. Ad
vos o sacerdotes qui despicitis nomē
meū. Et dixistis. In quo despexim⁹ no
mē tuū? Offertis sup altare meū panē
pollutū. Et dicitis. In quo polluim⁹
te? In eo qđ dicitis: mēsa dn̄i despecta
est. Si offeratis cecū ad immolādum:
nōne malū est? Et si offeratis claudum 49. di. c. Sacerdotes.
et languidū: nōne malū est? Offer illud
duci tuo si placuerit ei: aut si susceper- C
rit faciē tuā: dicit dn̄s exercituum. Et
nūc deprecamini vultū dei vt misereaᵗ
vr̄i: de manu eīn vestra factū est hoc: si
quo modo suscipiat facies vestras: di-
cit dn̄s exercituū. Quis est in vobis q̄
claudat ostia: ꝛ icēdat altare meū gra-
tuito? Nō est mihi volūtas in vobis: di
cit dn̄s exercituum: ꝛ munus non susci
piam de manu vestra. Ab ortu eīn solis 1. q. 3. ca. 1.
vsq̧ ad occasum magnū est nomē meū 1. 2. c.
in gētibus: ꝛ in omni loco sacrificatur ps. 40.
ꝛ offertur nomini meo oblatio mūda: ꝛ ps. 112.
quia magnum nomen meum in genti-
bus: dicit domin⁹ exercituum. Et vos
polluistis illud in eo quod dicitis: mē
sa domini contaminata est: ꝛ quod su-
perponitur cōtemptibile est cum igne
qui illud deuorat. Et dixistis. Ecce de D
labore: ꝛ exufflastis illō: dicit domin⁹
exercituū. Et intulistis de rapinis clau
dum et languidū: et intulistis munus?
Nunqd suscipiā illud de manu vestra:
dicit dn̄s exercituum? Maledict⁹ do- Amos. 5. f.
losus qui habet in grege suo masculū:
et votum faciens immolat debile dn̄o.

Qr rex magn⁹ ego: dicit dñs exercituū:
et nomē meum horribile in gentibus.
¶ C. S. Sacerdotes reuocat ad priūa
τ nolētib⁹ cōminat: cōmemorat pactū τ
offm eoꝝ: transgressionē τ penā p acce
ptiōe psonaꝝ: de trāgressiōe ppli acci
piētis vxores alienigenas: eiectis anti
quis: de federe nuptiarū τ inseparabili
tate mrimoniali: de libello repudij: de
his q̄ laborare dñm fecerūt. Capit. ij.

B



T nūc ad vos mādatū hoc
Leuit. 26. b o sacerdotes. Si nolueri-
Deut. 28. b tis audire: et si nolueritis
81. di. c. si q̄ ponere sup cor: vt detis glo
presbyteri. riā noī meo: ait dñs exerci
i. q. i. c. ma- tuū: mittā in vos egestatē:
ledicā. r. c. et maledicā bñdictiōib⁹ vr̄is: τ male-
malci. in fi. dicā illis: qm̄ nō posuistis sup cor. Ec-
ce ego pijciā vobis brachiū: et dispgā
sup vultū vestrū stercus solēnitatū ve-
strarū: τ assumet vos secū. Et scietis q̄r
misi ad vos mādatum istud: vt esset pa
ctum meū cū leui: dicit dñs exercituū.
Osee. 8. b. Pactū meū fuit cū eo vite τ pacis: τ de-
di ei timorē: τ timuit me: τ a facie noīs
B mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore
eius: τ iniq̄tas nō est inuenta in labijs
eius. In pace et in equitate ambulauit
mecū: et multos auertit ab iniquitate.
Labia em̄ sacerdotis custodiūt sciētiā:
et legē requirēt ex ore eius: q̄r angelus
dñi exercituū est. Vos autē recessistis
al's ✝ a lege de ✝ via: τ scādalizastis plurimos i le-
11. q. i. c. sa- ge. Irritū fecistis pactū leui: dicit dñs
cerdotib⁹. exercituū. Propter qđ et ego dedi vos
de bet. c. cū contēptibiles: et humiles oīb⁹ pplis:
ex iniūcto. sicut nō seruastis vias meas: τ accepi-
stis faciē in lege. Nunq̄d nō pater vnus
omniū nostrū? Nunquid nō deus vnus
C creauit nos? Quare ergo despicit vnus-
q̄sq̄ nostrū fratrē suū: violās pactum
patrū nostroꝝ? Trāsgressus est iuda: τ
abominatio facta est in isrl' τ in hieru-
salē: q̄r cōtaminauit iudas sctificationē
al' ✝ habue- dñi quā dilexit: et ✝ habuit filiam dei
runt. alieni. Dispdet dñs virū q̄ fecerit hoc:
magistrū τ discipulum de tabernaculo
iacob: et offerētē mun⁹ dño exercituū.
Et hoc rursum fecistis. Operiebatis la
chrimis altare dñi fletu et mugitu: ita
vt nō respiciam vltra ad sacrificiū: nec
accipiā placabile qđ de manu vr̄a. Et
3. i. c. dixistis. Quā ob cām? Quia dñs testifica
tus est inter te: τ vxorē pubertatis tue
quā tu despexisti. Et hec pticeps tua:
D et vxor federis tui. Nōne vnus fecit: et
residuū spūs eius est? Et qđ vnus q̄rit
nisi semen dei? Custodite ergo spm̄ ve-
strū: τ vxorē adolescētie tue noli despi
cere. Cū odio habueris eā: dimitte: di-
cit dñs de⁹ isrl'. Operiet aūt iniq̄tas ve
stimētū ei⁹: dicit dñs exercituū. Custo-
dite spm̄ vestrū: τ nolite despicere. La
borare fecistis dñm in sermonibus ve-
stris. Et dixistis. In quo eū fecimus la
borare? In eo q̄ dicitis. Ois qui facit
malū bon⁹ est in cōspectu dñi: τ tales ei
placēt. Aut certe vbi est deus iudicij?
¶ C. S. De āgelo q̄ mittit: de die iudi
cij: de destructiōe iudicij: de cōfligētib⁹
deū: de benedictiōe soluētiū: τ maledi
ctiōe nō soluētiū decimas et p̄mitias:
arguūt murmurātes ɔ̄ dñz p flore ma-
loꝝ: τ rep̄mit coꝝ blasphemia. d̄ signa
tis suppliciis eoꝝ τ p̄mijs iustoꝝ. C. iij.



Ecce ego mittam angelum A
meū: et pparabit viā ante matth. 11. b
faciē meā. Et statim veniet marci. i. b.
ad templum suū domina- Luce. 7. d.
tor quem vos queritis: et
angelus testamēti quē vos
vultis. Ecce venit: dicit dñs exercituū.
Et quis poterit cogitare diem aduen-
tus eius? τ quis stabit ad videndū eū?
Ipse enim quasi ignis cōflans: et quasi
herba fullonum. Et sedebit cōflās et
emundans argentū: et purgabit filios
leui. Et colabit eos quasi aurū τ quasi 50. dist. c.
argentum: τ erunt dño offerētes sacri purgabit.
ficia in iustitia. Et placebit dño sacri- B
ficium iuda τ hierusalem sicut dies se-
culi: et sicut anni antiqui. Et accedam
ad vos i iudicio: et ero testis velox ma
leficis τ adulteris et periuris: et q̄ ca-
lumniantur mercedē mercenarij: τ hu-
miliāt viduas τ pupillos: τ opprimūt
peregrinū: nec timuerunt me: dicit do-
minus exercituū. Ego enim dñs τ non
mutor: τ vos filij iacob nō estis cōsum
pti. A dieb⁹ enim patrū vestroꝝ recessi
stis a legitimis meis: τ nō custodistis. 19. q. i. c. re-
Reuertimini ad me τ reuertar ad vos: uertimini.
dicit dñs exercituū. Et dixistis. In quo q. i. c. dēm
reuertemur? Si affiget homo deū: q̄r C
vos cōfigitis me. Et dixistis. In quo cō
figimus te? In decimis τ in primitijs.
Et i penuria vos maledicti estis: τ me
vos cōfigitis gēs tota. Inferte oēm de-
cimā in horreū meū vt sit cib⁹ in domo
mea: et pbate me super hoc: dicit dñs.
Si nō aperuero vobis cataractas ce-
li: et effudero vobis benedictionē vsq̄
ad abundantiā. Et increpabo p vobis
deuorantē: et nō corrūpet fructū terre

vestre: nec erit sterilis vinea in agro: dicit dñs exercituũ. Et beatos vos dicẽt omnes gentes. Eritis eñ vos terra desiderabilis: dicit dñs exercituũ. Inualuerunt sup me verba vestra: dicit dñs.
D Et dixistis. Quid locuti sumus contra
Job.21.b. te? Dixistis. Uanus est qui seruit deo: & quod emolimentũ: quia custodiuimus precepta eius: & quia ambulauim⁹ tristes coram dño exercituum: ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidẽ edificati sunt facientes impietates: et tentauerunt deum et salui facti sunt. Tunc locuti sunt timẽtes deum vnusquisqꝫ cum proximo suo. Et attendit dñs & audiuit: et script⁹ est liber monimenti coram eo timentibus dñm: & cogitantib⁹ nomen eius. Et erunt mihi: ait domin⁹ exercituũ: in die qua ego faciam in peculiũ: et parcã eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et cõuertimini & videbitis quid sit inter iustũ et impium: et inter seruientem deo et non seruientem ei.

¶ C. S. De aduẽtu xp̃i: de aduentu helie q̃ pcedet scd̃m aduentũ dñi. Ca. iiij.

A Ecce eñ dies veniet succensa quasi caminus: et erunt oẽs superbi: et oẽs facientes impietatẽ stipula. Et inflammabit eos dies veniẽs: dicit dñs exercituũ: q̃ nõ derelinquet eis radicẽ et germẽ. Et orieť vobis timentib⁹ nomen meũ sol iustitie: et sanitas in pẽnis eius. Egrediemini & salietis sicut vitulus de armẽto: et calcabitis impios cũ fuerint cinis sub plãta pedũ vestrorum: in die qua
B ego facio: dicit dñs exercituum. Mementote legis moysi serui mei: quam mandaui ei in oreb ad omnẽ israel precepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis heliam prophetam: anteq̃ veniat dies domini magnus et horribilis. Et cõuertet cor patrum ad filios: et cor filiorum ad patres eorũ: ne forte veniam et percutiam terram anathemate.

¶ Malachias ppheta explicit.

¶ Prologus beati hieronymi p̃sbyteri in libros machabeorum incipit.

Machabeorũ libri duo p̃notãt prelia inter hebreorũ duces gentẽqꝫ persarũ: pugnã quoqꝫ sabbatorum & nobiles machabei ducis triũphos: et cuius noĩe & libri ĩdẽ sunt nuncupati. Hec quoqꝫ historia cõtinet etiam inclyta illa gesta machabeorũ fratrum: qui sub antiocho rege pro sacris legib⁹ dira tormẽta perpessi sunt. Quos mater pia dum diuersis supplicijs vrgerentur: non solũ non fleuit: sed et gaudens hortabať ad gloriam passionis. 2.mach.7.a

¶ Item alius prologus.

Machabeorũ libri licet non habeanť in canone hebreorũ: tñ ab ecclesia inter diuinorum voluminũ annotantur historias. Prenotant aũt p̃lia inter hebreorum duces gẽtesqꝫ psarũ: pugnã quoqꝫ sabbatorum & nobiles machabei triũphos: fedus quoqꝫ amicitiarũ cũ romanorum ducibus atqꝫ legationũ. Machabei septem fratres ab vna matre machabea noĩe geniti: custodientes legem: patris traditionẽ: nõ manducãtes carnẽ porcinã: ob hoc ab ãtiocho rege seuissimo in antiochia martyrij gloria coronati sunt cũ matre sua: atqꝫ sepulti cum magna veneratione ibi quiescunt. 2.mach.9.b.

¶ Prologus explicit.

¶ Incipit liber primus machabeorum.

¶ C. S. De alexãdro filio philippi: de antiocho radice pctĩ: de ciuitate hierusalem exusta: multi ex israel consenserunt edicto regis sacrificando idolis: lex exusta est: multi ex isrl' trucidãtur.

Capitulum. i.



A Et factũ est postq̃ pcussit alexãder philippi rex macedo qui prim⁹ regnauit in grecia: egressus d̃ terra cethim: dariũ regem psarũ & medorum cõstituit prelia multa: & obtinuit omniũ munitiões: & interfecit reges terre. Et pertransijt vsqꝫ ad fines terre: et accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem: & exercitum fortem nimis. Et exaltatum est et eleuatum cor eius: & obtinuit regiões gentium & tyrannos: et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectũ: & cognouit q2 moreretur. Et vocauit pueros suos

Fabritius romanus.
Romanorum victoria p̃ma de carthaginensibus.
Judith.1.c. reg. egypti incipit sm septuaginta interptes.

nobiles qui secum erant nutriti a iuuē
tute sua: ⁊ diuisit illis regnū suū cū ad
huc viueret. Et regnauit alexāder an
Regnū sy
rie hic inci
pit.
nis duodecim: ⁊ mortuus est. Et obti
nuerunt pueri eius regnum vnusquis
q; in loco suo: et imposuerunt oēs sibi
B
diademata post mortem eiꝰ: et filij eo
rum post eos annis multis: ⁊ multipli
cata sunt mala in terra. Et exiit ex eis
Alr̄ + pec
catrix.
zenō p̄ha.
radix + peccati antiochus illustris fi
lius antiochi regis q̄ fuerat rome ob
ses: et regnauit in anno centesimotri
cesimoseptimo regni grecorū. In diebꝰ
illis exierūt ex israel filij iniqui: ⁊ sua
Parthorū
regū prin
cipium.
serūt multis dicentes. Eamus ⁊ dispo
namus testamentum cum gētibus que
circa nos sunt: q; ex quo recessimus ab
eis inuenerūt nos multa mala. Et bo
nus visus est sermo in oculis eorū. Et
destinauerūt aliqui de populo: ⁊ abie
rūt ad regē: ⁊ dedit illis potestatem vt
4. reg. 21. g.
facerēt iustitiā gētiū. Et edificauerūt
gymnasiū i hierosolymis s̄m leges na
tionum: ⁊ fecerunt sibi preputia: et re
cesserunt a testamento sancto: ⁊ iuncti
sunt nationibus: ⁊ venūdati sunt vt fa
cerent malū. Et paratū est regnū in cō
spectu antiochi: ⁊ cepit regnare i terra
C
Romani ro
tā liguriaꝫ
capiunt.
egypti: vt regnaret sup duo regna. Et
intrauit in egyptū in multitudine gra
ui: in curribꝰ ⁊ elephantis ⁊ equitibꝰ:
et copiosa nauiū multitudine. Et cōsti
tuit bellū aduersus ptolemeū regē egy
pti: ⁊ veritus est ptolemeus a facie eiꝰ:
Scōm bel
lū punicū.
⁊ fugit: ⁊ ceciderūt vulnerati multi. Et
cōprehēdit ciuitates munitas in terra
egypti: et accepit spolia terre egypti.
Et conuertit antiochus postq̄ pcussit
egyptū in cētesimo ⁊ q̄dragesimo tercer
tio ãno: ⁊ ascēdit ad isrl̄: ⁊ ascēdit hie
Scipio a
phricanus
prior.
Hannibal
penus.
rosolymā i multitudine graui. Et in
trauit in scīficatione cū supbia: ⁊ ac
cepit altare aureū: ⁊ candelabrū lumi
nis: ⁊ vniuersa vasa eiꝰ: ⁊ mēsam ppo
sitiōis: ⁊ libatoria: ⁊ phialas: ⁊ morta
riola aurea: ⁊ velū: ⁊ coronas: ⁊ ornamē
tū aureū qd̄ in facie tēpli erat: ⁊ cōmi
Fabius ma
ximus.
Liuius sali
nator.
Claudius
marcellus.
nuit oīa. Et accepit argētū ⁊ aurū ⁊ va
sa cōcupiscibilia: ⁊ accepit thesauros
multos quos inuenit: ⁊ sublatis oībus
abijt i terrā suā: ⁊ fecit cedē hoīm: ⁊ lo
cutus est in supbia magna. Et factꝰ est
plāctꝰ magnꝰ in isrl̄: ⁊ in oī loco eorū.
D
Et igemuerūt pncipes ⁊ seniores: ⁊ iu
uenes ⁊ v̄gines ifirmati sunt: ⁊ specio
Cato ro
manus.
sitas mulierū imutata est. Oīs maritꝰ
sumpsit lamentū: ⁊ q̄ sedebāt in thoro

maritali lugebant: ⁊ commota est ter
ra sup habitātes in ea: et vniuersa do
mus iacob induit cōfusionē: et post duos
annos dierū misit rex pncipē tributo
rū in ciuitates iuda: ⁊ venit hierlm cū
Bellū ma
cedonicū.
turba magna. Et locutꝰ est ad eos ver
ba pacifica in dolo: ⁊ crediderūt ei. Et
irruit sup ciuitatē repēte: et pcussit eā
plaga magna: ⁊ pdidit pplm multū ex
israel. Et accepit spolia ciuitatis: ⁊ suc
cendit eā igni. Et destruxit domos eiꝰ
⁊ muros eiꝰ i circuitu. Et captiuas du
xerūt mulieres ⁊ natos: ⁊ pecora posse
derūt. Et edificauerūt ciuitatē dauid
muro magno ⁊ firmo: ⁊ turribꝰ firmis:
E
et facta est illis in arcem. Et posuerūt
Alr̄ + pec
catorum.
illic gētē peccatricē + viros iniquos: ⁊
conualuerūt in ea. Et posuerunt arma
et escas: ⁊ cōgregauerūt spolia hierlm:
et reposuerunt illic: ⁊ facti sunt in la
queū magnū. Et factum est hoc ad insi
Alr̄ + dolū
dias sanctificationi: et in + diabolum
malū in israel. Et effuderūt sanguinē
innocētē per circuitū sanctificatiōis:
et cōtaminauerūt sanctificationē. Et
fugerūt habitatores hierl'ꝫ ppter eos:
et facta est habitatio exterorū: ⁊ facta
est extera semini suo: ⁊ nati eiꝰ reliq̄ue
Tobi. 2. b.
Amos. 8. c.
runt eā. Sanctificatio eiꝰ desolata est
sicut solitudo: dies festi eius conuersi
sunt in luctū: sabbata eiꝰ i opprobriū:
honores eius in nihilū. Scōm gloriaꝫ
eiꝰ multiplicata est ignominia eius: et
sublimitas eius cōuersa est in luctum.
Et scripsit rex antiochus oī regno suo:
vt esset oīs populus vnꝰ: et reliquerūt
Alr̄ + eū.
F
vnusquisq; legē suā: ⁊ cōsenserūt + oēs
gentes s̄m verbum regis antiochi. Et
multi ex israel consenserunt ei: ⁊ sacri
ficauerunt idolis: et coinquinauerunt
sabbatum. Et misit rex antiochus li
bros per manus nūciorū in hierusalē:
et in oēs ciuitates iude: vt sequerētur
leges gētiū terre: ⁊ phiberent holocau
sta ⁊ sacrificia ⁊ placatiōes fieri in tē
plo dei: et phiberēt celebrari sabbatū
et dies solemnes. Et iussit coinquinari
sancta et sanctū populi israel. Et ius
sit edificari aras et tēpla ⁊ idola: ⁊ im
molari carnes suillas et pecora cōmu
nia: ⁊ relinquere filios suos incircūci
sos: ⁊ coinquinari animas eorū in om
nibus immūdicijs et abominatiōibꝰ:
ita vt obliuiscerent legē: ⁊ immutarēt
oēs iustificatiōes dei. Et q̄cūq; non fe
cissent s̄m verbū regis antiochi: more
rent. Secūdum oīa verba hec scripsit

omni regno suo: et prepos[uit] principes
p[o]p[u]lo q[ui] hec fieri cogerēt. Et iusserūt ci
uitatib[us] iude sacrificare. Et cōgregati
sunt multi de p[o]p[u]lo ad eos q[ui] dereliq[ue]
rāt legē d[omi]ni: et fecerūt mala sup[er] terrā:
et effugauerunt populū israel in abdi
tis et in absconditis fugitiuorū locis.
G Die quintadecima mensis casleu quin
to et quadragesimo et centesimo anno
edificauit rex antiochus abominandū
idolum desolationis sup[er] altare dei: et
p[er] vniuersas ciuitates iude in circuitu
edificauerunt aras: et ante ianuas do-
mor[um]: [et] in plateis incendebāt thura et
sacrificabant. Et libros legis dei com
busserunt igni scindentes eos: et apud
quēcūq[ue] inueniebant[ur] libri testamenti
domini: [et] quicūq[ue] obseruabat legē do
mini s[ecundu]m edictum regis trucidabāt eū.
In virtute sua faciebāt hec p[o]p[u]lo isr[ae]l:
q[ui] inueniebat[ur] in omni mēse in ciuitati-
bus. Et q[ui]nta [et] vicesima die mēsis sacri
ficabāt sup[er] arā q[ue] erat [con]tra altare: [et] mu
lieres q[ue] circūcidebāt filios suos truci
dabātur s[ecundu]m iussum regis antiochi. Et
suspendebant pueros a ceruicibus per
vniuersas domos eorum: [et] eos qui cir
cūciderant illos trucidabāt. Et multi
de populo israel diffinierunt apud se:
vt non māducarent immunda: [et] elege
rūt magis mori q[uam] cibis coinq[ui]nari im-
mūdis: et noluerūt infringere legē dei
sanctā: [et] trucidati sunt: [et] facta est ira
magna super populum israel valde.

¶ Ca. II. Matathias [et] quinq[ue] eius fi-
lij lamentātur p[o]p[u]l[u]m tēplum [et] desola-
tionem legis: cogitur matathias sacri
ficare idolis: sed noluit: occidit mata-
thias sacrificātē idolis: [et] etiam mini-
strū regis antiochi: fugiētes in desertū
ne sacrificent idolis: occisi sunt in sab-
bato: constituit matathias pugnare
in sabbato: ipse et eius filij occidentes
peccatores: aras idolorum subuertūt:
matathias moriēs ammonet filios de-
fendere israel: [et] cogitare generationes
patrum. Capitulum. ij.

A 
In diebus illis surrexit ma
tathias filius iohānis filij
simeonis sacerdos ex filijs
ioarim ab hier[usa]l[e]m: [et] [con]sedit
in monte modin. Et habe-
bat filios q[ui]nq[ue]: iohannē q[ui]
cognominabat[ur] gaddis: [et] symeonē qui
cognominabat[ur] thasi: [et] iudā qui voca-
batur machabeus: [et] eleazarum qui co
gnominabat[ur] abarō: [et] ionatham qui co
gnominabat[ur] apphus. Hi viderūt ma-
la que fiebāt i[n] populo iuda [et] in hieru
salem. Et dixit matathias. Ve mihi. Vt
quid natus sum videre contritionē po
puli mei: [et] [con]tritionē ciuitatis sancte:
[et] sedere illic cū datur in manib[us] inimi
corum? Sancta in manu extraneorum
facta sunt: templum eius sicut homo
ignobilis. Vasa glorie eius captiua ab
ducta sunt: trucidati sunt senes eius
in plateis: [et] iuuenes eius ceciderūt in B
gladio inimicorum. Que gens non he-
reditauit regnum eius: et nō obtinuit
spolia eius. Omis cōpositio eius ablata
est. Que erat libera: facta est ancilla.
Et ecce sancta n[ost]ra et pulchritudo no-
stra: et claritas nostra desolata est: et
coinquinauerunt eam gentes. Quo er
go nobis adhuc viuere. Et scidit vesti-
mēta sua matathias et filij ei[us]: et ope-
ruerūt se cilicijs: et planxerūt valde: et
venerunt illuc qui missi erāt a rege an
tiocho vt cogerent eos qui cōfugerant
in ciuitatem modin immolare et accē-
dere thura: et a lege dei discedere. Et
multi de populo israel consentientes
accesserūt ad eos: s[ed] matathias et filij
eius constanter steterunt. Et r[espo]ndentes
qui missi erāt ab antiocho: dixerūt ma
tathie. Princeps [et] clarissim[us] [et] magn[us]
es in hac ciuitate: [et] ornat[us] filijs et fra
trib[us]. Ergo accede prior [et] fac iussu[m] re
gis sicut fecerūt omnes gētes [et] viri iu
da: [et] qui remanserunt in hierusalē. Et
eris tu [et] filij tui inter amicos regis: et
amplificatus auro [et] argēto [et] muneri-
bus multis. Et respōdit matathias et C
dixit magna voce. Et si oēs gētes regi
antiochi obediūt: vt discedat vnusq[ui]s-
q[ue] a seruitute legis patrū suorū: [et] con
sentiant mandatis eius ego [et] filij mei
et fratres mei obediemus legi patrum 23.q.5.c.Si
nostrorum. Propitius sit nobis deus: audieris.
non est nobis vtile relinquere legem et
iustitias dei. Non audiemus verba re-
gis antiochi: nec sacrificabim[us] trāsgre
dientes legis nostre mandata vt eam[us]
altera via. Et vt cessauit lo[quens] verba hec:
accessit q[ui]dā iudeus in o[mn]i[u]m oc[u]lis sacri
ficare idolis sup[er] arā i[n] ciuitate modin
s[ecundu]m iussu[m] regis. Et vidit matathias et
doluit: [et] cōtremuerūt renes eius: [et] ac
census est furor eius s[ecundu]m iudiciū legis:
et insiliēs trucidauit eū super arā. Sed
[et] virū quē rex antioch[us] miserat q[ui] coge
bat immolare occidit in ip[s]o t[em]p[or]e: [et] arā
destruxit: [et] zelatus est legem sicut fecit

Num.25.b. phinees zambri filio salomi. Et excla
manit mathathias voce magna in ciui-
D tate dicens. Omnis q̄ zelū habet legis
statuēs testamentū: exeat post me: ꝛ fu
git ipse ꝛ filij eius in montes: ꝛ relique
rūt quecūq̄ habebāt in ciuitate. Tunc
descenderant multi querentes iudiciū
et iustitiā i desertū: ꝛ sederūt ibi ipsi et
filij ei⁹ ꝛ mulieres eorū ꝛ pecora eoꝝ:
qm̄ inundauerant sup eos mala. Et re
nunciatum est viris regis ꝛ exercitui q̄
erant in hierl̄m ciuitate dauid: qm̄ di-
scessissent viri q̄dā q̄ dissipauerāt mā
datum regis in loca occulta i deserto:
et abijssent post eos multi. Et stati p-
rexerūt ad eos: ꝛ cōstituerūt aduersus
eos p̄liū in die sabbatoꝝ: ꝛ dixerūt ad
eos. Resistitis ꝛ nūc adhuc? Exite et fa
cite s̄m v̄bū regis antiochi: et viuetis.
Et dixerūt. Nō exibim⁹ neq̄ faciemus
verbū regis vt polluamus diē sabbato
rū. Et cōcitauerūt aduersus eos p̄liū.
Et nō respōderūt eis: nec lapidē mise
rūt in eos: nec opilauerūt loca occulta
dicentes. Moriamur oēs i simplicita
te nr̄a: et testes erūt sup nos celū ꝛ ter
ra q̄ iniuste pditis nos. Et intulerunt
illis bellū sabbatis: ꝛ mortui sunt ipsi
et vxores eoꝝ: ꝛ filij eoꝝ: ꝛ pecora eoꝝ
E vsq̄ ad mille aīas hoīm. Et cognouit
mathathias et amici ei⁹: et luctū habue
rūt super eos valde. Et dixit vir proxi
mo suo. Si oēs fecerim⁹ sicut fratres
nostri fecerūt: et nō pugnauerim⁹ ad-
uersus gētes p aīab⁹ nr̄is et iustifica-
tiōib⁹ nr̄is: citius disp̄dēt nos a terra.
Et cogitauerūt die illa dicentes. Omnis
homo q̄cunq̄ venerit ad nos in bello
die sabbatoꝝ: pugnem⁹ aduersus eū: ꝛ
nō moriemur oēs sicut mortui sunt fra
tres nr̄i in occultis. Tūc cōgregata est
ad eos synagoga iudeoꝝ fortis virib⁹
ex isrl̄: ōis voluntarius in lege: et oēs q̄
fugiebāt a malis additi sunt ad eos: ꝛ
facti sunt illis ad firmamētū. Et colle
gerūt exercitū: et pcusserūt pctōres in
ira sua: et viros iniquos i indignatiōe
sua: et ceteri fugerūt ad natiōes vt eua
F derēt. Et circūiuit mathathias et amici
eius: et destruxerunt aras: et circūcide
rūt pueros incircūcisos quotquot inue
nerūt in finibus israel in fortitudine.
Et psecuti sunt filios supbie: et pspe-
ratū est opus in manib⁹ eoꝝ. Et obti-
nuerunt legē de manibus gentiū: et de
manib⁹ regū: et non dederūt cornu pec
catori. Et appropinquauerūt dies ma
thathie moriēdi: et dixit filijs suis. Nūc
cōfortata est superbia: et castigatio: et
tēpus euersionis: et ira indignatiōis.
Nūc ergo filij emulatores estote legis:
et date aīas vestras p testamēto patrū
et mementote operū patrū q̄ fecerunt
in generatiōib⁹ suis: et accipietis glo
riā magnā: et nomen eternum. Abraā Gen.22.c.
nōne in tentatiōe inuentus est fidelis: Gene.35.
et reputatū est ei ad iustitiā? Ioseph in Num.25.
tēpore angustie sue custodiuit manda- Josue.1.d.
tum: et factus est dn̄s egypti. Phinees Num.14.c.
pater noster zelādo zelum dei: accepit
testamentū sacerdotij eterni. Iesus dū
impleuit verbū: fact⁹ est dux in israel.
Caleph dū testificatur in ecclesia acce-
pit hereditatē. Dauid in sua mīa: cōse
cutus est sedem regni in secula. Helias 1.reg.28.g.
dū zelat zelū legis: receptus est in celū. 4.reg.2.d.
Ananias et azarias ꝛ misael credētes: Danie.3.g.
liberati sunt de flamma. Daniel in sua Danie.6.
simplicitate liberatus est de ore leonū. G
Et ita cogitate p generatiōnē et gene-
ratiōnē: q2 oēs q̄ sperāt in eū nō infir-
mantur. Et a verbis viri pctōris ne ti-
mueritis: q2 glīa eius stercus ꝛ vermis
est. Hodie extollitur et cras nō inueni
tur: q2 cōuersus est in terrā suā: et cogi
tatio eius perijt. Uos ergo filij cōforta
mini et viriliter agite in lege: q2 cū fe
ceritis que vobis p̄cepta sunt in lege a
dn̄o deo vestro: in ipsa glīosi eritis. Et
ecce simō frater vester scio q̄ vir cōsilij
est. Ipsum audite semp: et ipse erit vo
bis pr̄. Et iudas machabeus fortis vi-
rib⁹ a iuuētute sua sit vobis princeps
militie: et ipse aget bellū ppl̄i. Et addu
cetis ad vos oēs factores legis: et vin-
dicate vindictam ppl̄i vr̄i. Retribuite
retributionē gētib⁹: et intēdite in p̄ce
ptū legis. Et bn̄dixit eos: et appositus
est ad patres suos. Et defunct⁹ est anno
centesimo quadragesimosexto: ꝛ sepul
tus est a filijs suis in sepulchris patrū
suorum in modin: et planxerunt eum
omnis israel planctu magno.

¶ Ca. iii. Surrexit iudas machabeus
in defensionē isrl̄: occidit iudas apol-
loniū: auferens eius gladium: occidit
etiā serō principē exercit⁹ syrie: iussit
antiochus vt lysias destrueret isrl̄: et
penitus de terra deleret. Capl̄m. iij.



A Et surrexit iudas q̄ vocaba
tur machabeus filius eius
pro eo: et adiuuabant eum
omnes fratres eius: ꝛ vni-
uersi qui se cōiūxerāt pa

tri eius: et ꝓliabant̄ preliū israel cum
leticia. Et dilatauit gloriam pplo suo
et induit se loricā sicut gigas: ꝛ succin
xit se arma bellica sua in ꝑlijs: et pte
gebat castra gladio suo. Silis fact⁹ est
leoni in operibus suis: ꝛ sicut catulus
leonis rugiēs in venatione. Et ꝑsecut⁹
est iniquos perscrutās eos: ꝛ q̄ contur
babant populū suū oēs succendit flam
mis: et repulsi sunt inimici eius pre ti
more ei⁹. Et oēs operarij iniquitatis
cōturbati sunt: ꝛ directa est salus ī ma
nu eius. Et exacerbabat reges multos:
et letificabat iacob in operib⁹ suis: et
in seculū memoria ei⁹ in benedictiōe.
Et perambulabat ciuitates iuda: ꝛ ꝑ
didit impios ex eis: et auertit irā ab
israel. Et nolat⁹ est vsq; ad nouissimū
B terre: ꝛ cōgregauit pereuntes. Et ꝯgre
gauit apolloni⁹ gētes: ꝛ a samaria vir
tutē multā et magnā ad bellandū con
tra israel. Et cognouit iudas: et exijt
obuiā illi: ꝛ percussit: ꝛ occidit illū: et
ceciderūt vulnerati multi: ꝛ reliqui fu
gerūt: ꝛ accepit spolia eoꝝ: ꝛ gladium
apollonij abstulit iudas: et erat pu
gnās in eo oib⁹ dieb⁹. Et audiuit serō
princeps exercitus syrie qđ ꝯgregauit
iudas cōgregationē fideliū et ecclesiā
secum: ꝛ ait. Faciā mihi nomē et glorifi
bor in regno: et debellabo iudā et eos
qui cum ipso sunt: qui spernebant ver
bum regis. Et preparauit se: ꝛ ascende
runt cum eo castra impioꝝ fortes au
xiliarij: vt facerent vindictam in filios
israel. Et appropinquauerunt vsq; be
thoron: ꝛ exiuit iudas obuiā illis cum
paucis. Ut autem viderūt exercitū ve
nientē sibi obuiam: dixerūt iude. Quō
poterimus pauci pugnare ꝯtra multi
tudinē hanc tantā et tam fortē: et nos
fatigati sum⁹ ieiunio hodie? Et ait iu
das. Facile est cōcludi multos ī manu
paucoꝝ: ꝛ nō est differētia in cōspectu
dei celi liberare in multis et ī paucis:
qm̄ nō ī multitudine exercit⁹ victoria
C belli: sꝫ de celo fortitudo ē. Ipsi veniūt
ad nos ī multitudine cōtumaci ꝛ sup
bia: vt disꝑdant nos: ꝛ vxores nostras:
ꝛ filios nostros: vt spoliēt nos. Nos ve
ro pugnabim⁹ pro animabus nostris
et legib⁹ nostris: ꝛ ipse dn̄s ꝯteret eos
ante faciem nostram. Uos autem ne ti
mueritis eos. Ut cessauit aūt loqui in
siluit in eos subito. Et ꝯtritus est serō
et exercitus ei⁹ in ꝯspectu ipsi⁹: ꝛ per
secutus est eū in descēsu bethoron vsq;
in campum: et ceciderunt ex eis octin
genti viri: reliqui autē fugerunt in ter
rā philistijm. Et cecidit timor iude ac
fratrum eius: et formido super omnes
gētes in circūitu eorum: ꝛ peruenit ad
regē nomen eius: ꝛ de prelijs iude nar
rabant omnes gentes. Ut audiuit au
tem rex antiochus sermones istos: ira
tus est animo: ꝛ misit ꝛ cōgregauit ex
ercitū vniuersi regni sui: castra fortia
valde: et aperuit erariū suū: ꝛ dedit sti
pendia exercitui in annū: et mandauit D
illis vt essent parati ad oīa. Et vidit
ꝙ defecit pecunia de thesauris suis: et
tributa regiōis modica propter dissen
sionē ꝛ plagā quā fecit ī terra: vt tolle
ret legitima que erāt a primis dieb⁹.
Et timuit ne non haberet: et semel et
bis in sumptus et donaria q̄ dederat
ante larga manu: et abūdauerat super
reges qui ante eum fuerāt. Et conster
nat⁹ erat aio valde: et cogitauit ire in
persidē vt acciperet tributa regionum:
et cōgregaret argentum multū. Et re
liquit lysiā hominem nobilē de genere
regali sup negocia regia a flumine eu
phratē vsq; ad flumē egypti: ꝛ vt nutri
ret antiochum filium suum donec redi
ret. Et tradidit ei mediū exercitum ꝛ
elephantos: ꝛ mandauit ei de omnib⁹
que volebat: ꝛ de inhabitantib⁹ iudeā
et hierusalē: ꝛ vt mitteret ad eos exer
citū ad conterendā ꝛ extirpādam vir E
tutem israel et reliquias hierusalē: et
auferendam memoriā eorum de loco:
et vt ꝯstitueret habitatores filios alie
nigenas in oibus finib⁹ eoꝝ: ꝛ sorte di
stribueret terram eorum. Et rex assum
psit partē exercitus residui: ꝛ exiuit ab
antiochia ciuitate regni sui anno cēte
simo ꝛ quadragesimoseptimo: et trās
fretauit euphraten flumen: et peram
bulabat superiores regiōes. Et elegit
lysias ptolomeū filiū dorimini ꝛ nica
norē ꝛ gorgiā viros potētes ex amicis
regis: ꝛ misit cum eis quadraginta mi
lia viroꝝ: et septē milia equitū vt ve
nirēt in terrā iuda: ꝛ disperderēt eam
ꝫm verbū regis. Et processerūt vt irēt
cum vniuersa virtute sua: ꝛ venerūt et
applicuerūt ammaum in terra campe
stri. Et audierunt mercatores regionū
nomen eorum: ꝛ acceperunt argentum
et aurū multū valde ꝛ pueros: ꝛ vene
runt in castra vt acciperēt filios israel
in seruos: ꝛ additi sunt ad eos exercit⁹
syrie: et terre alienigenarum. Et vidit

iudas et fratres eiꝰ: quia multiplicata
sunt mala: τ exercitꝰ applicabat ad fi-
nes eorum: et cognouerunt verba regis
que mādauerat populo facere in inte-
F ritum τ cōsummationem. Et dixerunt
vnusquisqꝫ ad proximum suum. Eriga
mus deiectionem populi nostri: et pu-
gnemus ꝓ populo nostro τ sanctis no
stris. Et congregatus est conuentus vt
essent parati in prelium: τ vt orarēt et
peterēt misericordiam τ miseratiōes:
et hierusalē non habitabatur: sed erat
sicut desertum. Nō erat qui ingredere-
tur τ egrederetur de natis eius: et san
ctum conculcabatur. Et filij alienige-
narum erāt in arce: ibi erat habitatio
gētium: τ ablata est voluptas a iacob:
et defecit ibi tibia τ cythara. Et cōgre
gati sunt: τ venerūt in masphat contra
hierusalem: quia locus orationis erat
in masphat ante in israel. Et ieiunaue
rūt illa die. τ induerūt se ciliciis: τ cine
rē imposuerūt capiti suo: τ disciderunt
vestimēta sua: τ expanderūt libros le-
gis de quibus scrutabant̄ gentes simi-
litudinem simulacrorum suorū: et at-
tulerūt ornamenta sacerdotalia τ pri-
mitias et decimas: et suscitauerunt na
zareos qui impleuerant dies: τ clama
uerunt voce magna in celum dicentes.
G Quid faciemꝰ istis: τ quo eos ducemꝰ?
Et sancta tua conculcata sunt τ conta
minata sunt. τ sacerdotes tui facti sūt
in luctū et in humilitatē: τ ecce natio-
nes conuenerunt aduersum nos vt nos
disperdāt. Tu scis que cogitāt in nos.
Quomodo poterimus subsistere ante
faciem eorū: nisi tu deus adiuues nos?
Et tubis exclamauerunt voce magna.
Et post hec constituit iudas duces po-
puli: tribunos τ centuriōes: τ pētacō-
Deut. 20.b tarchos τ decuriōes. Et dixit his q̄ edi
Iudicū. 7.b ficabāt domos τ sponsabant vxores: τ
plantabāt vineas τ formidolosis: vt re
dirēt vnusquisqꝫ in domum suam ſm
legem. Et mouerunt castra: et colloca-
uerūt ad austrum ammaum. Et ait iu-
das. Accingimini et estote filij poten-
tes: τ estote parati i mane vt pugnetis
aduersus nationes has que cōuenerūt
disperdere nos τ sancta nostra: qm̄ me-
lius est nos mori in bello q̄ videre ma
la gētis nostre et sanctorum. Sicut au
tem fuerit voluntas in celo: sic fiat.
¶ Ca. 4. Debellatis gorgia et lysia iu-
das purificauit templū: de dedicatiōe
altaris: et ornatu templi. Capitulum. iiij.



Et assumpsit gorgias q̄nqꝫ A
milia virorū et mille eq̄tes
electos: τ mouerunt castra
nocte: vt applicarēt ad ca-
stra iudeorū: τ ꝑcuterēt eos
subito. Et filij q̄ erāt ex ar
ce: erāt illis duces. Et audiuit iudas:
et surrexit ipse τ potētes ꝑcutere virtu
tem exercituū regis q̄ erat in ammaū.
Adhuc em̄ dispersus erat exercitꝰ a ca
stris. Et venit gorgias i castra iude no
ctu: et neminē inuenit: et querebat eos
in mōtibus, quoniam dixit: fugiunt hi
a nobis. Et cum dies factus esset appa
ruit iudas in campo cum tribus mili-
bus virorum tantum: qui tegumenta τ
gladios non habebant. Et viderūt ca-
stra gētium valida: τ loricatos τ equi-
tatus in circuitu eorū: et hi docti ad
prelium. Et ait iudas viris qui secum
erāt. Ne timueritis multitudinem eo-
rum: τ impetum eorum ne formidetis.
Mementote qualiter salui facti sunt Exod. 14. g
pres nr̄i in mari rubro: cū sequeret̄ eos
pharao cū exercitu multo. Et nunc cla
memꝰ i celū τ miserebit̄ nr̄i dn̄s: τ me-
mor erit testamēti patrū nr̄orū: τ conte
ret exercitū istū ante faciē nr̄am hodie:
τ sciēt oēs gētes qꝛ est deꝰ q̄ redimat τ j. 9. b.
liberet isrl̄. Et eleuauerūt alienigene B
oculos suos: τ viderūt eos venientes ex
aduerso. Et exierūt de castris in ꝓliū:
et tuba cecinerūt hi q̄ erāt cū iuda. Et
ꝯgressi sunt τ cōtrite sunt gētes: τ fuge
rūt i cāpū. Nouissimi aūt ceciderūt in
gladio: τ ꝑsecuti sunt eos vsqꝫ gaserō:
τ vsqꝫ i cāpos idumee τ azoti τ iānie: τ
ceciderūt ex illis vsqꝫ ad tria milia viro
rū. Et reuersus ē iudas: τ exercitꝰ eiꝰ:
sequēs eū. Dixitqꝫ ad populū. Nō cōcu
piscatis spolia: qꝛ bellū cōtra nos est:
et gorgias τ exercitus eiꝰ prope nos in
mōtibꝰ: sed state nūc ꝯtra inimicos no
stros et expugnate eos: τ sumetis postea C
spolia securi. Et adhuc loquente iuda
hec: ecce apparuit pars q̄dā ꝓspiciens
de mōte. Et vidit gorgias q̄ in fugā cō
uersi sunt sui: τ succēsa sunt castra. Fu-
mus em̄ q̄ videbat̄: declarabat qđ factū
est. Quibꝰ illi conspectis timuerūt val
de: aspiciētes simul τ iudam τ exercitū
in campo paratū ad prelium. Et fuge-
runt omnes in campo alienigenarū: et
iudas reuersus est ad spolia castrorum.
Et acceperūt aurum multum τ argen-
tum τ hyacinthum: τ purpuram mari-
nam: τ opes magnas. Et ꝯuersi hymnū

tanebant:⁊ benedicebāt deū in celum:
quoniā bonus est:qm̄ in seculum mīa
eius. Et facta est salus magna in israel
in die illa. Quicūqȝ aūt alienigenarum
euaserāt:venerūt et nunciauerūt lysie
vniuersa que acciderāt. Quib⁹ ille au-
ditis cōsternatus animo deficiebat:qꝛ
non qualia voluit:talia cōtigerunt in
israel:⁊ qualia mādauit rex. Et sequē-
ti anno cōgregauit lysias viroꝝ electo
rū sexaginta milia:⁊ equitū qȝ mi-
D lia:vt debellaret eos. Et venerūt in iu
deam:⁊ castra posuerūt in bethoron:⁊
occurrit illis iudas cū decē milibus vi
ris. Et viderunt exercitū fortē et ora-
i.reg.7.f. uit:⁊ dixit. Benedictus es saluator is-
rael:qui cōtriuisti impetū potentis in
manu serui tui dauid:et tradidisti ca-
stra alienigenarū in manu ionathe filij
saul ⁊ armigeri eius. Cōclude exercitū
i.reg.14.g. istū in manu ppl'i tui israel:⁊ cōfundā
tur in exercitu suo ⁊ equitib⁹. Da illis
formidinē:⁊ tabefac audaciā virtutis
eoꝝ:⁊ commoueantur cōtritione sua.
Deijce illos gladio diligētiū te:⁊ col-
laudent te oēs qui nouerūt nomē tuū
in hymnis. Et cōmiserunt prelium:et
ceciderūt de exercitu lysie quinqȝ milia
virorū. Uidēs autē lysias suorū fugam
et iudeoꝝ audaciā:⁊ quod parati sunt
aut viuere:aut mori fortiter:abijt an-
tiochiā ⁊ elegit milites:vt multiplica
ti rursus venirēt in iudeam. Dixit aūt
iudas et fratres ei⁹. Ecce cōtriti sunt
inimici nostri:ascēdamus nūc mūdare
E sancta ⁊ renouare. Et congregatus est
omnis exercitus:⁊ ascēderunt in mōtē
sion. Et viderūt sanctificationē deser-
tam:⁊ altare pphanatū:⁊ portas exu-
stas:et in atrijs virgulta nata sicut in
saltu vel in mōtibus:⁊ pastophoria di
ruta. Et sciderūt vestimēta sua:⁊ plan
xerunt planctu magno:⁊ imposuerunt
cinerem super caput suū:⁊ ceciderunt
in faciem super terrā:⁊ exclamauerunt
tubis signorum:⁊ clamauerūt in celū.
Tunc ordinauit iudas viros vt pugna
rent aduersus eos qui erant in arce:do
nec emundarēt sancta. Et elegit sacer-
dotes sine macula:voluntatē habētes
in lege dei:⁊ mundauerunt sancta:⁊ tu
lerunt lapides cōtaminationis in lo-
cum immūdum. Et cogitauit de altari
holocaustorum quod pphanatū erat:
quid de eo faceret. Et incidit illi consi
lium bonum vt destrueret illud:ne for
te illis esset in opprobrium:qꝛ conta-
minauerunt illud gentes:et demoliti
sunt illud. Et reposuerunt lapides in F
mōte domus in loco apto:quoadusqȝ
veniret pphēta ⁊ respōderet de eis. Et
acceperunt lapides integros ſm legē:
et edificauerunt altare nouū ſm illud
quod fuit prius:⁊ edificauerūt sancta:
et que intra domū erant intrinsecus ⁊
edem:⁊ atria sanctificauerunt. Et fece
runt vasa sancta noua:⁊ intulerūt cā-
delabrum ⁊ altare incēsorum:⁊ mēsaꝫ
in templum. Et incēsum posuerunt su
per altare:⁊ accēderunt lucernas que
super candelabrum erāt:⁊ lucebant in
templo. Et posuerunt super mensam
panes:⁊ appenderunt vela:⁊ consum-
mauerunt omnia opera que fecerant.
Et ante matutinum surrexerunt quin
ta et vicesima die mensis noni:hic est
mensis casleu centesimiquadragesimi-
octaui anni:et obtulerunt sacrificium
ſm legem super altare holocaustorum
nouum quod fecerunt. Scdm tempus
et ſm diē in qua cōtaminauerūt illud
gētes in ipsa renouatū est in cāticis et
cytharis ⁊ cynaris ⁊ cymbalis. Et ce- G
dit omnis populus in faciem:et ado-
rauerunt:et benedixerūt in celum eum
qui prosperauit eis. Et fecerunt dedi-
cationem altaris diebus octo:⁊ obtu-
lerunt holocausta cum leticia ⁊ saluta
ria laudis. Et ornauerunt faciem tem-
pli coronis aureis ⁊ scutulis:⁊ dedica
uerūt portas ⁊ pastophoria:⁊ iposue-
runt eis ianuas. Et facta est leticia in
populo magna valde:⁊ auersum est op
probrium gentium. Et statuit iudas in
fratres eius et vniuersa ecclesia israel:
vt agatur dies dedicationis altaris in
temporibus suis ab anno in annū per
dies octo:a quinta ⁊ vicesima die men
sis casleu cū leticia ⁊ gaudio. Et edifi-
cauerunt in tempore illo montē sion:
et per circuitum muros altos ⁊ turres
firmas:ne quando venirent gentes et
conculcarent eum:sicut antea fecerūt.
Et collocauit illic exercitum vt serua-
rent eum:⁊ muniuit eum ad custodien
dam bethsurā:vt haberet populus mu
nitionem contra faciem idumee.

¶ C. V. Debellat iudas gentes volen-
tes perdere israel: de timotheo duce
ammon:simō missus a fratre expugnat
gentes: de bellis inde cōtra timotheū:
ꝙ iosephus et azarias victi sunt:expu
gnat iudas filios esau:iudas euertit
aras idolorum. Capi.v.



A Et factū est vt audierūt gē-
tes in circuitu: q2 edifica-
tū est altare: et sanctuariū
sicut prius: irate sunt val-
de: ⁊ cogitabāt tollere ge-
nus iacob: qui erant inter
eos: ⁊ ceperūt occidere de populo ⁊ p-
sequi. Et debellabat iudas filios esau
in idumea: ⁊ eos qui erāt in arabatha
ne: q2 circūsedebant israelitas: ⁊ per-
cussit eos plaga magna. Et recordat⁹
est maliciam filiorū bean: qui erāt po-
pulo in laqueū ⁊ in scādalum: insidiā
tes ei in via: ⁊ cōclusi sunt ab eo in tur
ribus: ⁊ applicuit ad eos: ⁊ anathema-
tizauit eos: ⁊ incēdit turres eorū igni
cum omnibus qui in eis erāt: ⁊ transi-
uit ad filios ammon: et inuenit manū
fortē ⁊ populū copiosum: ⁊ timotheū
ducem ipsorum. Et cōmisit cū eis pre-
lia multa: ⁊ contriti sunt in conspectu
eorū: et percussit eos: ⁊ cepit gazer ciui
tatē et filias eius: ⁊ reuersus est in iu-
deam. Et congregate sunt gentes que
sunt in galaad aduersus israelitas qui
erant in finibus eorū: vt tollerēt eos: ⁊
fugerūt in dathemā munitionē: ⁊ mi-
serunt literas ad iudā ⁊ fratres eius:
B dicentes. Congregate sunt aduersum
nos gētes per circuitum: vt nos aufe-
rant ⁊ parant venire ⁊ occupare muni
tionem in quam confugimus: et timo-
theus est dux exercitus eorū. Nunc ergo
veni et eripe nos de manibus eorū: q2
cecidit multitudo de nobis. Et omēs
fratres nostros qui erāt in locis tubin
interfecti sunt: et captiuas duxerunt
vxores eorum et natos ⁊ spolia: ⁊ per-
emerunt illic fere mille viros. Et ad-
huc epistole legebātur. Et ecce alij nū-
cij venerūt de galilea cōscissis tunicis
nūciantes s̄m verba hec: dicētes cōue-
nisse aduersum se a ptolomaida ⁊ tyro
et sydone: ⁊ repleta est oīs galilea alie
nigenis: vt non consumāt. Ut audiuit
aūt iudas et populus sermones istos:
cōuenit ecclesia magna cogitare quid
facerent fratribus suis qui in tribula-
tione erant: ⁊ expugnabantur ab eis.
Dixitq3 iudas simoni fratri suo. Elige
tibi viros: ⁊ vade et libera fratres tu-
os in galilea: ego autem ⁊ frater meus
ionathas ibimus in galaaditim. Et
reliquit iosephum filiū zacharie ⁊ aza
riam: duces populi cum residuo exer-
citu in iudea ad custodiam: ⁊ precepit
C illis dicens. Prestote populi huic: et
nolite bellum cōmittere aduersum gē
tes: donec reuertamur. Et dati sunt si
moni viri tria milia vt iret in galileā:
iude autē octo milia in galaaditim.
Et abijt simon in galileā: ⁊ cōmisit p̄-
lia multa cū gētib⁹. Et cōtrite sunt gē
tes a facie eius: ⁊ psecutus est eos vsq3
ad portā ptolomaidis. Et ceciderunt
de gētibus fere tria milia virorū: ⁊ ac-
cepit spolia eorū. Et assumpsit eos qui
erāt in galilea ⁊ in arbatis cū vxorib⁹
et natis: ⁊ oībus que erāt illis: ⁊ addu
xit i iudeā cū leticia magna. Et iudas
machabeus ⁊ ionathas frater eius trā
sierunt iordanē: ⁊ abierūt viā triū di-
erū per desertū. Et occurrerūt eis na-
buthei: ⁊ susceperūt eos pacifice: ⁊ nar
rauerūt eis oīa que acciderāt fratrib⁹
eorū in galaditide: ⁊ q2 multi ex eis cō-
prehēsi sunt in barasa ⁊ bosor ⁊ in ali-
mis ⁊ in casphor ⁊ mageth ⁊ carnaim.
He oēs ciuitates munite ⁊ magne. Sz
et in ceteris ciuitatib⁹ galaditidis te-
nētur cōprehēsi: ⁊ in crastinū cōstitue-
rūt admouere exercitū ciuitatib⁹ his:
⁊ cōprehēdere ⁊ tollere eos in vna die.
Et cōuertit iudas ⁊ exercitus eius viā
in desertū bosor repente: ⁊ occupauit
ciuitatē: ⁊ occidit oēm masculū in ore
gladij: ⁊ accepit oīa spolia eorū: ⁊ succē
dit eam igni. Et surrexerūt inde nocte
et ibāt vsq3 ad munitionē. Et factū est
diluculo cū eleuassent oculos suos. Et D
ecce populus multus cuius nō erat nu
merus: portātes scalas ⁊ machinas vt
cōprehenderēt munitionē: ⁊ expugna-
rēt eos. Et vidit iudas q2 cepit bellū:
et clamor belli ascēdit ad celū sicut tu-
ba: ⁊ clamor magnus de ciuitate. Et di
xit exercitui suo. Pugnate hodie p̄ fra
tribus vestris. Et venit tribus ordini
bus post eos: ⁊ clamauerūt tubis: ⁊ cla
mauerūt in oratione. Et cognouerūt ca-
stra timothei: q2 machabeus est: ⁊ refu
gerūt a facie eius: ⁊ pcusserūt eos pla-
ga magna: ⁊ ceciderūt ex eis in die illa
fere octo milia virorū. Et diuertit iu-
das in maspha: et expugnauit: ⁊ cepit
eā: ⁊ occidit oēm masculū eius ⁊ assum
psit spolia eius: ⁊ succēdit eā igni. In-
de perrexit ⁊ cepit casbon ⁊ mageth et
bosor: et reliq̄s ciuitates galaditidis.
Post hec aūt verba congregauit timo-
theus exercitū aliū: ⁊ castra posuit cō-
tra raphō trās torrētē. Et misit iudas
speculari exercitū: ⁊ renunciauerūt ei
dicētes. Q2 cōuenerūt ad eū oēs gētes

que in circuitu nostro sunt: et exercitus multus nimis. Et arbas conduxerunt in auxilium sibi: et castra posuerunt trans torrentem parati ad te venire in prelium. Et abijt iudas obuiam illis. Et ait timotheus principibus exercitus sui. Cum appropinquauerit iudas et exercitus eius ad torrentem aque: si transierit ad nos prior non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos. Si vero timuerit transire et posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos: et poterimus aduersus illum. Ut autem appropinquauit iudas ad torrentem aque: statuit scribas populi secus torrentem: et mandauit eis: dicens. Neminem hominem reliquetis: sed veniant omnes in prelium. Et transfretauit ad illos prior: et omnis populus post eum. Et contrite sunt omnes gentes a facie eorum: et proiecerunt arma sua: et fugerunt ad phanum quod erat in carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatem: et phanum succendit igni cum omnibus qui erant in ipso: et oppressa est carnaim: et non potuit sustinere contra faciem iude. Et congregauit iudas vniuersos israelitas qui erant in galaditide a minimo vsque ad maximum: et vxores eorum: et natos et exercitum magnum valde: vt venirent in terram iude. Et venerunt vsque ad ephron: et hec ciuitas magna in ingressu posita muni-

Num.20.c. tavalde. Et non erat declinare ab ea dextra vel sinistra: sed per medium iter erat: et incluserunt se qui erant in ciuitate et obstruxerunt portas lapidibus: et misit ad eos iudas verbis pacificis: dicens. Transeamus per terram vestram vt eamus in terram nostram: et nemo vobis nocebit: tantum pedibus transibimus: et nolebant eis aperire. Et precepit iudas predicari in castris vt applicarent vnusquisque in quo erat loco: et applicuerunt se viri virtutis: et oppugnauit ciuitatem illam tota die et tota nocte: et tradita est ciuitas in manu eius. Et peremerunt omnem masculum in ore gladij: et eradicauit eam: et accepit spolia eius: et transiuit per totam ciuitatem super interfectos. Et transgressi sunt iordanem in campo magno contra faciem bethsan. Et erat iudas congregans extremos: et exhortabatur populum per totam viam: donec venirent in terram iuda: et ascenderunt in montem sion cum leticia et gaudio: et obtulerunt holocausta: quod nemo ex eis cecidisset: donec reuerterentur in pace. Et in diebus quibus erat iudas et ionathas in terra galaad: et simon frater eius in galilea contra faciem ptolomaidis: audiuit iosephus zacharie filius et azarias princeps virtutis res bene gestas: et prelia que facta sunt: et dixit. Faciamus et ipsi nobis nomen: et eamus pugnare aduersus gentes que in circuitu nostro sunt. Et precepit his qui erant in exercitu suo: et abierunt iamniam. Et exiuit gorgias de ciuitate et viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati sunt iosephus et azarias vsque in fines iudee: et ceciderunt illa die de populo israel ad duo milia viri. Et facta est plaga magna in populo: quia non audierunt iudam et fratres eius: existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum: per quos salus facta est in israel. Et viri iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis israel: et gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit iudas ad fratres eius: et expugnabant filios esau in terra que ad austrum est: et percussit chebron et filias eius: et muros eius: et turres succendit igni in circuitu. Et mouit castra vt iret in terram alienigenarum: et perambulabat samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello dum volunt fortiter facere: dum sine consilio exeunt in prelium. Et declinauit iudas in azotum in terram alienigenarum: et diruit aras eorum: et spolia deorum ipsorum succendit igni: et cepit spolia ciuitatum: et reuersus est in terram iuda.

¶ C.M. De morte antiochi et successione filij eius: filius antiochi mittit exercitum ad debellandum iudam et vincitur: pacem dat ficte quam cito rupit: hic dicitur quod in bellis vtebatur elephantis. Capi. vj.



Et rex antiochus perambulauit superiores regiones: et audiuit esse ciuitatem elimaidem in perside nobilissimam et copiosam in argento et auro: templumque in ea locuples valde. Et illic velamina aurea et lorice et scuta que reliquit alexander philippi rex macedo: qui regnauit primus in grecia. Et venit et querebat capere ciuitatem: et depredari eam: et non potuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. Et surrexerunt in prelium: et fugit inde: et abijt cum tristitia magna: et reuersus est in babyloniam. Et venit qui nunciaret ei in perside: quia fugata sunt castra que erant in terra iuda: et quia abijt

lysias cū virtute forti in primis:⁊ fu-
gatus est a facie iudeoꝝ:⁊ inualuerūt
armis ⁊ viribus ⁊ spoliis multis que
ceperūt de castris que exciderūt. Et qꝛ
diruerūt abominationē quā edificaue-
rūt sup altare qđ erat in hierlm:⁊ san-
ctificationē: sicut prius circūdederāt mu
ris excelsis:sꝫ ⁊ bethsurā ciuitatē suā.
Et factum est vt audiuit rex sermones
istos:expauit ⁊ cōmotus est valde:⁊ de
cidit in lectulū:⁊ incidit ī lāguorē p̄e
B tristicia:qꝛ nō ē factū sicut cogitabat.
Et erat illic p dies multos:qꝛ nouata
est in eo tristitia magna:⁊ arbitrat⁹ est
se mori. Et vocauit oēs amicos suos:
et dixit illis. Recessit somn⁹ ab oculis
meis:⁊ cōcidi ⁊ corrui corde p̄e solli-
citudine. Et dixi in corde meo. In quā
tam tribulationē deueni:⁊ in q̄s fluct⁹
tristitie in qua nūc sum q̄ iocūdus erā
et dilectus in potestate mea. Nūc vero
reminiscor maloꝝ que feci in hierlm:
vnde ⁊ abstuli oīa spolia aurea ⁊ argē
tea que erāt in ea:⁊ misi auferre habi-
tātes iudeā sine causa. Cognoui ergo
qꝛ ppterea inuenerūt me mala ista:et
ecce pereo tristitia magna in terra alie-
na. Et vocauit philippū vnū de amicis
suis:⁊ p̄eposuit eū sup vniuersum re
Al's + edu- gnum suū:⁊ dedit ei diadema et stolā
caret. suā ⁊ annulū:vt + adduceret antiochū
filiū suū:⁊ nutriret eū vt regnaret. Et
mortuus est illic antioch⁹ rex āno cen
tesimoquadragesimonono:⁊ cognouit
lysias:qm mortuus est rex:et constituit
Al's + eupa regnare antiochū filiū ei⁹ quē nutriuit
ter. adolescentē:⁊ vocauit nomē ei⁹ + eu-
E patorē. Et hi qui erāt in arce cōcluse-
rāt israel in circuitu sanctoꝝ:⁊ quere
bant eis mala semp ad firmamētū gen
tiū. Et cogitauit iudas dispdere eos:
et cōuocauit vniuersum pplm vt obsi-
derēt eos. Et cōuenerūt simul:⁊ obse-
derūt eos anno cētesimoquinquagesi-
mo:⁊ fecerūt balistas ⁊ machinas. Et
exierūt quidā ex eis q̄ obsidebātur:et
adiunxerūt se illis aliqui impii ex isrl
et abierūt ad regē:⁊ dixerūt. Quousq̄
nō facis iudiciū:⁊ vindicas fratres no
stros? Nos decreuimus seruire patri
tuo:⁊ ambulare in p̄ceptis ei⁹:⁊ ob-
sequi edictis eius:⁊ filii ppli nostri p
pter hoc alienabāt se a nobis. Et qui-
cūq̄ inueniebant ex nobis interficie-
bant:⁊ hereditates nostre diripieban-
tur. Et nō ad nos tm̄ extēderūt manū:
sed in oēs fines nostros. Et ecce appli-
cuerūt hodie ad arcē in hierlm occupa
re eā:⁊ munitionē in bethsurā munie-
rūt. Et nisi p̄ueneris eos veloci⁹ ma
iora q̄ hec facient:⁊ nō poteris obtine-
re eos. Et iratus est rex vt hec audiuit:
et cōuocauit oēs amicos suos et princi
pes exercitus sui:⁊ oēs q̄ sup equites
erāt. Sed ⁊ de regnis aliis:⁊ de insulis D
maritimis venerūt ad eū exercitus cō-
ducticii. Et erat numerus exercitus
eius cētū milia peditū:⁊ viginti milia
equitū:⁊ elephanti trigintaduo docti
ad preliū. Et venerunt per idumeā:et
applicuerūt ad bethsurā:⁊ pugnauerūt
dies multos:⁊ fecerunt machinas. Et
exierūt ⁊ succenderunt eas igni:⁊ pu-
gnauerūt viriliter. Et recessit iudas ab
arce:⁊ mouit castra ad bethzacharam
cōtra castra regis. Et surrexit rex ante
lucē:⁊ cōcitauit exercitus impetū cōtra
viā bethzacharā. Et cōparauerūt se ex
ercitus in preliū:⁊ tubis cecinerūt. Et
elephātis ostēderūt sanguinem vue:⁊
mori ad acuēdos eos in preliū. Et diui
serūt bestias p legiōes:⁊ astiterūt sin-
gulis elephātis mille viri in loricis cō
cathenatis:⁊ galee eree ī capitib⁹ eoꝝ:
et q̄ngēti equites ordinati vnicuiq̄ be
stie electi erāt. Hi ante tēpus vbicū q̄
erat bestia ibi erāt:⁊ q̄cūq̄ ibat ibāt:
et nō discedebāt ab ea. Sed et turres
lignee sup eos firme ptegentes sup sin E
gulas bestias:⁊ super eas machine. Et
super singulas viri virtutis triginta-
duo:qui pugnabāt desup:⁊ intus ma-
gister bestie. Et residuū equitatū hinc
et inde statuit in duas partes:tubis ex
ercitū cōmouere:⁊ perurgere cōstipa-
tos in legionibus eius. Et vt refulsit
sol in clypeos aureos ⁊ ereos:resplen-
duerūt mōtes ab eis:⁊ resplēduerunt
sicut lāpades ignis. Et distincta est pa
exercitus regis per mōtes excelsos:et
alia p loca humilia:⁊ ibāt caute ⁊ or-
dinate. Et cōmouebantur oēs inhabi-
tātes terrā a voce multitudinis eoꝝ:⁊
in incessu tube et collisiōe armoꝝ:erat
eñ exercit⁹ magnus valde ⁊ fortis. Et
appropiauit iudas ⁊ exercit⁹ ei⁹ ī pre-
liū:⁊ ceciderūt de exercitu regis sexcē
ti viri. Et vidit eleazar fili⁹ saura vnā
de bestiis loricatā loricis regis:⁊ erat
eminēs sup ceteras bestias. Et visū est
ei qđ in ea esset rex:⁊ dedit se vt libera
ret pplm suum:⁊ acq̄reret sibi nomen
eternū. Et cucurrit ad eam audacter
in medio legiōis interficiēs a dextris F
et a sinistris

et a sinistris: et cadebāt ab eo hinc atq̃
illinc. Et iniit ad pedes elephātis: ⁊ sup
posuit se ei: ⁊ occidit eū ⁊ cecidit i ter
rā sup ipm: ⁊ mortu⁹ ē illic. Et vidētes
virtutē regis: ⁊ ipetū exercit⁹ ei⁹ diuer
terūt se ab eis. Castra aūt regis ascēde
F rūt ꝯtra eos in hierl'm: ⁊ applicuerunt
castra regis ad iudeā ⁊ mōtē siō. Et fe
cit pacē cū his q̄ erāt in bethsura: ⁊ ex
ierūt de ciuitate: q2 nō erāt eis ibi ali
mēta ꝯclusis: q2 sabbata erāt terre. Et
comprehendit rex bethsurā: et ꝯstituit
illic custodiā seruare eā: ⁊ ꝯuertit castra
ad locū sctificationis dies multos. Et
statuit illic balistas ⁊ machinas: ⁊ ignis
iacula: ⁊ tormēta ad lapides iactādos
⁊ spicula ⁊ scorpios ad mittēdas sagit
tas ⁊ fundibula. Fecerūt aūt ⁊ ipsi ma
chinas aduersus machinas eorꝝ: et pu
gnauerūt dies multos. Esce aūt nō erāt
in ciuitate: eo q̄ septim⁹ ann⁹ esset: ⁊ q̄
remāserāt in iudea de gētib⁹ ꝯsumpse
rant reliquas eorꝝ que reposite fuerant.
Et remāserūt in sctis viris pauci: qm̄
G obtinuerat eos fames: et dispersi sunt
vnusq̄sq3 in locū suū. Et audiuit lysias
qd̄ philipp⁹ quē ꝯstituerat rex antio
chus: cū adhuc viueret: vt nutriret ātio
chū filiū suū: ⁊ regnaret reuersus est a
perside et media: et exercit⁹ q̄ abierat
cū ipso: et q2 q̄rebat suscipere regni ne
gocia. Et festinauit ire et dicere ad re
gē et duces exercit⁹. Deficim⁹ quotidie:
et esca nobis modica est: et locus quē
obsidemus est munit⁹: ⁊ incūbit nobis
ordinare de regno. Nunc itaq3 demus
dextras hoib⁹ istis: et faciam⁹ cū illis
pacē: et cū oi gēte eorꝝ: et cōstituamus
illis vt ambulēt in legitimis suis: sicut
prius. Propter legitia eñ ipsorꝝ q̄ de
speximus: irati sunt: ⁊ fecerūt oia hec.
Et placuit sermo i ꝯspectu regis ⁊ prin
cipū: ⁊ misit ad eos pacē facere: ⁊ rece
perūt illā: ⁊ iurauit illis rex ⁊ principes:
et exierūt de munitiōe. Et intrauit rex
mōtē siō: ⁊ vidit munitionē loci: ⁊ ru
pit citius iuramētū qd̄ iurauit: et mā
dauit destruere murū i gyro. Et disces
sit festināter: ⁊ reuersus est ātiochiā: ⁊ i
uēit philippū dñantē ciuitati: ⁊ pugna
uit aduersus eū: ⁊ occupauit ciuitatē.
¶ C. S. Demetri⁹ occisis antiocho et
lysia obtinuit regnū: de alchimo ⁊ ba
chide ⁊ malicia eorꝝ: de sanguine effuso
in circūitu hierusalē: misit demetrius
nicanorē contra israel: orauit iudas ⁊
vicit nicanorem: et occidit eū. Ca. vij.


Anno centesimoquinquagesimo
hoiēs ascēderūt in tēplū vt orarēt: vn⁹
phariseꝰ ⁊ alter publican⁹. Phariseus
C stans hec apud se orabat. De⁹ gratias
ago tibi: q: nō sum sicut ceteri hoiēȝ ra
ptores iniusti adulteri vel vt etiā hic pu
blicanus. Ieiuno bis in sabbato: deci-
mas do oīm que possideo. Et publica-
nus a lōge stans nolebat nec oculos ad
De pe. dist. celū leuare: sed percutiebat pectus suum
1. capi. quis dicēs. De⁹ ꝓpiti⁹ esto mihi peccatori.
aliquando. Amē dico vobis descēdit hic iustifica-
tus in domū suā ab illo: q: oīs q̄ se ex-
altat humiliabit̃: ⁊ q̄ se humiliat exal-
tabit̃. Afferebāt aūt ad illū ⁊ infantes
Ads ✝ quis vt eos tāgeret. Q̄d cū viderēt discipu
Mat. 23. b. li increpabāt illos. Iesus aūt cōuocās
Mat. 19. b. illos dixit. Sinite pueros venire ad me
Mar. 10. b. ⁊ nolite vetare eos. Taliū est eñ regnū
dei. Amen dico vobis q̄cūqȝ nō accepe
rit regnuȝ dei sicut puer: nō intrabit in
D illud. Et interrogauit eū q̄dā princeps
dicēs. Magister bone q̄d faciēs vitam
eternā possidebo. Dixit autem ei iesus.
Quid me dicis bonū. Nemo bon⁹ nisi

solus de⁹. Mādata nosti. Nō occides: Mat. 19. b.
nō mechaberis: nō furtum facies: non Mar. 10. c.
falsum testimoniū dices: honora patrē Exo. 20. b.
tuum ⁊ matrē. Qui ait. Hec oīa custodi Mat. 19. c.
ui a iuuentute mea. Quo audito iesus Mar. 10. c.
ait ei. Adhuc vnū tibi deest. Oīa q̄cūqȝ Mat. 19. c.
habes vende ⁊ da pauperibus: ⁊ habe- 24. q. 1. c. 1.
bis thesaurum in celo: ⁊ veni seq̄re me.
His ille auditis contristatus est: q: di-
ues erat valde. Uidens autē iesus illuȝ
tristē factum dixit. Quā difficile q̄ pe- E
cunias habēt in regnuȝ dei intrabunt. Mat. 19. c.
Facilius est eñ camelū p̄ foramē acus Mar. 6. c.
trāsire q̄ꝫ diuitē intrare in regnum dei.
Et dixerunt q̄ audiebāt. Et q̄s pōt sal
uus fieri? Ait illis. Que īpossibilia sūt Mat. 19. d.
apud hoīes: possibilia sunt apud deū. Mar. 10. d.
Ait autē petrus. Ecce nos dimisimus
omnia ⁊ secuti sumus te. Qui dixit eis.
Amen dico vobis: nemo est qui relinq̄t Mat. 9. d.
domū aut parētes aut fratres aut vxo- Mar. 10. d.
rem aut filios ꝓpter regnū dei: ⁊ nō re 28. q. 1. c. 1.
cipiat multo plura in hoc t̄pe ⁊ in secu Mat. 10. c.
lo futuro vitā eternā. Assumpsit auteȝ F
iesus duodecim: ⁊ ait illis. Ecce ascēdi
mus hierosolymā ⁊ cōsummabunt̃ oīa
que scripta sunt per ꝓphetas de filio
hoīs. Tradet̃ eñ gētibus ⁊ illudetur ⁊ S. 2. g.
flagellabitur ⁊ cōspuet̃: ⁊ postq̄ꝫ flagel mat. 20. d.
lauerint occidēt eum ⁊ die tertia resur
get. Et ipsi nihil hoꝝ intellexerūt. Erat Mar. 10. g.
autē verbū istud abscōditum ab eis: et G
nō intelligebāt que dicebātur. Factuȝ
est aūt cū appropinquaret hierico cec⁹
quidā sedebat secus viā mendicās. Et
cū audiret turbam pretereūtē interro- Mar. 10. d.
gabat q̄d hoc esset. Dixerunt autē ei q̄
iesus nazarenus trāsiret. Et clamauit
dicēs. Iesu fili dauid miserere mei. Et De pe. dist.
qui preibant increpabāt eū vt taceret. 1. c. voluis-
Ipse vero multomagis clamabat: fili sent.
dauid miserere mei. Stans autē iesus
iussit illū adduci ad se. Et cū appropi-
quasset interrogauit illū dicens. Quid
tibi vis faciam. At ille dixit. Dñe vt vi-
deā. Et iesus dixit ei. Respice: fides tua
te saluum fecit. Et cōfestim vidit: ⁊ se-
quebatur illū magnificās deū. Et oīs
plebs vt vidit dedit laudem deo.
¶ C. S. De zacheo: decē mnarū simili-
tudinem ponit: habēti dabit̃: inimicos
suos aūt se iubet occidere: sup pulliū asi
ne sedet: turbe descendentium ceperūt
deū laudare: dicētes bñdictus q̄ venit
rex: iesus dixit. Si hi tacuerint lapides
clamabūt: fleuit iesus sup hierlm ⁊ ꝑdi
xit destructionē eius: eiicit vendētes et

ementes

emētes de tēplo: ꝑncipes sacerdotū et
scribe querebāt perdere iesum. Ca. xix.
A T ingressus pambulabat hie-
rico. Et ecce vir noīe zacheꝰ:
et hic ꝑnceps erat publicano-
rū: ⁊ ipse diues. Et querebat
videre iesum q̄s esset: ⁊ non
poterat pre turba: q2 statura pusillus
erat. Et pcurrēs ascēdit in arborē sy-
comorū vt videret eū: q2 inde erat trāsitu-
rus. Et cū venisset ad locū: suspiciens
iesus vidit illū: et dixit ad eū. Zachee
festinās descēde: q2 hodie in domo tua
opꝫ me manere. Et festinās descēdit: ⁊
B excepit illū gaudēs. Et cū viderēt oēs
murmurabāt dicētes q̄ ad hoiem pec
Mat.15.c catorē diuertisset. Stās aūt zacheꝰ di
xit ad iesū. Ecce dimidiū bonorū meorū
dn̄e do paupibꝰ: ⁊ si q̄d aliquē defrau-
daui: reddo q̄druplū. Ait iesus ad eū.
Q2 hodie salꝰ domui huic facta est: eo
q̄ ⁊ ipse filiꝰ sit abrae. Uenit em̄ filius
hoīs q̄rere ⁊ saluū facere qđ perierat.
Hec illis audiētibꝰ adijciēs dixit para
Mat.25.a bolā: eo q̄ esset ꝑpe hierlm̄: ⁊ q2 existi-
Mar.13.d marēt q̄ cōfestim regnū dei manifesta-
ref. Dixit ergo. Hō q̄daꝫ nobilis abijt
in regionē lōginquā accipe sibi regnū
C et reuerti. Uocatꝭ autē decē seruis suis
dedit eis decē mnas: ⁊ ait ad illos. Ne
gociamini dū venio. Ciues aūt eiꝰ ode
rant eū: ⁊ miserūt legationē post illū.
Dicētes. Nolumꝰ hūc regnare sup nos.
Et factū est vt rediret accepto regno: ⁊
iussit vocari suos q̄bꝰ dedit pecuniā:
vt sciret quātū q̄sq3 negociatꝰ esset. Ue
Mat.25.c nit aūt ꝑmus dicēs. Dn̄e mna tua decē
mnas acq̄siuit. Et ait illi. Euge serue
bone: q2 i modico fuisti fidelis: eris po
testatē habēs supra decē ciuitates. Et
alter venit dicēs. Dn̄e mna tua fecit q̄n
q3 mnas. Et huic ait. Et tu esto sup q̄n
q3 ciuitates. Et alter venit dicēs. Dn̄e
ecce mna tua quā habui repositā in su-
dario. Timui em̄ te: q2 hō austerus es:
D tollis q̄ non posuisti: ⁊ metis q̄ nō se
minasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico
serue nequā. Sciebas q̄ ego hō auste-
rus sum tollēs q̄ nō posui: ⁊ metēs qđ
nō seminaui. Et quare nō dedisti pecu
niā meā ad mēsam: ⁊ ego veniēs cū vsu
ris vtiq3 exegissem illā? Et astātibꝰ di
xit. Auferte ab illo mnā: ⁊ date illi qui
decē mnas hꝫ. Et dixerūt ei. Dn̄e hꝫ de
Mat.13.b. cē mnas. Dico aūt vobis: q2 oī habenti
Mar.4.c, dabitur ⁊ abūdabit: ab eo aūt qui non
s.8.c. habet ⁊ qđ hꝫ auferet ab eo. Uerūtamē

inimicos meos illos qui noluerūt me
regnare sup se: adducite huc ⁊ interfici-
te ante me. Et his dictis ꝑcedebat ascē
dens hierosolymā. Et factū est cū ap-
E propinquasset ad bethphage ⁊ bethaniā
ad montem qui vocatur oliueti: misit Mat.21.a
duos discipulos suos dicēs. Ite in ca- Mar.11.a
stellum qđ contra vos est: in qđ introeū Mat.21.a
tes inuenietis pullū asine alligatū: cui Mar.11.a
nemo vnq̄ hominū sedit. Soluite illū
et adducite. Et si q̄s vos interrogaue-
rit quare soluitis: sic dicetis ei: q2 dn̄s
operā eius desiderat. Abierūt aūt qui
missi erāt: ⁊ inuenerūt sicut dixit illis
F stantē pullū. Soluētibꝰ aūt illis pul-
lum: dixerunt dn̄i eius ad illos. Quid Mat.21.a
soluitis pullū? At illi dixerūt. Q2 dn̄s Mar.11.a
eum necessariū hꝫ. Et duxerunt illū ad Joan.12.b
iesum. Et iactātes vestimēta sua supra
pullum imposuerūt iesum. Eūte autē
illo substernebāt vestimēta sua in via.
Et cū appropinquaret iam ad descen-
sum mōtis oliueti: ceperūt oēs turbe
descēdētium gaudētes laudare deum
voce magna sup oibus quas viderant
virtutibus dicētes. Bn̄dictus q̄ venit
rex in noīe dn̄i: pax in celo et gloria in
excelsis. Et q̄daꝫ phariseorū de turbis
dixerūt ad illū. Magister increpa di-
scipulos tuos. Quibꝰ ipse ait. Dico vo
bis: q2 si hi tacuerint: lapides clama-
G bunt. Et vt appropinquauit vidēs ci-
uitatē: fleuit super illā dicēs. Q2 si co- mat.24.a
gnouisses ⁊ tu. Et q̄dem in hac die tua Mar.13.a
que ad pacē tibi: nunc aūt abscondita Mat.21.b
sunt ab oculis tuis. Q2 veniēt dies in Joan.2.c
te: ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo: et Esa.56.c
circūdabūt te: ⁊ coāgustabūt te vndiq3: Hiere.7.b
et ad terrā prosternēt te: et filios tuos Mat.21.d
qui in te sunt. Et nō relinquēt in te la- Mar.11.c
pidē sup lapidē: eo q̄ non cognoueris Joan.7.d.
tēpus visitationis tue. Et ingressus in ⁊.8.c.
tēplū cepit eijcere vēdentes ⁊ emētes:
dicēs illis. Scriptū est q2 domus mea
domus orationis est: vos aūt fecistis il
lā speluncā latronū. Et erat docēs quo
tidie in tēplo. Pricipes aūt sacerdotū
⁊ scribe: ⁊ ꝑncipes plebis q̄rebant illū
ꝑdere: ⁊ nō inueniebāt q̄d facerēt illi.
Ois ei ppls suspēsus erat audiēs illū.
¶ C.S. Interrogatꝰ iesus: in qua po-
testate hec facis: respondit baptismū
ioannis de celo erat: an ex hominibus:
de colonis vinee: q̄ occiderunt seruos:
lapidem quem reprobauerūt ⁊c. reddi
te que sunt cesaris ⁊c. de muliere q̄ se-
ptē fratres habuit: deꝰ nō est mortuo-

rum sed viuorum ꝛc. quomodo xps sit
filius dauid: attendite a scribis qui vo
lunt ambulare in stolis: qui deuorant
domos viduarum. Capi.xx.

A 
Et factū est in vna dierū do
cente illo pplm in tēplo et
euāgelizante ꝯuenerūt pn
cipes sacerdotū ꝛ scribe cū
senioribus: ꝛ aiunt dicētes
ad illū. Dic nobis in q̄ po
testate hec facis? aut qs est q̄ dedit tibi
Mat.21.c. hāc ptātē? Rñdēs āt iesus dixit ad il
Mar.11.d. los. Interrogabo vos ꝛ ego vnū verbū
rñdete mihi. Baptismū ioānis de celo
erat: an ex hoib⁹? At illi cogitabāt in
tra se dicētes. Qr si dixerimus de celo:
dicet quare ergo non credidistis illi?
Si aūt dixerim⁹ ex hoib⁹: plebs vni
B uersa lapidabit nos. Certi sunt eīn ioā
Mat.21.d. nē pphetā eē. Et rñderūt se nescire vn̄
Mar.12.a. esset. Et iesus ait illis. Neq ego dico
vobis in qua ptāte hec facio. Cepit āt
dicere ad plebē parabolā hāc. Hō qdā
plātauit vineā: ꝛ locauit eā colonis: ꝛ
ipse pegre fuit multis tpib⁹. Et in tpe
illo misit ad cultores seruū: vt de fru
ctu vinee darēt illi. Qui cesum dimise
rūt eū inanē. Et addidit alterū seruū
mittere. Illi aūt hūc qz cedētes ꝛ affi
ciētes cōtumelia dimiserūt inanē. Et
addidit tertiū mittere. Qui ꝛ illū vul
nerātes eiecerūt. Dixit aūt dñs vinee.
C Quid faciā? Mittā filiū meū dilectū:
forsitā cū hūc viderint verebunt. Quē
cū vidissent coloni: cogitauerūt intra se
dicētes. Hic est heres. Occidamus illū:
vt nostra fiat hereditas. Et eiectū illū
extra vineā occiderūt. Quid ergo faciet
Ps.117. illis dñs vinee? Ueniet ꝛ pdet colonos
Mat.21.d. istos: ꝛ dabit vineā aliis. Quo audito
Mar.12.a. dixerūt illi. Absit. Ille autem aspiciēs
Act.4.b. eos ait. Quid est ergo hoc qd scriptum
est? Lapidē quē reprobauerūt edificā
tes: hic factus est in caput anguli. Dis
D qui ceciderit supra illū lapidē cōquas
Mat.22.b sabitur: supra quē aūt ceciderit cōmi
Mar.12.a nuet illū. Et querebāt pncipes sacer
dotum ꝛ scribe mittere in illū manus
hora illa: ꝛ timuerūt pplm. Cognoue
runt eīn qd ad ipsos dixerit similitudi
nē hāc. Et obseruātes miserūt insidia
tores qui se iustos simularēt: vt cape
rent eū in sermone: ꝛ traderēt illū pn
cipatui ꝛ ptāti presidis. Et interroga
uerunt eū dicētes. Magister scim⁹ qr
Mat.22.b recte dicis ꝛ doces: ꝛ nō accipis perso
Mar.11.a nam: sz viā dei in veritate doces. Licet

nobis tributū dare cesari: an nō? Cōsi
derans autē dolum illoꝝ: dixit ad eos.
Quid me tētatis? Ostēdite mihi dena
rium. Cuius habet imaginem ꝛ inscri 23.q.1.cap.
ptionē. Rñdentes dixerūt ei. Cesaris. militare. ꝛ
Et ait illis. Reddite ergo q̄ sunt cesa c.culpat. et
ris cesari: ꝛ que sunt dei deo. Et nō po q.fina.ca.si
tuerūt verbū eius reprehēdere corā ple morte. ꝛ c.
be: ꝛ mirati in respōso eius tacuerunt. conuenior.
Accesserūt aūt qdā saduceoꝝ q negāt E
esse resurrectionē: ꝛ interrogauerūt eū De cle. con
dicētes. Magister moyses scripsit no iuga. ca.ex
bis. Si frater alicuius mortu⁹ fuerit parte.
habens vxorē: ꝛ hic sine liberis fuerit: Mat.22.c.
vt accipiat eā frater eius vxorē: ꝛ susci Mar.22.c.
tet semē fratri suo. Septem ergo fra Mat.12.d
tres erāt: ꝛ prim⁹ accepit vxorē ꝛ mor
tuus est sine filiis. Et sequēs accepit il
lā: ꝛ ipse mortuus est sine filio. Et ter
tius accepit illā. Similr ꝛ oēs septē: ꝛ nō
reliquerūt semē ꝛ mortui sunt. Nouis
sime eīn mortua est ꝛ mulier. In resur
rectiōe ergo cuius erit vxor. Siqdem
septē habuerūt eā vxorē. Et ait illis ie F
sus. Filii hui⁹ seculi nubūt ꝛ tradūtur
ad nuptias: illi vero q̄ digni habebunt
seculo illo ꝛ resurrectione ex mortuis:
neq nubēt: neq ducēt vxores: neq eīn
vltra mori poterūt. Equales eīn angelis Mat.22.c.
sunt ꝛ filii sunt dei: cū sint filii resurre
ctionis. Qr vero resurgēt mortui ꝛ moy Exo.3.b.
ses ostēdit secus rubū: sicut dicit dñm Mar.12.c.
deū abraā ꝛ deū isaac ꝛ deū iacob. De⁹ G
aūt nō est mortuoꝝ sz viuoꝝ: oēs eīn vi Mat.22.d
uunt ei. Rñdētes aūt qdā scribaꝝ dixe Mar.12.d
runt ei. Magister bñ dixisti. Et āplius Ps.109.
nō audebāt eū quicq interrogare. Di Mat.22.d
xit autē ad illos. Quō dicūt xpm filiū Mar.12.d
esse dauid: et ipse dauid dixit in libro Mar.12.d
psalmorum? Dixit dñs dño meo sede a
dextris meis: donec ponam inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ? Dauid ḡ dñz
illū vocat: ꝛ quō filius eius est. Audiē
te autē oī pplo dixit discipulis suis.
Attēdite a scribis qui volūt ābulare ī
stolis: ꝛ amāt salutatiōes in foro: ꝛ p
mas cathedras in synagogis: et pmos
discubitus in cōuiuiis. Qui deuorant
domos viduarū simulātes lōgam ora
tionē. Hi accipiēt dānatione maiorē.
¶ E.S. Dixit: hec vidua paup pl⁹ ꝛc.
de tēplo dixit: non relinquet lapis ꝛc.
qn̄ hec erūt ꝛ qd signū cū fieri incipiēt:
surget gēs ꝯtra gētē: ꝛ terremot⁹ erūt:
iniiciēt vobis manus: ponite in cordi
bus vestris: de capillo et patientia: de
hierl̄m: tunc qui in iudea sunt fugiēt.

de pregnātibus: de pressura: hierusalē
calcabitur a gentibus: erūt signa in so
le ꝛ luna: virtutes celoꝝ mouebuntur:
et tūc videbūt filium hominis venien
tem: videte ficulneam: celum et terra
transibunt: docet cauere a crapula et
ebrietate: vigilate ꝛc. Capi. xxi.
B
Respiciens aūt vidit eos q̄
24.q.1.ca. mittebāt munera sua in ga
odi. zophilatiū diuites. Uidit
Mar.12.d aūt ꝛ quādā viduā pauper
culā mittētem era minuta
duo. Et dixit. Uere dico vo
bis q꞉ vidua hec pauper plus q̄ omnes
misit. Nam oēs hi ex abūdāti sibi mise
runt in munera dei: hec autē ex eo q̄d
deest illi omnē victum suū quē habuit
misit. Et q̄busdā dicētibus de tēplo:
B q̄ bonis lapidibus et donis ornatum
mat.24.a. eēt: dixit. Hec que videtis: venient dies
Mar.13.a. in quibus nō relinquetur lapis supra
lapidē qui nō destruatur. Interroga
uerunt aūt illum dicentes. Preceptor
qn̄ hec erunt: ꝛ q̄d signum cū fieri inci
mat.24.a. pient? Qui dixit. Uidete ne seducami
Mar.13.a. ni. Multi em̄ venient in nomine meo
C dicentes: q꞉ ego sum et tp̄s appropin
mat.24.a. quauit. Nolite ergo ire post eos. Cum
Mar.13.a. aūt audieritis prelia ꝛ seditiones no
lite terreri. Oportet em̄ primū hec fie
ri: sed nōdū statim finis. Tunc dicebat
illis. Surget gens cōtra gētē: ꝛ regnū
aduersus regnum: ꝛ terremotus magni
erunt per loca ꝛ pestilētie ꝛ fames ter
mat.24.a. roresq̄ de celo ꝛ signa magna erūt. Sȝ
mar.13.b. ante hec oīa inijciēt vobis manꝰ suas:
Joan.15.a. et persequētur tradētes in synagogas
et custodias trahētes ad reges ꝛ presi
des ꝑpter nomē meum. Cōtinget autē
vobis in testimoniuȝ. Ponite ergo in
cordibus vestris nō premeditari quē
admodum rūdeatis. Ego em̄ dabo vo
bis os ꝛ sapiētiam: cui nō poterūt resi
stere ꝛ cōtradicere oēs aduersarij vr̄i.
Trademini aūt a parētibus ꝛ fratribꝰ
D et cognatis ꝛ amicis: ꝛ morte afficient
ex vobis. Et eritis odio oībus homini
mat.24.b. bus ꝑpter nomē meuȝ. Et capillus de
Mar.13.b capite vestro non peribit. In patiētia
mat.24.b. vestra possidebitis aīas vestras. Cum
Mar.13.b aūt videritis circūdari ab exercitu hie
rusalē: tūc scitote q꞉ appropinquauit
desolatio eius. Tūc q̄ in iudea sunt fu
giant ad mōtes: ꝛ qui in medio eiꝰ di
scedant: ꝛ qui in regionibus nō intrēt
mat.24.b. in eam: q꞉ dies vltionis hi sunt: vt im
Mar.13.b pleantur oīa que scripta sunt. Ue autē

ꝑgnātibus ꝛ nutriētibꝰ in illis diebꝰ. E
Erit em̄ pressura magna super terrā: ꝛ
ira pp̄lo huic. Et cadēt in ore gladij: et
captiui ducentur in omnes gentes. Et Esa.13.b.
hierl'm calcabitur a gētibus: donec im Johel.3.c.
pleantur tēpora nationum. Et erūt si
gna in sole ꝛ luna et stellis: ꝛ in terris
pressura gētium pre cōfusione sonitus
maris ꝛ fluctuū: arescētibus hoībꝰ pre
timore et expectatione que superuenient
vniuerso orbi. Nam virtutes celorum Esa.3.c.
mouebūtur. Et tūc videbūt filiū hoīs mat.24.c.
venientē in nube cū potestate magna ꝛ Mar.13.c.
maiestate. His aūt fieri incipientibus F
respicite et leuate capita vestra: q̄m ap
propinquat redēptio vestra. Et dixit mat.24.c.
illis similitudinem. Uidete ficulneā et Mar.13.c.
oēs arbores cum ꝓducūt iam ex se fru
ctum: scitis q̄m prope est estas. Ita et mat.24.c.
vos cum videritis hec fieri: scitote q̄m
ꝓpe est regnū dei. Amen dico vobis: q꞉
nō preteribit generatio hec donec oīa
fiant. Celū ꝛ terra transibūt: verba aūt mat.24.c.
mea non transibūt. Attēdite autē vo Mar.13.d.
bis: ne forte grauentur corda vestra in Ro.13.d.
crapula ꝛ ebrietate ꝛ curis huius vite: G
et superueniat in vos repētina dies il
la. Tanq̄ laqueus em̄ superueniēt in
oēs q̄ sedēt sup faciē oīs terre. Uigila
te itaq̄ omni tēpore orantes: vt digni
habeamini fugere ista oīa que ventura
sunt: ꝛ stare ante filiū hoīs. Erat autē Joan.8.a.
diebus docens in templo: noctibus vo
exiens morabatur in monte qui voca
tur oliueti. Et omnis populus manu
cabat ad eum in templo audire eum.
¶C. S. Appropinquabat pascha: ꝛ q̄
rebant ꝑncipes sacerdotū cum interfi
cere: sathanas intrauit in iudā: et tra
didit dn̄m: iubet pascha parari: dat di
scipulis corpus ꝛ sanguinē: orat in mō
te: sudat sanguinē: capit: serui auricu
lam amputatā sanat: petrus ter negat
xp̄m: percutit: blasphemat: illudit: in cō
siliū ducit: iterrogat si sit xp̄s. Ca. xxij.
Appropinquabat aūt dies B
festus azymoꝝ qui dicitur Mat.26.a
pascha. Et querebāt prin Mar.14.a
cipes sacerdotum ꝛ scribe Joan.11.g
quomō iesum interficerēt: Mat.21.d
timebāt vero plebē. Intra Mar.12.a
uit aūt sathanas in iudā qui cognomi Joan.7.c.
nabatur scariothe vnū de duodecim. Et Joan.13.a
abijt ꝛ locutus est cū ꝑncipibus sacer Mat.26.a
dotū ꝛ magistratibꝰ: quēadmodū illū Mar.14.a
traderet eis. Et gauisi sunt ꝛ pacti sūt
pecūiā illi dare: ꝛ spopōdit. Et q̄rebat

oportunitatē vt traderet illū sine tur-
bis. Uenit aūt dies azymorum in qua
necesse erat occidi pascha. Et misit pe
trū 7 ioānē dicēs. Euntes parate nobis
pascha vt māducemus. At illi dixer.
Mat.26.b Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. Ec
Mar.14.b ce introeūtibus vobis in ciuitatē: oc-
B currēt vobis hō amphorā aque por-
tans: sequimini eū in domū in quā in-
trat: 7 dicetis patri familias domus.
Dicit tibi magister. Ubi est diuersoriū
vbi pascha cū discipulis meis mandu
cem? Et ipse ostēdet vobis cenaculum
magnū stratū: 7 ibi parate. Euntes aūt
inuenerūt sicut dixit illis: 7 parauer
Mat.26.c pascha. Et cū facta eēt hora discubuit:
Mar.14.c et duodecim apostoli cum eo. Et ait
1.Cor.11.c illis. Desiderio desideraui hoc pascha
māducare vobiscū anteꝙ patiar. Dico
eīm vobis: qꝛ ex hoc nō māducabo illō
donec impleatur in regno dei. Et acce
pto calice gratias egit: 7 dixit. Accipi
te 7 diuidite inter vos. Dico eīm vobis
Mat.26.c ꝙ nō bibā de gñatione vitis: donec re
Mar.14.c gnū dei veniat. Et accepto pane grās
egit 7 fregit: 7 dedit eis dicēs. Hoc est
corpus meum qđ ꝓ vobis datur. Hoc
facite in meā cōmemorationē. Simi-
liter 7 calicē postꝙ cenauit dicēs. Hic
est calix nouū testamētum in sanguine
meo: q̄ pro vobis fundetur. Uerūtamē
ecce manus tradētis me: mecū est i mē
sa. Et quidē filius hoīs ꝫm qđ definitū
C est vadit. Uerūtū ve homini illi ꝑ quē
Mat.26.b tradetur. Et ipi ceperūt querere inter
Mar.14.a se: ꝗs esset ex eis qui hoc facturus eēt?
Mat.26.b Facta est aūt 7 cōtētio inter eos: quis
Mar.14.b eoꝝ videretur esse maior. Dixit autē eis.
Joan.13.c Reges gētium dñantur eoꝝ: 7 qui po-
Mat.20.d testatē hñt super eos benefici vocātur.
Mar.10.f Uos aūt nō sic. Sed q̄ maior est in vo-
bis: fiat sicut minor: 7 q̄ pcessor ē sicut
ministrator. Nā quis maior est q̄ recū-
Mat.16.d bit: an qui ministrat? Nōne q̄ recūbit?
Dist.21.c.1. Ego aūt in medio vestrū sum sicut qui
ministrat. Uos aūt estis q̄ permāsistis
mecū in tētatiōib⁹ meis. Et ego dispo
no vobis sicut disposuit mihi pr̄ meus
regnū: vt edatis 7 bibatis sup mēsam
meā in regno meo: 7 sedeatis sup thro
nos iudicātes duodecim trib⁹ israel.
De pe.dist. Ait aūt dñs simoni. Simō ecce satha-
2.c.si enim. nas expetiuit vos: vt cribraret sicut tri
De bap.ca. ticū. Ego aūt rogaui ꝓ te: vt non defi-
maiores. ciat fides tua. Et tu aliqñ cōuersus cō
firma fratres tuos. Qui dixit ei. Dñe
tecū paratus sum 7 in carcerē 7 in mor

tem ire. At ille dixit. Dico tibi petre: Mat.26.d
nō cātabit hodie gall⁹ donec ter abne Mar.14.c
ges nosse me. Et dixit eis. Qñ misi vos D
sine sacculo 7 pera 7 calciamētis: nun-
quid aliqd defuit vobis? At illi dixe-
rūt. Nihil. Dixit ergo eis. Sz nūc q̄ hz
sacculum tollat: silr 7 peram: 7 qui nō
habet vēdat tunicā suā 7 emat gladiū.
Dico eīm vobis qm̄ adhuc hoc qđ scri-
ptum est oportet impleri in me. Et cū
iniquis deputatus est. Etenim ea que
sunt de me finē habēt. At illi dixerūt.
Domine: ecce duo gladii hic. At ille di- Esa.53.d
xit illis. Satis est. Et egressus ibat ꝫm Mar.15.c
consuetudinē in montē oliuarū. Secu Mat.26.d
ti sunt autē illū 7 discipuli. Et cū per- Joan.18.a
uenisset ad locum: dixit illis. Orate ne Mat.26.d
intretis in tētationē. Et ipse auulsus
est ab eis ꝙtū iactus est lapidis. Et po Mar.14.d
sitis genibus orabat dicens. Pater: si E
vis trāsfer calicem istū a me. Uerūta- Mat.26.d
men nō mea volūtas: sed tua fiat. Ap- Mar.14.d
paruit aūt illi angelus de celo confor- Joan.6.d
tans eum. Et factus in agonia ꝓlixius
orabat. Et factus est sudor eius sicut Mat.25.d
gutte sanguinis decurrētis in terram. Mar.14.d
Et cū surrexisset ab oratiōe 7 venisset
ad discipulos suos inuenit eos dormiē- Mat.26.c
tes pre tristitia. Et ait illis. Quid dor Mar.14.c
mitis? Surgite orate ne intretis in tē Joan.18.a
tationē. Adhuc eo loquēte: ecce turba:
et q̄ vocabat iudas vnus de duodecim Mat.26.c
antecedebat eos: 7 appropinquauit iesu Mar.14.c
vt oscularet eū. Jesus aūt dixit illi. Ju Joan.18.b
da: osculo filiū hoīs tradis? Uidentes
aūt hi qui circa ipsum erāt qđ futurū 1.q.1.c.pla-
erat: dixerūt ei. Dñe: si ꝑcutim⁹ in gla- cuit.
dio. Et pcussit vnus ex illis seruū pn- F
cipis sacerdotū: 7 amputauit auriculā 24.q.1.c.si
eius dextrā. Rñdens aūt iesus ait. Si- petrus.
nite vsq huc. Et cum tetigisset auricu Mat.26.e
lam ei⁹ sanauit eū. Dixit aūt iesus ad Mar.14.c
eos q̄ venerāt ad se principes sacerdo Joan.18.d
tū 7 magistrat⁹ tēpli 7 seniores. Quasi Mat.26.f
ad latronē existis cū gladiis 7 fustib⁹: Mar.14.f
cū quotidie vobiscū fuerim in templo Joan.18.b
nō extēdistis manus in me. Sz hec est Mat.26.g
hora vestra: 7 potestas tenebrarū. Cō- Mar.14.g
prehendētes aūt eū: duxerūt ad domū Joan.18.c
principis sacerdotū. Petrus vero seq̄
batur eū a longe. Accenso autē igne in
medio atrii: 7 circunsedentibus illis:
erat petrus in medio eoꝝ. Quē cū vi-
disset ancilla quedā sedētē ad lumē: et
eū fuisset intuita: dixit. Et hic cū illo
erat. At ille negauit eū: dicēs. Mulier
nō noui illum. Et post pusillū alius vi

dēs eū: dixit. Et tu de illis es. Petrus
vō ait. O homo nō sum. Et internallo
facto q̄si hore vni⁹: alius q̄dā affirma-
bat: dicēs. Uere et hic cū illo erat: nam
C et galileus est. Et ait petr⁹. Hō nescio
mat. 26. g. q̄d dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquē
Mar. 14. g te cātauit gall⁹. Et cōuersus dn̄s respe
xit petrū. Et recordatus est petr⁹ ver-
bi dn̄i sicut dixerat: q2 p̄usq̄ gallus cā-
Esa. 50. b. tet ter me negabis. Et egressus foras
Mat. 26. g petr⁹ fleuit amare. Et viri q̄ tenebāt il
Mar. 14. g lū illudebāt ei cedētes. Et velauerunt
Joā. 18. d. eū: ⁊ pcutiebāt faciē ei⁹: ⁊ interrogaue
rūt eū: dicētes. Prophetiza. Quis est q̄
te pcussit? Et alia multa blasphemā-
tes dicebāt in eū. Et vt fact⁹ est dies cō
uenerūt seniores plebis ⁊ principes sa
cerdotū ⁊ scribe: ⁊ duxerūt illū in con
Mat. 26. f. silium suum dicētes. Si tu es xp̄s dic
Mar. 14. f. nobis. Et ait illis. Si vobis dixero nō
Joā. 6. g. credetis mihi: si autē ⁊ interrogauero
Mat. 26. f. nō respōdebitis mihi neq̄ dimittetis.
Mar. 14. f. Ex hoc autē erit filius hominis sedēs
Joā. 6. g. a dextris virtutis dei. Dixerūt aūt oēs.
Tu ergo es filius dei? Qui ait. Uos di
Mat. 26. f. citis q2 ego sum. At illi dixerūt. Quid
Mar. 14. c adhuc desideramus testimoniū? Ipsi
enim audiuimus de ore eius.

¶ C. S. Ducitur ad pilatū: et accusat̄
corā eo: dicūt: cōmouit populū docēs:
pilatus mittit ad herodē iesum: ab he
rode spernit̄: et remittitur ad pilatū:
et facti sunt amici herodes et pilatus:
barrabas dimittitur: iesus crucifigit̄:
moritur et sepelitur. Capitulū. xxiij.

A ET surgens oīs multitudo
eoꝝ duxerūt illum ad pila
tum. Ceperūt aūt illū accu
mat. 27. a. sare dicētes. Hunc inueni-
mar. 15. a. mus subuertentē gentē no
Joā. 18. c. strā: ⁊ phibentē tributa da
mat. 27. b. ri cesari: ⁊ dicentē se xp̄m regē esse. Pi
mar. 15. a. latus aūt interrogauit eū dicēs. Tu es
Joā. 18. f. rex iudeoꝝ? At ille respondēs ait. Tu
dicis. Ait aūt pilatus ad principes sa-
cerdotū ⁊ turbas. Nihil inuenio cause
in hoc hoīe. At illi inualescebāt dicen
tes. Commouit populum docens per
vniuersam iudeam: incipiēs a galilea
vsq̄ huc. Pilatus aūt audiens galileā
interrogauit si homo galile⁹ esset. Et
vt cognouit q̄ de herodis potestate
esset remisit eū ad herodē: q̄ ⁊ ipse hie-
rosolymis erat illis diebus. Herodes
B autē viso iesu gauisus est valde. Erat
enim cupiēs ex multo tpe videre eum:
eo q̄ audierat multa de eo: ⁊ sperabat

signū aliq̄d videre ab eo fieri. Interro
gabat autē eum multis sermonib⁹. At
ipse nihil illi r̄ndebat. Stabāt aūt prin-
cipes sacerdotū ⁊ scribe cōstāter accu
santes eū. Spreuit autē illū herodes
cū exercitu suo: ⁊ illusit indutū veste al
ba: ⁊ remisit ad pilatum. Et facti sunt
amici herodes ⁊ pilat⁹ in ipsa die: nā
antea inimici erāt adinuicē. Pilat⁹ aūt
cōuocatis principib⁹ sacerdotū ⁊ magi
stratib⁹ ⁊ plebe dixit ad illos. Obtuli
stis mihi hūc hominē quasi auertētem
pplm: ⁊ ecce ego corā vobis interrogās Actu. 4. B.
nullā cām inuenio i hoīe isto ex his in
quibus eū accusatis: sed neq̄ herodes. C
Nā remisi vos ad illum: ⁊ ecce nihil di
gnū morte actū est ei. Emēdatū ergo
illum dimittā. Necesse eīn habebat di-
mittere eis p diē festū vnū. Exclamauit mat. 27. b.
aūt simul vniuersa turba dicēs. Tolle mar. 15. a.
hunc et dimitte nobis barrabam. Qui Joā. 15. g.
erat pp̄ter seditionē quādā factā in ci Actu. 3. c.
uitate ⁊ homicidiū: missus in carcerē.
Iterū aūt pilatus locut⁹ est ad eos vo-
lēs dimittere iesum. At illi succlama-
bāt: dicentes. Crucifige crucifige eum.
Ille autē tertio dixit ad eos. Quid eīn D
mali fecit iste? Nullā cām mortis inue mat. 27. c.
nio in eo. Corripiā ergo illū et dimit- mar. 15. b.
tā. At illi instabāt vocib⁹ magnis po- Joā. 18. g.
stulātes vt crucifigeret̄: ⁊ inualescebāt
voces eoꝝ. Et pilatus adiudicauit fie
ri petitionē eoꝝ. Dimisit aūt illis eū
qui pp̄ter homicidium et seditionem
missus fuerat in carcerē: quē petebāt.
Iesum vero tradidit voluntati eoꝝ.
Et cum ducerēt eū apprehenderunt si- mat. 27. d.
monē quendā cyrenensem venientē de mar. 15. b.
villa: et imposuerunt illi crucē porta-
re post Iesum. Sequebat̄ autem illum
multa turba populi ⁊ mulierū q̄ plan-
gebant ⁊ lamentabantur eum. Cōuer-
sus autē ad illas Iesus dixit. Filie hie
rusalem nolite flere super me: sed su-
per vosipsas flete ⁊ sup filios vestros.
Qm̄ ecce dies venient in quibus dicēt. Sapiē. 3. c.
Beate steriles ⁊ ventres que nō genue- Esa. 54. a.
runt: ⁊ vbera que nō lactauerūt. Tunc Gala. 4. d.
incipiēt dicere mōtibus: cadite super E
nos: ⁊ collib⁹: operite eos. Q2 si in viri
di ligno hec faciūt: i arido q̄d fiet. Du- Esaie. 2. c.
cebantur autē ⁊ alij duo nequam cum Osee. 10. c.
eo vt interficerēt̄. Et postq̄ venerūt Apoc. 6. d.
in locum q̄ vocat̄ caluarie: ibi crucifi- mat. 27. d.
xerunt eū: ⁊ latrones vnum a dextris: mar. 15. b.
et alterum a sinistris. Iesus autē dice-
bat. Pater dimitte illis: nō eīn sciunt

Joā.19.b. quid faciāt. Diuidētes vero vestimēta
mat.27.d. eiꝰ miserunt sortes. Et stabat pplˢ ex
mar.15.c. pectās. Et deridebāt eū pncipes cum
Joā.19.d. eis: dicentes. Alios saluos fecit: se sal-
uum faciat: si hic est xps dei electꝰ. Illu
debāt aūt ei ⁊ milites accedētes: ⁊ ace
mat.27.f. tū offerētes ⁊ dicētes. Si tu es rex iu-
mar.15.c. deoꝝ saluum te fac. Erat aūt ⁊ supscri
Joā.19.f. ptio scripta sup eū literis grecis et he
mat.27.e. braicis ⁊ latinis: hic est rex iudeorum.
mar.15.c. Unus aūt de his q̄ pēdebāt latronibꝰ
Joā.19.d. blasphemabat eū dicēs. Si tu es xps:
F saluū fac teipm ⁊ nos. Rn̄dēs aūt alter
mar.27.e. increpabat eum dicens. Neq̧ tu times
mar.15.c. deū q̄ in eadē dānatiōe es. Et nos q̄dē
26.q.6.ca. iuste: nā digna factis recipimꝰ: hic ℘o
si psbyter. nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum.
De pe. dist. Dn̄e memēto mei cū veneris in regnuꝫ
7.c.baptis- tuū. Et dixit illi iesus. Amē dico tibi:
mi. hodie mecū eris i paradiso. Erat aūt
mat.27.e. fere hora sexta: et tenebre facte sunt in
mar.15.c. vniuersam terrā vsq̧ in horā nonā: et
ps̄.30. obscuratꝰ est sol: ⁊ velū tēpli scissuꝫ est
G medium. Et clamās voce magna iesus
mat.27.f. ait. Pater in manus tuas commendo
mar.15.d. spiritū meū. Et hec dicens expirauit.
Uidens autē centurio qd̄ factū fuerat
glorificauit deū dicēs. Uere hic homo
iustus erat. Et omnis turba eoꝝ qui si-
mul aderāt ad spectaculū istud ⁊ vide-
bant que fiebāt: percutientes pectora
mat.27.f. sua reuertebantur. Stabant autē oēs
mar.15.d. noti eius a longe: ⁊ mulieres que secu-
Joā.19.g. te eum erant a galilea hec videntes. Et
ecce vir nomine ioseph qui erat decu-
rio: vir bonus ⁊ iustus: hic non cōsense
mat.27.g. rat cōsilio ⁊ actibꝰ eoꝝ ab arimathia
mar.15.d. ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipse re
ioan.19.g. gnū dei. Hic accessit ad pilatū ⁊ perhit
corpus Jesu: ⁊ depositū inuoluit sindo
ne: ⁊ posuit eum in monumento exciso
in quo nondum quisq̧ positus fuerat.
Et dies erat parasceues: et sabbatum
illucescebat. Subsecute aūt mulieres
que cum eo venerāt de galilea: viderūt
monumētū: ⁊ quēadmodū positū erat
corpus eius: ⁊ reuertentes parauerunt
aromata ⁊ vnguenta: et sabbato quidē
siluerunt sm̄ mandatum.

¶ C. S. Resurgit a mortuis: apparuit
discipulis: fertur in celū. Capi. xxiiij.



A Na aūt sabbati valde dilu
mat.28.a. culo: venerāt ad monumē-
mar.16.a. tū portātes q̄ parauerant
Joā.20.a. aromata: ⁊ inuenerūt lapi
dē reuolutū a monumēto:
et ingresse non inuenerunt
corpus dn̄i Jesu. Et factū est dū mente
consternate essent de isto: ecce duo viri
steterūt secus illas in veste fulgēti. Cū mat.28.a.
timerēt aūt ⁊ declinarent vultū in ter mar.16.b.
rā: dixerūt ad illas. Quid q̄ritis viuē-
tē cū mortuis. Nō est hic: sed surrexit.
Recordamini q̄liter locutus est vobis
cū adhuc in galilea eēt: dicēs. Qz opor
tet filiū hoīs tradi in manus hoīm pec
catorū ⁊ crucifigi: ⁊ die tertia resurge-
re. Et recordate sunt verborum eius: et mat.28.b.
regresse a monumēto nunciauerūt hec mar.16.b.
oīa illis vindecim ⁊ ceteris oībꝰ. Erat ā.8.a.
autem maria magdalene et ioanna et B
maria iacobi ⁊ cetere que cū eis erant:
que dicebāt ad apostolos hec. Et visa
sunt ante illos sicut delyramentū ver-
ba ista: ⁊ nō crediderunt illis. Petrus
aūt surgens cucurrit ad monumentū:
et procūbēs vidit lintheamina sola po
sita: ⁊ abijt secū mirās qd̄ factum fue-
rat. Et ecce duo ex illis ibāt ipa die in
castellū qd̄ erat in spacio stadioꝝ sexa-
ginta ab hierusalē: noīe emaus: et ipsi
loquebātur adinuicē de his oībus que
acciderāt. Et factum est dū fabularen
tur ⁊ secū q̄rerēt: ⁊ ipe Jesus appropin mar.16.c.
quās ibat cū illis. Oculi aūt illoꝝ te- C
nebant̄ ne eū agnoscerēt. Et ait ad il-
los. Qui sunt hi sermones q̄s cōfertis
adinuicē ambulātes ⁊ estis tristes? Et
respondēs vnus cui nomē cleophas di
xit ei. Tu solus peregrinꝰ es in hierlꝫ:
et nō cognouisti q̄ facta sunt in illa his
diebꝰ. Quibꝰ ille dixit. Que? Et dixe-
runt. De iesu nazareno q̄ fuit vir ppheta
ta: potēs in opere et sermone corā deo
et omni populo: et quō eū tradiderunt
summi sacerdotes et principes nostri
in dānationē mortis: ⁊ crucifixerūt eū.
Nos aūt sperabamꝰ: qz ipe esset redem
pturus israel. Et nunc sup hec oīa ter-
tia dies est hodie q̄ hec facta sunt. Sz D
et mulieres quedā ex nostris terruerūt
nos q̄ an̄ lucē fuerunt ad monumentū:
et nō inuēto corpore eius venerunt di-
cētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse q̄
dicunt eum viuere. Et abierūt q̄dā ex
nr̄is ad monumentū: ⁊ ita inuenerunt
sicut mulieres dixerūt: ipm vero nō in-
uenerāt. Et ipse dixit ad eos. O stulti
et tardi corde ad credēdū in omnibus
que locuti sunt prophete. Nonne hec
oportuit pati christuꝫ et ita intrare in
gloriam suam? Et incipiēs a moyse et
omnibꝰ prophetis interpretabatur il-
lis in omnibus scripturis: que de ipso

erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire.
E Et coegerunt illū dicentes. Mane nobiscū dñe: qm̄ aduesperascit: et inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū est dū recūberet cum eis: accepit panē et bñdixit ac fregit: et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū et cognouerūt eū: et ipse euanuit ex oculis eorū. Et dixerūt adinuicē. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis dū loqueret̄ i via: et aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadē hora regressi sunt in hierusalē: et inuenerunt ꝯgregatos vndecim: et eos qui cum illis erāt dicētes: ꝙ surrexit dominꝰ vere et apparuit simoni. Et ipsi narrabāt q̄ gesta erāt in via: et quō cognouerūt eū in fractione panis. Dū autē hec loquunt̄: stetit iesus in medio
F eorū: et dixit eis. Pax vobis ego sum: nolite timere. Cōturbati vero et cōterriti existimabāt se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascēdūt in corda vestra? Uidete manus meas et pedes: quia ego ipse sum. Palpate et videte: qr̄ spiritus carnē et ossa
Di.41.c.1. non habet sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis manus et pedes. Adhuc aūt illis nō credētibꝰ et mirantibꝰ pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducet̄? At illi obtulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū manducasset corā eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cū adhuc essem vobiscū: qm̄ necesse est impleri oia q̄ scripta sunt i lege moysi et
G ꝓphetis et psalmis de me. Tūc aperuit
Act.17.a.4 illis sensuꝫ vt intelligerēt scripturas: et dixit eis. Qm̄ sic scriptū ē: et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die: et predicari in noīe eius penitētiā et remissionē peccatorum in oēs gentes: incipientibꝰ ab hierosolyma. Uos autē testes estis horū. Et ego mittam promissum patris mei in vos. Uos aūt sedete in ciuitate quoadusqꝫ
Actuū.1.a. induamini virtute ex alto. Eduxit aūt eos foras in bethaniā: et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dū benediceret illis: recessit ab eis et fere-
Mar.15.d batur in celū. Et ipsi adorātes regres-
Actuū.1.b. si sunt in hierusalem cum gaudio magno. Et erant semp̄ in templo laudantes et benedicentes deum.

¶ Explicit euāgeliū s̄m lucam.

¶ Incipit prologus in euāgeliū s̄m ioannem.



Hic est ioannes euangelista Joan.2.a.
vnus ex discipulis dñi qui virgo a deo electus est: quē de nuptijs volentē nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimoniuꝫ datur in euangelio: ꝙ et pre ceteris a deo dilectus dr̄: et huic matrē suam pendens in cruce commēdauit dñs: vt virginē virgo seruaret. Deniqꝫ manifestās in euāgelio ꝙ erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoās: solus verbū carnē factū esse: nec lumen a tenebris cōprehēsum fuisse testatur. Primum signum ponēs quod in nuptijs fecit dominus: ostendēs ꝙ ipse erat: vt legentibus demonstraret: ꝙ vbi dominꝰ inuitatus sit: de- Joan.1.b.
ficere nuptiarū vinum debeat: et vete- Ibidem.
ribus immutatis: noua oīa que a christo instituuntur appareant. Hoc autēꝫ euangelium scripsit in asia: postea ꝙ in pathmos insula apocalypsim scripserat: vt cui in principio canonis incorruptibile principiū ꝓnotat̄ in genesi ei etiā incorruptibilis finis p virginem in apocalypsi redderetur: dicente Apoc.1.b.
xp̄o. Ego sum alpha et o. Et hic est ioannes qui sciēs superuenisse diē recessus sui: ꝯuocatis discipulis suis i ephe so: per multa signorū: experimēta promens christum descendēs in defossum sepulture sue locum facta oratione positus est ad patres suos tam extraneus a dolore mortis ꝙ a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamē post omnes euangelium scripsit: et hoc virgini debebatur. Quorū tamen vel scriptorum temporis dispositio: vel librorū ordinatio: ideo a nobis per singula nō exponit̄: vt sciēdi desiderio collato: et querentibꝰ fructus laboris: et deo magisterij doctrina seruetur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit euangelium s̄m Joannem.

¶ A. B. In principio erat verbū et c. testimonium de christo perhibet ioānes baptista: phariseorum leuite interrogant ioannem. Joannes iesum videns: agnum dicit dei: et andreas petro dicit: inuenimus messiam: iesus dixit nathanael vidi te sub ficu. Capitulum.j.

A
Mat.1.a. 
Luce.3.c. In principio
erat verbū: ⁊ verbum
erat apud deū: et deꝰ
erat verbū. Hoc erat
in ꝑncipio apud deū.
Oia per ipsum facta
sunt: ⁊ sine ipso factū
est nihil. Qđ factū est
in ipso vita erat: ⁊ vi
Mat.3.a. ta erat lux hoīz: ⁊ lux i tenebris lucet:
i.3.d. et tenebre eā nō ꝯprehēderūt. Fuit hō
missus a deo cui nomen erat ioannes.
Hic venit i testimoniū vt testioniū ꝑhi
beret đ lumine: vt oēs crederēt ꝑ illū.
Nō erat ille lux: sȝ vt testioniū ꝑhibe
ret de lumine. Erat lux vera q̄ illumi
nat oēm hoīez venientē i hūc mūdū. In
mūdo erat: ⁊ mūdus ꝑ ipm factꝰ est: ⁊
B mūdꝰ eū nō cognouit. In ꝓpria venit:
De cōs. di. et sui eū nō receperūt. Quotqt aūt re
4.c.si qs. cepert eū dedit eis ꝑtātē filios dei fie
ri: his q̄ credūt in noīe eius. Qui nō ex
sanguinibꝰ: neq; ex voluntate carnis:
Mat.1.d. neq; ex volūtate viri: sȝ ex deo nati sūt.
Luce.3.c. Et vbū caro factū est: ⁊ habitauit i no
mat.3.c. bis. Et vidimꝰ gloriā eiꝰ: gloriam q̄si
mar.1.a. vnigeniti a pře: plenū grē ⁊ veritatis.
Luce.3.c. Joānes testimoniū ꝑhibet de ipo: ⁊ cla
mat dicēs. Hic erat quē dixi: q̄ post me
De cōs. di. vēturꝰ ē: aū me factꝰ ē qꝛ prior me erat.
3.c.sextā. Et de plenitudine eiꝰ nos oēs accepi
De pe.di.1. mus: ⁊ grām ꝓ grā: qꝛ lex ꝑ moysen da
c.libenter. ta ē: grā ⁊ ṽitas ꝑ iesum xpm facta est.
C Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitꝰ filiꝰ q̄
De purga. est i sinu pris: ipe enarrauit. Et hoc est
post ptaz. testimoniū ioānis: qn miserunt iudei
c.vnico. ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas
1.Ti.6.c. ad eū vt interrogarēt eū. Tu q̄s es? Et
mat.11.d. ꝯfessus est: ⁊ nō negauit. Et ꝯfessus est
luce.10.d. qꝛ nō sum ego xps. Et interrogauerūt
1.Joā.4.c. eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit.
i.5.c. Non sum. Propheta es tu? Et rn̄dit.
Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es vt rn̄sum
demus his q̄ miserūt nos? Quid dicis
de teipo? Ait. Ego vox clamātis in de
Esa.40.a. serto: dirigite viā dn̄i: sicut dixit esa
mat.3.a. ias propheta. Et q̄ missi fuerāt erāt ex
mar.1.a. phariseis. Et interrogauerūt eū: ⁊ di
luce.3.a. xerūt ei. Quid ergo baptizas si tu non
D es xps: neq; helias: neq; ꝓpheta? Rn̄
mat.3.c. dit eis ioannes: dicēs. Ego baptizo in
mar.1.a. aq̄: mediꝰ aūt vrm stetit quē vos nesci
luce.3.d. tis. Ipe est q̄ post me vēturꝰ est: q̄ ante
Actu.1.a.⁊ me factꝰ est: cuiꝰ ego nō sum dignꝰ vt
19.a. soluā eiꝰ corrigiā calciamēti. Hec i be
thania facta sunt trans iordanem: vbi
erat ioānes baptizās. Altera die vidit
ioānes iesum venientē ad se: ⁊ ait. Ecce
agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mūdi. Hic
est de quo dixi. Post me venit vir q̄ aū
me factꝰ est: qꝛ prior me erat: ⁊ ego ne
sciebā eū. Sed vt manifestet in israel:
ꝓpterea veni ego in aqua baptizans.
Et testimoniū ꝑhibuit ioannes dicēs.
Qꝛ vidi spm descendētē quasi columbā E
de celo: ⁊ mansit sup eū: et ego nesciebā
eū: sed q̄ misit me baptizare in aq̄: ille
mihi dixit. Sup quē videris spm de Mat.3.d.
scēdentē ⁊ manētē sup eū: hic est q̄ ba Mar.1.b.
ptizat i spūsctō. Et ego vidi ⁊ testimo Luce.3.d.
niū ꝑhibui: qꝛ hic est filius dei. Altera
die iterū stabat ioānes ⁊ ex discipulis
eiꝰ duo. Et respiciēs iesum ambulātē
dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eū
duo discipuli loquētē: ⁊ secuti sunt ie
sum. Cōuersus aūt iesus: ⁊ videns eos
sequētes se dixit eis. Quid q̄ritis? Qui F
dixerūt ei. Rabbi: qđ dr̄ interpretatuȝ
magister: vbi habitas? Dicit eis. Veni
te ⁊ videte. Uenerūt ⁊ viderūt vbi ma
neret: ⁊ apud eū māserūt die illo. Ho
ra autē erat q̄si decima. Erat autē an
dreas frater simonis petri: vnꝰ ex duo
bus q̄ audierāt a ioāne: ⁊ secuti fuerāt
eū. Inuenit hic primū fratrē suū simo
nē: ⁊ dicit ei. Inuenimus messiā: qđ est
interpretatū xps. Et adduxit eū ad ie
sum. Intuitꝰ aūt eū iesus dixit. Tu es
simō filiꝰ ioāna: tu vocaberis cephas:
qđ interptatr petrꝰ. In crastinū voluit
exire i galileā: ⁊ inuenit philippū. Et
dixit ei iesus. Seq̄re me. Erat aūt phi
lippus a bethsaida ciuitate andree et G
petri. Inuenit philippus nathanael: ⁊
dicit ei. Quē scripsit moyses in lege ⁊
ꝓphete inuenimus iesum filiū ioseph a
nazareth. Et dixit ei nathanael. A na
zareth potest aliq̄d boni esse. Dicit ei
philippꝰ. Ueni ⁊ vide. Uidit iesus na
thanael venientē ad se: ⁊ dicit de eo. Ec
ce vere israelita in quo dolus non est.
Dixit ei nathanael. Un̄ me nosti. Rn̄
dit iesus ⁊ dixit ei. Priusq̄ te philip
pus vocaret cū esses sub ficu vidi te.
Rn̄dit ei nathanael ⁊ ait. Rabbi: tu es
filius dei: tu es rex isrl̄. Rn̄dit iesus et
dixit ei. Qꝛ dixi tibi: vidi te sub ficu:
credis: maius his videbis. Et dixit ei.
Amen amen dico vobis: videbitis celū
apertum: et angelos dei ascēdentes et
descendentes super filiū hominis.
¶ C. ii. Jesus vocatꝰ ad nuptias ⁊ di
scipuli eiꝰ de aq̄ fecit vinū: vidētes et

nummularios ejicit de templo: dixit: soluite templum hoc. Capitulum. ij.

A



ET die tertia nuptie facte sunt i chana galilee: ⁊ erat mater iesu ibi. Uocat⁹ est aũt iesus ⁊ discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiẽte vino: dixit mater iesu ad eũ. Uinũ non hñt. Et dixit ei iesus. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nondũ venit hora mea. Dixit mater ei⁹ ministris. Quodcũq; dixerit vobis facite. Erãt aũt ibi lapidee hydrie sex posite ẽm purificationẽ iudeoꝝ: capiẽtes singule metretas binas vel ternas.

B

Dixit eis iesus. Implete hydrias aq̃. Et impleuerunt eas vsq; ad summũ. Et dixit eis iesus. Haurite nũc et ferte architriclino. Et tulerũt. Ut aũt gustauit architriclin⁹ aquã vinũ factã: et nõ sciebat vñ esset: ministri aũt sciebãt q̃ hauserãt aquã: vocat spõsum architriclin⁹ ⁊ dixit ei. Ois hõ primũ bonũ vinũ ponit: ⁊ cum inebriati fuerint: tũc id qđ deteri⁹ est.

C

Mat. 4. b. Mar. 11. b.

Tu autẽ seruasti bonũ vinum vsq; adhuc. Hoc fecit initium signoꝝ iesus in chana galilee: ⁊ manifestauit gloriã suã et crediderũt in eũ discipuli ei⁹. Post hec descẽdit capharnaum ipse ⁊ mater ei⁹: ⁊ fratres eius: ⁊ discipuli ei⁹: ⁊ ibi manserũt nõ multis dieb⁹. Et ꝓpe erat pascha iudeoꝝ: ⁊ ascendit iesus hierosolymã: et inuenit in tẽplo vendentes oues ⁊ boues ⁊ colũbas: ⁊ nũmularios sedẽtes. Et cũ fecisset q̄si flagellũ de funiculis: oẽs eiecit de tẽplo: ouesq; quoq; et boues: ⁊ nummularioꝝ effudit es: ⁊ mẽsas subuertit.

Luce. 19. g. Dist. 45. h. salomon. 1. q. 1. c. qui studet. et q. x. c. saluator. x. c. ex multis.

D

88. dist. c. penul. ps. 98. Mat. 16. a. Mat. 8. a. Mat. 26. b

Et his q̄ colũbas vẽdebãt dixit. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domũ pr̃is mei domũ negotiatiõis. Recordati sunt ṽo discipli ei⁹: q2 scriptum est. Zelus dom⁹ tue comedit me. Rñderũt ergo iudei ⁊ dixerũt ei. Qđ signum ostẽdis nobis: q2 hec facis? Rñdit iesus et dixit eis. Soluite tẽplũ hoc: ⁊ in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatũ est templũ hoc: ⁊ tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud. Ille autẽ dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli ei⁹: q2 hoc dicebat: ⁊ crediderunt scripture ⁊ sermoni quẽ dixit iesus. Cum autẽ esset hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderunt in nomine eius: videntes signa eius que faciebat. Ipse autẽ iesus non credebat semetipm eis: eo q̃ ipse nosset oẽs: ⁊ q2 opus ei nõ erat vt quis testimonium perhiberet de hoie. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

¶ Ca. iij. Jesus nicodemo dixit de baptismo ⁊ aliis multis: dixit: q̃ credit i eũ nõ diiudicabit: q̃ autẽ nõ credit iã diiudicat⁹ est: iesus in iudea baptizat: et ioannes in ennon: ioãnes dixit xp̃m crescere: se autem minorari. Capi. iij.

A j. 7. g. ⁊ 19. g.



ERat autẽ hõ ex phariseis nicodemus noie princeps iudeoꝝ. Hic venit ad iesũ nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi: scimus q2 a deo venisti magister. Nemo enim põt hec signa facere q̃ tu facis: nisi fuerit de⁹ cũ eo. Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Amẽ amẽ dico tibi: nisi q̃s renat⁹ fuerit denuo: nõ põt videre regnũ dei. Dixit ad eũ nicodem⁹. Quõ põt hõ renasci cũ sit senex? Nunq̃d põt i vẽtrẽ matris sue iterato introire ⁊ renasci? Rñdit iesus. Amen amẽ dico tibi: nisi q̃s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spũscto: non põt introire in regnũ dei. Qđ natũ est ex carne: caro est: et qđ natũ est ex spũ: spũs est. Nõ mireris: q2 dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat: ⁊ vocẽ ei⁹ audis: sed nescis vñ veniat aut quo vadat. Sic est ois q̃ natus est ex spũ.

De cõse. di. 4. c. fili⁹. et c. non dubito. De bapt. c. maiores. et c. debitũ. et c. sequenti.

B

Rñdit nicodem⁹: ⁊ dixit ei. Quõ possunt hec fieri? Rñdit iesus: ⁊ dixit ei. Tu es magister in israel: ⁊ hec ignoras.

Eze. 4. b.

Amen amẽ dico tibi: q2 qđ scimus loquimur: et qđ vidim⁹ testamur: ⁊ testimonium nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis: quõ si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascẽdit i celũ: nisi q̃ descẽdit de celo: filius hois q̃ est i celo. Et sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filium hois: vt ois q̃ credit in ipso nõ pereat: s3 habeat vitã eternã. Sic eñ deus dilexit mundũ: vt filiũ suũ vnigenitũ daret: vt ois q̃ credit in eum non pereat: sed habeat vitã eternã. Nõ eñ misit de⁹ filium suũ in mundũ vt iudicet mũdũ: sed vt saluet mũdus p ipm.

Luce. 21. c. j. 8. d. et 12. e. 1. Jo. 4. d. De pe. dist. 4. c. bndictus.

C

Qui credit in eũ: nõ iudicat. Qui autẽ nõ credit: iã iudicatus est: q2 nõ credidit in noie vnigeniti filii dei. Hoc est aũt iudiciũ: q2 lux venit in mũdũ: ⁊ dilexerunt hoies magis tenebras q̃ lucẽ. Erãt eñ eoꝝ mala opa. Ois eñ q̃ male agit odit lucẽ: ⁊ nõ venit ad lucẽ: vt nõ arguãtur opa ei⁹. Qui autẽ facit ve

18. q. 2. c. pniciosam. De of. dele. c. cõsuluit.

ritatē venit ad lucē: vt manifestentur
opa eius: qꝛ in deo facta sunt. Post hec
venit iesus et discipuli ei⁹ in terrā iu-
deā: ⁊ illic demorabatᷣ cū eis: ⁊ baptiza
De ↄsc. dis. 4. ca. qñ ab hierosoly- mis. bat. Erat autē et ioannes baptizās in
ennō iuxta salim: qꝛ aq̄ multe erāt illic
et veniebāt ⁊ baptizabanᷣ. Nondū eñ
missus fuerat ioānes in carcerē. Facta
Mat. 3. d. est aūt questio ex discipulis ioānis cū
Luce. 3. a. iudeis de purificatiōe. Et venerūt ad
Mar. 4. b. ioannē ⁊ dixerūt ei. Rabbi q̄ erat tecū
Mar. 1. c. trās iordanē: cui tu testimoniū perhi-
buisti: ecce hic baptizat: ⁊ oēs veniunt
ad eū. Rñdit ioannes ⁊ dixit. Non pōt
D homo accipere q̄c̄q̄ nisi fuerit ei datū
Mat. 3. a. de celo. Ipsi vos mihi testimoniū phi-
Mar. 1. a. betis ꝙ dixerim: non sum ego xp̄s: sed
Luce. 3. c. qꝛ missus sum ante illū. Qui habet spō
sam: spōsus est: amicus autē spōsi qui
stat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter
vocē spōsi. Hoc ergo gaudiū meū īple-
tū est. Illū oportet crescere: me aūt mi
nui. Qui desursum venit: sup oēs est.
Qui est de terra: de terra est ⁊ de terra
loquitᷣ. Qui de celo venit: sup oēs est.
Et qđ vidit et audiuit hoc testatᷣ: ⁊ te-
Rom. 3. a. stimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui autem
Mar. 11. d. acceperit eius testimonium signauit:
Luce. 10. d. quia de⁹ verax est. Quē eñ misit deus:
1. Joā. 5. b. verba dei loquitᷣ. Nō eñ ad mensuram
dat deus spm̄. Pater diligit filium: et
omnia dedit in manu eius. Qui credit
in filium habet vitā eternam: q̄ autem
incredulus est filio: non videbit vitam:
sed ira dei manet super eum.

¶ C. S. Jesus cū muliere samaritana
loquitᷣ: ꝓphetā ī patria sua sine hono-
re esse: reguli filiū a morte suscitat.

Capitulum. iiij.

A Ut ergo cognouit iesus: qꝛ au
dierūt pharisei ꝙ iesus plu
res discipulos facit ⁊ bapti-
zat q̄ ioānes: q̄q̄ iesus non
baptizaret: sꝫ discipli ei⁹: re
Mat. 4. b. liquit iudeā ⁊ abijt iterū in galileam.
Oportebat aūt eum trāsire p mediā sa
mariā. Uenit ergo ī ciuitateꝫ samarie
q̄ dr̄ sichar: iuxta pdiū qđ dedit iacob
ioseph filio suo. Erat autē ibi fons ia-
cob. Jesus aūt fatigatus ex itinere: se-
debat sic supra fontē. Hora autē erat
quasi sexta. Uenit mulier de samaria
haurire aquaꝫ. Dixit ei iesus. Da mihi
bibere. Discipuli eñ ei⁹ abierāt ī ciui-
tatē vt cibos emerēt. Dixit ergo ei mu
lier illa samaritana. Quomodo tu cū
iude⁹ sis bibere a me poscis q̄ sum mu-
lier samaritana? Non eñ coutūtur iu-
dei samaritanis. Respōdit iesus ⁊ di-
xit ei. Si scires donum dei: et quis est B
q̄ dicit tibi: da mihi bibere: tu forsitan
petisses ab eo: et dedisset tibi aquā vi-
uam. Dicit ei mulier. Dñe: neq̄ in quo
haurias habes: ⁊ pute⁹ alt⁹ est. Uñ er-
go habes aquā viuā? Nunq̄d tu maior
es patre nostro iacob qui dedit nobis
puteū: ⁊ ipse ex eo bibit ⁊ filij ei⁹ ⁊ pe-
cora ei⁹? Rñdit iesus et dixit ei. Ois q̄
bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui aūt
biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō si-
tiet ī eternū: sꝫ aqua quā ego dabo ei:
fiet in eo fons aque salientis in vitam
eternā. Dixit ad eū mulier. Dñe: da mi C
hi hāc aquā vt non sitiā: neq̄ veniam
huc haurire. Dixit ei iesus. Uade voca
virū tuū ⁊ veni huc. Respondit ei mu-
lier ⁊ dixit. Nō habeo virū. Dixit ei ie-
sus. Bene dixisti: qꝛ non habeo virum.
Quinq̄ eñ viros habuisti: ⁊ nunc quē
habes nō ē vir tu⁹. Hoc vere dixisti. Di
xit ei mulier. Dñe: video qꝛ ꝓpheta es
tu. Patres nr̄i in monte hoc adorane-
rūt: ⁊ vos dicitis qꝛ hierosolymis ē lo
cus vbi adorare oportet. Dixit ei ie-
sus. Mulier crede mihi: qꝛ veniet hora
qñ neq̄ in mōte hoc: neq̄ in hierosoly
mis adorabitis patreꝫ. Uos adoratis
qđ nescitis: nos adoram⁹ qđ scim⁹: qꝛ
salus ex iudeis ē. Sꝫ venit hora ⁊ nūc
est: qñ veri adoratores adorabūt patrē 1. Cor. 3. d.
in spū ⁊ veritate. Nā et pr̄ tales q̄rit q̄ 24. q. 3. c.
adorent eū. Spūs est de⁹: ⁊ eos q̄ ado quedam.
rant eū in spū ⁊ veritate oportet ado- D
rare. Dixit ei mulier. Scio qꝛ messias
venit q̄ dr̄ xp̄s. Cū ergo venerit ille: an
nūciabit nobis oīa. Dixit ei iesus. Ego
sum q̄ loquor tecum. Et cōtinuo vene 2. Cor. 3. d
rūt discipuli ei⁹: ⁊ mirabanᷣ: qꝛ cū mu
liere loq̄batᷣ. Nemo tñ dixit quid q̄ris:
aut q̄d loq̄ris cū ea. Reliquit ergo hy-
driā suā mulier et abijt in ciuitatē: et
dixit illis hoib⁹. Uenite ⁊ videte hoīeꝫ i. eodem.
q̄ dixit mihi oīa q̄cūq̄ feci. Nunq̄d ipse
est xp̄s? Exierūt ergo de ciuitate: ⁊ ve-
B uistis me. Philippe q̄ videt me videt ꝛ
ā. 5. f. patrem: quō tu dicis: ostēde nobis pa
trē. Non credis: q2 ego in patre ꝛ pr̄ in
me ē. Verba q̄ ego loquor vobis: a me-
ipso non loquor. Pater aūt in me ma-
nens: ipe facit opa. Nō creditis q2 ego
in patre et pr̄ in me est. Alioq̄n ꝓpter
opa ipsa credite. Amē amē dico vobis
q̄ credit in me opera q̄ ego facio ꝛ ipse
faciet: et maiora horū faciet: q2 ego ad
patrē vado. Et quodcū3 petieritis pa
J. 16. d. trē in noīe meo hoc faciā: vt glorifice-
als. ✠ clari- tur ✠ pater in filio. Si quid petieritis
ficetis. me in noīe meo: hoc faciā. Si diligitis
mat. 21. c. me mādata mea seruate: ꝛ ego rogabo
mar. 11. c. patrē: ꝛ aliū paracletū dabit vobis: vt
maneat vobiscū in eternū spm̄ verita-
tis quē mūdus non pōt accipere: q2 nō
videt eū: nec scit eum. Vos autē cogno
scetis eū: q2 apud vos manebit: ꝛ in vo
bis erit. Non relinquā vos orphanos:
veniā ad vos. Adhuc modicū: ꝛ mūd9 C
iā me nō videt. Vos aūt videbitis me:
q2 ego viuo et vos viuetis. In illo die
vos cognoscetis: quia ego sum in patre
meo: ꝛ vos i me ꝛ ego in vobis. Qui hꝫ
mādata mea: ꝛ seruat ea: ille est q̄ dili-
git me. Qui aūt diligit me: diliget a pa Mat. 10. d
tre meo: ꝛ ego diligā eū: ꝛ manifestabo De cōse. di.
ei meipm̄. Dixit ei iudas: non ille scba 2. c. species
riotis. Dñe q̄d factū est: q2 manifestatu
rus es nobis teipm̄: ꝛ nō mūdo. Respō
dit Jesus et dixit ei. Si q̄s diligit me
sermonē meū seruabit: ꝛ pater me9 di-
liget eū: ꝛ ad eū veniem9: et mansionem
apud eū faciemus. Qui nō diligit me:
sermones meos non seruat. Et sermo- als. ✠ smo.
nem ✠ quē audistis nō est meus: sed ei9 D
q̄ misit me patris. Hec locutus sum vo
bis apud vos manēs. Paracletus aūt
spūssanct9 quē mittet pater in nomine
meo: ille vos docebit oīa: ꝛ suggeret vo
bis oīa quecun3 dixero vobis. Pacem 23. q. 1. c. nisi
relinquo vobis: pacem meā do vobis. si bella.
Nō quō mūdus dat: ego do vobis. Non
turbetur cor vestrū: neq3 formidet. Au
distis q2 ego dixi vobis: vado et venio
ad vos. Si diligeretis me gauderetis
vtiq3: quia vado ad patrē: q2 pater ma
ior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄
fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iā
non multa loquar vobiscum. Venit eñ
princeps mundi huius: et in me non
habet quicq̄. Sed vt cognoscat mun-
dus quia diligo patrem: et sicut man-
datū dedit mihi pater: sic facio. Sur-
gite eamus hinc.
¶ C. S. Dixit: ego sum vitis vera: ꝛ pa-
ter meus agricola est: de dilectiōe p̄ce-
pta: si me persecuti sunt et vos perse-
quentur: ꝛ odio habuerunt me gratis:
dicit: cū venerit paracletus. Capi. xv.
Ego sum vitis vera: ꝛ pater A
me9 agricola est. Oēm pal-
mitē in me non ferentē fru
ctū tollet eū: ꝛ omnē q̄ fert
fructum: purgabit eum vt
fructum plus afferat. Iam
vos mundi estis propter sermonē quē
locutus sum vobis. Manete in me et
ego in vobis. Sicut palmes nō potest
ferre fructū a semetipo nisi māserit in
vite: sic nec vos nisi in me manseritis.
Ego sum vitis: vos palmites. Qui ma
net in me et ego in eo: hic fert fructum

multum: quia sine me nihil potestis fa
cere. Si quis in me non manserit: mit
tet foras sicut palmes et arescet: ⁊ col-
als ✝ eos. ligēt eū ✝: ⁊ in ignē mittēt et ardet ✝.
als ✝ ardēt Si mãseritis in me: ⁊ vba mea in vobis
mat. 21. c. mãserint: quodcūq; volueritis petetis:
B ⁊ fiet vobis. In hoc clarificat⁹ ē pater
me⁹ vt fructū plurimū afferatis: ⁊ effi
ciamini mei discipli. Sicut dilexit me
pr: ⁊ ego dilexi vos. Manete i dilectio
ne mea. Si pcepta mea servaveritis:
manebitis in dilectiōe mea: sicut ⁊ ego
pcepta pris mei servaui: maneo i eius
Mar. 11. c. dilectione. Hec locutus sum vobis: vt
De pe. dist. gaudiū meū in vobis sit: ⁊ gaudiū ve-
2. c. qualit. strū impleat. Hoc est preceptū meū vt
De renunc. diligatis inuicē sicut dilexi vos. Maio
c. nisi. §. ve rē hac dilectionē nemo hz: q̄ vt animā
rum. suā ponat qs p amicis suis. Vos ami-
ii. Cor. 4. d ci mei estis: si feceritis q̄ ego pcipio vo
Ephe. 5. a. bis. Jam nō dicā vos servos: q₂ servus
Phili. 2. d. nescit qd faciat dñs eius. Vos aūt dixi
i. Thes. 4. b amicos: quia oia quecūq; audiui a pa-
i. Joā. 2. c. tre meo: nota feci vobis. Nō vos me ele
C gistis: sed ego elegi vos: ⁊ posui vos vt
i. Joā. 3. c. eatis ⁊ fructū afferatis: et fruct⁹ vester
J. 18. c. maneat: vt quodcūq; petieritis patrē
in noie meo: det vobis. Hec mando vo
bis: vt diligatis inuicē. Si mūdus vos
odit: scitote q₂ me priorē vobis odio
habuit. Si de mūdo fuissetis: mūdus
quod suū erat diligeret. Quia vero de
mūdo nō estis: sed ego elegi vos de mū
do: ppterea odit vos mūd⁹. Memēto
mat. 10. c. te sermōis mei: quē ego dixi vobis. Nō
Luce. 6. f. est servus maior dño suo. Si me perse
mat. 24. a. cuti sunt: ⁊ vos psequent. Si sermonē
mar. 13. b. meū servauerūt: et vestrum servabunt.
luce. 21. c. Sed hec omnia faciēt vobis pter no
mat. 11. d. men meum: quia nesciunt eum qui mi-
D sit me. Si nō venissem et locutus fuis-
Luce. 10. c. sem eis pctm̄ nō haberēt. Nūc autē ex-
ps. 34. cusationē nō hñt de pctō suo. Qui me
odit ⁊ patrē meū odit. Si opa non fe
cissem in eis: q̄ nemo alius fecit: pctm̄
nō haberēt. Nunc aūt ⁊ viderunt ⁊ ode
runt: ⁊ me ⁊ patrē meū. Sed vt adim-
pleat sermo q̄ in lege eorū scriptus est.
Quia odio habuerunt me gratis. Cū
aūt venerit paracletus: quē ego mittā
vobis a patre: spm̄ veritatis qui a pa-
tre pcedit: ille testimoniū perhibebit
de me. Et vos testimonium perhibebi
tis: quia ab initio mecum estis.
¶ C. S. Absq; synagogis facient vos:
nunc vado ad eū qui me misit: et nemo
ex vobis interrogat ⁊c. cū venerit pa-
racletus ille arguet mundum de pecca
to: oia q̄cūq; habet pater mea sunt: mo
dicum iā et non videbitis me: vsq; mo
do nō petistis q̄cq̄: exiui a pře meo et
veni in mundū: pater meū est. Ca. xvi.



Ec locutus sum vobis vt B
nō scandalizemini. Absq;
sinagogis faciēt vos. Sed mat. 24. a.
venit hora vt omnis q̄ in- mar. 13. b.
terficit vos arbitretur ob- luce. 21. c.
sequium se pstare deo. Et
hec facient vobis: q₂ non noverunt pa
trē neq; me. Sed hec locutus sum vo-
bis vt cum venerit hora eorū reminisca
mini: q₂ ego dixi vobis. Hec autem vo
bis ab initio non dixi: quia vobiscum
erā. Et nunc vado ad eum q̄ misit me: B
et nemo ex vobis iterrogat me quo va
dis. Sed q₂ hec locutus sum vobis: tri
stitia: impleuit cor vestrum. Si ego ve
ritatem dico vobis: expedit vobis vt
ego vadā. Si eñ nō abiero paraclet⁹
nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā
eū ad vos. Et cū venerit ille arguet mū
dū de pctō: et de iustitia: ⁊ de iudicio.
De pctō q̄dem q₂ nō crediderūt in me.
De iustitia vero q₂ ad patrē vado: ⁊ iā
nō videbitis me. De iudicio aūt: q₂ pn C
ceps mūdi hui⁹ iā iudicat⁹ est. Adhuc De cōse. di.
multa habeo vobis dicere: sed nō pote 3. c. fin.
stis portare modo. Cū aūt venerit ille
spūs veritatis: docebit vos omnē veri
tatē. Nō eñ loquet a semetipo: sz que-
cunq; audiet loquet: et q̄ ventura sunt
annunciabit vobis. Ille me clarifica-
bit: q₂ de meo accipiet: et annunciabit
vobis. Oia q̄cūq; hz pr mea sūt. Pro-
pterea dixi: q₂ de meo accipiet: ⁊ annū mat. 11. b.
ciabit vobis. Modicū ⁊ iā nō videbi- Luce. 10. d.
tis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me: s. 14. b.
q₂ vado ad patrē. Dixerūt ergo ex disci D
pulis ei⁹ ad inuicē. Quid est hoc qđ di
cit nobis: modicū ⁊ nō videbitis me: ⁊
iterū modicū ⁊ videbitis me: ⁊ q₂ va-
do ad patrem? Dicebāt ergo. Quid est
hoc qđ dixit nobis modicū? Nescim⁹
q̄d loquit. Cognouit aūt iesus q₂ vole
bāt eū interrogare: et dixit eis. De hoc
q̄ritis inter vos: q₂ dixi. Modicū ⁊ nō
videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbi
tis me. Amē amē dico vobis: q₂ plora- Hiere. 13. c.
bitis ⁊ flebitis vos: mūdus aūt gaude- Jacob. 4. c.
bit. Vos aūt cōtristabimini: sed tristi- Dist. 76. c.
tia vestra vertetur in gaudiū. Mulier ieiunium.
cum parit tristitiam habet: quia venit De cōse. di.
hora eius. Cū autē peperit puerū iam 4. c. di. duo.
nō meminit pressure pter gaudiū: q₂ E

natus est hō in mūdū. Et vos igit̄ nūc
qdē tristitiā habetis. Iterū aūt videbo
vos: ⁊ gaudebit cor vr̄m: ⁊ gaudiū vr̄z
nemo tollet a vobis. Et in illo die me
Als. + roga bitis. nō interrogabitis + q̄cq̄. Amē amē di
co vobis: si q̄d petieritis patrē i noīe
mat. 21. c. meo: dabit vobis. Usq3 mō nō petistis
mar. 11. c. q̄cq̄ in noīe meo: petite ⁊ accipietis vt
s̄. 14. b. gaudiū vr̄m sit plenū. Hec in puerbijs
1. Joā. 1. d. locutus sum vobis. Uenit hora cū iam
F nō in puerbijs loquar vobis: sed palā
de patre meo annūciabo vobis. In illo
die in noīe meo petetis. Et nō dico vo
bis: q2 ego rogabo patrē de vobis. Ipse
Als. + ama tis. em pr̄ amat vos: q2 vos me amastis +
et credidistis: quia a deo exiui. Exiui a
G patre ⁊ veni in mūdū: iterum relinquo
mūdū ⁊ vado ad patrē. Dicūt ei disci
puli ei⁹. Ecce nunc palā loq̄ris: ⁊ puer
biū nullū dicis. Nūc scim⁹ q2 scis oīa:
et nō opus est tibi vt q̄s te interroget.
In hoc credim⁹: q2 a deo existi. R̄ndit
mat. 26. c. eis iesus. Modo creditis. Ecce venit
mar. 14. c. hora: ⁊ iā venit: vt dispergamini vnus
zacha. 13. c. q̄sq3 in ppria: et me solū relinquatis.
Et nō sum solus: q2 pater mecū est. Hec
locutus sum vobis: vt in me pacem ha
beatis. In mundo pressurā habebitis:
sed confidite: ego vici mundum.

¶ C. S. Sublevatis oculis in celū di
xit: pr̄ venit hora: clarifica filiū tuum:
iesus discipulos cōmēdat patri: pater
iuste mundus te non cognouit. C. xvij.

A 
Hec locutus est iesus: ⁊ sub
levatis oculis i celū dixit.
Pater venit hora clarifica
filiū tuū: vt filius tuus cla
rificet te. Sicut dedisti ei
potestatē oīs carnis: vt oē
qđ dedisti ei det eis vitā eternam. Hec
De pe. dist. 4. cap. si et bono. est aūt vita eterna: vt cognoscāt te solū
deū verū: ⁊ quē misisti iesum xp̄m. Ego
te clarificaui sup terrā: opus c̄sūmaui
qđ dedisti mihi vt faciā. Et nūc clarifi
ca me tu pr̄ apud temetipsm̄: claritate
quā habui prius q̄ mūdus fieret apud
te. Manifestaui nomē tuū hoīb⁹ quos
dedisti mihi de mūdo. Tui erāt: et mi
als. + tuū. hi eos dedisti: et sermonē meū + serua
uerūt. Nūc cognouerunt q2 oīa q̄ dedi
sti mihi: abs te sunt. Q2 verba q̄ dedi
sti mihi dedi eis. Et ipsi acceperunt et
cognouerūt vere: q2 a te exiui: et credi
B derunt: q2 tu me misisti. Ego pro eis ro
go. Nō p mundo rogo: sed p his quos
dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oīa
tua sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificatus
sum in eis. Et iā nō sum in mūdo: ⁊ hi
in mūdo sunt: ⁊ ego ad te venio. Pater
scē: serua eos i noīe tuo quos dedisti
mihi: vt sint vnū sicut ⁊ nos. Cū essem De celebra.
cum eis: ego seruabā eos in noīe tuo. mis. c. cum
Quos dedisti mihi ego custodiui: ⁊ ne marthe.
mo ex eis perijt: nisi fili⁹ pditionis: vt E
scriptura impleat̄. Nunc aūt ad te ve s̄. 15. c.
nio: ⁊ hec loquor in mūdo: vt habeant
gaudiū meū ipletū in semetipsis. Ego
dedi eis sermonē tuum: ⁊ mundus eos
odio habuit: q2 nō sunt de mūdo sicut
et ego nō sum de mūdo. Nō rogo vt tol
las eos de mūdo: s3 vt serues eos a ma
lo. De mūdo nō sunt: sicut ⁊ ego nō sum
de mundo. Sanctifica eos in veritate.
Sermo tuus veritas est. Sicut tu me
misisti in mundū: ita ⁊ ego misi eos in
mūdū. Et p eis ego sctifico meipm̄: vt
sint ⁊ ipsi sctificati in veritate. Nō pro
eis aūt rogo tm̄: sed ⁊ p eis q̄ credituri
sunt p verbū eoꝝ in me: vt oēs vnū sint:
sicut tu pater in me et ego i te: ⁊ vt ipsi
in nobis vnum sint: vt credat mundus
q2 tu me misisti. Et ego claritatē quam 35. q. 10. c. 2.
tu dedisti mihi: dedi eis: vt sint vnū si De celebra.
cut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis ⁊ tu mis. c. cum
in me: vt sint consummati in vnum: et marthe.
cognoscat mūdus: q2 tu me misisti: ⁊ di D
lexisti eos sicut et me dilexisti. Pater:
quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum:
et illi sint mecū: vt videant claritatem
meā: quā dedisti mihi: q2 dilexisti me
ante constitutionē mundi. Pater iuste mat. 11. d.
mundus te non cognouit: ego aūt te co luce. 10. d.
gnoui. Et hi cognouerunt quia tu me
misisti. Et notum feci eis nomen tuū:
et notum faciam vt dilectio qua dilexi
sti me in eis sit: et ego in ipsis.

¶ Ca. S. Egressus iesus cū discipulis
suis trās torrētē cedron: q̄rētib⁹ iuda
cū cohorte iesum: r̄ndit: ego sum: abie
rūt retrorsum ⁊ ceciderūt in terrā: ca
ptio xp̄i: negatio petri: accusatio xp̄i:
et responsio eiusdem. Capl̄m. xviij.


Hec cū dixisset iesus: egressus A
est cū discip̄lis suis trās tor Actu. 26. c.
rētē cedrō: vbi erat hort⁹: in mar. 14. c.
quē introiuit ipse ⁊ discipuli
eius. Sciebat aūt et iudas q̄
tradebat eū locū: q2 frequēter iesus cō
uenerat illuc cū discipulis suis. Iudas
ergo cum accepisset cohortem: ⁊ a pon
tificib⁹ ⁊ phariseis ministros: venit il
luc cū laternis ⁊ facib⁹ et armis. Iesus mat. 26. c.
itaq3 sciens oīa q̄ ventura erant super mar. 14. c.
eum: pcessit et dixit eis. Quem queri Luce. 22. a.

tis? Rñderunt ei. Iesum nazarenũ. Di
xit eis iesus. Ego sum. Stabat aũt et
iudas q̃ tradebat eũ: cũ ipsis. Ut ergo
dixit eis ego sum: abierũt retrorsum ⁊
ceciderũt ĩ terrã. Iterũ ergo interroga
B nit eos. Quẽ q̃ritis? Illi aũt dixerũt. Ie
sũ nazarenũ. Rñdit iesus. Dixi vobis:
q2 ego sũ. Si ergo me queritis: sinite
hos abire. Ut impleret sermo quẽ dixit.
mat.26.e. Q2 quos dedisti mihi: nõ pdidi ex eis
mar.14.e. quenq̃. Simõ ergo petr⁹ habẽs gladiũ:
Luce.22.f. eduxit eũ: ⁊ pcussit pontificis seruũ: et
24.q.1.ca. abscidit auriculã ei⁹ dextrã. Erat aũt
si petrus. nomẽ seruo malchus. Dixit ergo iesus
mat.26.e. petro. Mitte gladiũ tuũ in vaginam.
mar.14.f. Calicẽ quẽ dedit mihi pr: nõ vis vt bi
luce.22.f. bã illũ? Cohors aũt ⁊ tribun⁹ ⁊ mini
Ã.11.f. stri iudeoꝝ cõprehẽderũt iesum: ⁊ liga
C uerũt eũ: ⁊ adduxerũt eũ ad annã pmũ.
Als✝ aũt. Erat em̃ ✝ socer caiphe q̃ erat põtifex
mat.26.f. anni illi⁹. Erat aũt caiphas q̃ consiliũ
mar.14.f. dederat iudeis: q2 expedit vnũ hoiem
luce.22.f. mori p pplo. Seq̃bat aũt iesum simõ
petr⁹: ⁊ alius discipul⁹. Discipul⁹ aũt
ille erat not⁹ põtifici: et introiuit cum
iesu in atriũ pontificis. Petr⁹ aũt sta
bat ad ostiũ foris. Exiuit ergo discipu
mat.26.g. lus alius q̃ erat notus põtifici: ⁊ dixit
mar.14.g. ostiarie: ⁊ introduxit petrũ. Dixit ergo
luce.22.f. petro ancilla ostiaria. Nunq̃d et tu ex
discipulis es hois isti⁹? Dixit ille. Nõ
sum. Stabant aũt serui et ministri ad
prunas: q2 frig⁹ erat et calefaciebãt se.
Erat aũt cũ eis ⁊ petrus stans ⁊ calefa
als✝ inter ciẽs se. Põtifex ergo interrogauit✝ ie
rogabat. sum de discipulis suis: ⁊ de doctrina ei⁹.
D Rñdit ei iesus. Ego palã locutus sum
mat.26.e. mũdo. Ego semp docui ĩ synagoga ⁊ ĩ
mar.14.e. tẽplo q̃ oẽs iudei cõueniũt: ⁊ ĩ occulto
luce.22.f. locut⁹ sum nihil. Quid me interrogas?
mat.26.f. Interroga eos q̃ audierũt q̃d locutus
mar.14.f. sum ipsis: ecce hi sciunt q̃ dixerim ego.
luce.22.f. Hec aũt cũ dixisset: vn⁹ assistẽs mini
strorũ: dedit alapã iesu dicẽs. Sic rñ
des põtifici? Rñdit ei iesus. Si male
locut⁹ sum: testimoniũ phibe de malo.
Si aũt bene: q̃d me cedis? Et misit eũ
annas ligatũ ad caiphã põtificẽ. Erat
aũt simõ petr⁹ stãs: ⁊ calefaciẽs se. Di
xerũt ergo ei. Nunq̃d ⁊ tu ex discipulis
ei⁹ es? Negauit ille: ⁊ dixit. Nõ sũ. Di
E xit vn⁹ ex seruis põtificis cognat⁹ ei⁹
cui⁹ abscidit petr⁹ auriculã. Nõne ego
te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo ne
gauit petr⁹: ⁊ statim gallus cantauit.
Adducũt ergo iesum a caipha in pto
mat.27.f. riũ. Erat aũt mane: ⁊ ipsi nõ introierũt
in ptoriũ: vt nõ cõtaminarent: sz vt mã mar.15.a.
ducarẽt pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad luce.23.a.
eos foras: et dixit. Quã accusationem
affertis aduersus hoiez hũc? Rñderũt
⁊ dixerũt ei. Si nõ eẽt hic malefactor: F
nõ tibi tradidissem⁹ eũ. Dixit ergo eis
pilatus. Accipite eũ vos: ⁊ sm legẽ ve
strã iudicate eũ. Dixerũt ergo ei iudei.
Nobis nõ licet interficere quenq̃. Ut ser
mo iesu impleret quẽ dixit: significãs q̃
morte esset moriturus. Introiuit ergo mat.27.b.
iterũ in pretoriũ pilatus: ⁊ vocauit ie mar.15.a.
sum: ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ. Rñ luce.23.a.
dit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij
tibi dixerũt de me. Rñdit pilat⁹. Nun
q̃d ego iude⁹ sum. Gens tua ⁊ pontifi
ces tui tradiderunt te mihi: q̃d fecisti.
Rñdit iesus. Regnũ meũ nõ est de hoc
mundo. Si ex hoc mũdo esset regnum
meũ ministri mei vtiq̃ decertarent vt
nõ traderer iudeis: nũc aũt regnũ meũ
nõ est hinc. Dixit itaq̃ ei pilatus. Er G
go rex es tu? Rñdit iesus. Tu dicis: q2
rex sum ego. Ego in hoc natus sum: et
ad hoc veni in mũdũ: vt testimonium
perhibeã veritati. Ois q̃ est ex verita
te: audit vocem meã. Dixit ei pilatus.
Quid ẽ veritas? Et cũ hoc dixisset: ite
rum exiuit ad iudeos: ⁊ dixit eis. Ego
nullã inuenio ĩ eo cãm. Est aũt cõsuetu
do vobis: vt vnũ dimittã vobis in pa mat.27.b.
scha. Uultis ergo dimittã vobis regez mar.15.b.
iudeoꝝ? Clamauerunt rursum oẽs di mat.27.b.
centes. Non hunc: sed barrabam. Erat mar.15.a.
autem barrabas latro. luce.23.c.

¶ C.S. Pilatus iesum flagellauit: de
risio: crucifixio iter duos latrones: cõ
mẽdatio mris discipulo: ⁊ potatio ace
ti: et mors et sepultura. Capitulũ. xix.

Tunc ergo apprehẽdit pila A
tus iesum: ⁊ flagellauit. Et mat.27.c.
milites plectẽtes coronam mar.15.c.
de spinis: iposuerũt capiti
ei⁹: ⁊ veste purpurea circũ
dederũt eũ. Et veniebãt ad
eũ: ⁊ dicebãt. Aue rex iudeorum. Et da
bant ei alapas ✝. Exiuit ergo iterũ pi Als✝ pal
lat⁹ foras: ⁊ dixit eis. Ecce adduco eũ mas.
vobis foras: vt cognoscatis: q2 nullam
inuenio ĩ eo causaz. Exiuit ergo iesus
portãs coronã spineã ⁊ purpureũ ve Luce.23.a.
stimẽtũ. Et dixit eis. Ecce hõ. Cũ ergo mat.27.c.
vidissent eum põtifices ⁊ ministri: cla mar.15.b.
mabãt dicẽtes. Crucifige: crucifige eũ. mat.27.c.
Dixit eis pilat⁹. Accipite eũ vos: ⁊ cru mar.15.b.
cifigite. Ego em̃ nõ inuenio in eo cãm. luce.23.c.
Rñderũt ei iudei. Nos legẽ habemus: B

mat.27.b. et sm legē dz mori: qz filiū dei se fecit.
mar.15.a. Cū ergo audisset pilat⁹ hunc sermonē
luce.23.a. magis timuit. Et igressus ē ꝑtoriū ite
rū: ꝛ dixit ad iesuz. Un̄ es tu. Jesus au
tē rn̄sum non dedit ei. Dixit ergo ei pi
3 q.1.ca.q.d lat⁹. Mihi nō loq̄ris. Nescis qz pote
culpatur. statē habeo crucifigere te: ꝛ potestatez
habeo dimittere te. Rn̄dit iesus. Non
haberes ptātē aduersum me vllā: nisi
tibi datā esset desup. Propterea q̄ me
tradidit tibi: maius pctm̄ hz. Et exin
de q̄rebat pilatus dimittere eū. Judei
aūt clamabāt dicētes. Si hūc dimittis:
C nō es amic⁹ cesaris. Ois em̄ q̄ se regem
facit: ɔtradicit cesari. Pilat⁹ aūt cū au
disset hos sermones adduxit foras ie
sum: ꝛ sedit p tribunali in loco q̄ dr̄ li
thostratos: hebraice autem gabatha.
mar.15.b. (Erat aūt parasceue pasche hora quasi
luce.23.c. sexta) et dixit iudeis. Ecce rex vr̄. Illi
aūt clamabāt. Tolle tolle crucifige eū.
Dixit eis pilat⁹. Regē vr̄m crucifigā.
mat.27.d. Rn̄derūt pōtifices. Nō habem⁹ regem
mar.15.b. nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū:
luce.23.c. vt crucifigeret. Susceperūt aūt iesuz:
D et eduxerūt eū. Et baiulās sibi crucem
mat.27.e. exiuit in eū q̄ dr̄ caluarie locū: hebraice
luce.23.e. aūt golgotha. Ubi crucifixerūt eum: et
mar.15.c. cū eo alios duos hinc ꝛ hic: mediū aūt
mat.27.e. iesum. Scripsit aūt ꝛ titulū pilat⁹: et
mar.15.e. posuit sup crucē. Erat aūt scriptū. Je
luce.23.e. sus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Hūc ergo ti
tulū multi iudeoꝝ legerūt: qz ppe ciui
tatē erat locus vbi crucifixus est iesus.
Et erat scriptū hebraice: grece et lati
ne. Dicebant ergo pilato pontifices iu
deoꝝ. Noli scribere: rex iudeoꝝ: sed qz
ipse dixit: rex sū iudeoꝝ. Rn̄dit pilat⁹.
mat.27.e. Qd̄ scripsi: scripsi. Milites ergo cum
mar.15.d. crucifixissent eū: acceperūt vestimenta
luce.23.e. ei⁹: ꝛ fecerūt q̄tuor partes: vnicuiq3 mi
liti ptē ꝛ tunicā. Erat aūt tunica incō
E sutilis: desup cōtexta p totū. Dixerunt
ps.21. ergo adinuicē. Nō scindam⁹ eā: sz sor
tiamur de illa cui⁹ sit. Ut scriptura im
pleret dicēs. Partiti sunt vestimenta
mea sibi: et in vestē meā miserūt sortē.
Alᵃ+ hoc. Et milites q̄dē hec+ fecerūt. Stabāt
aūt iuxta crucē iesu mr̄ ei⁹: ꝛ soror ma
tris ei⁹ maria cleophe ꝛ maria magda
lene. Cū vidisset ergo iesus matrē: ꝛ di
scipulū stantē quē diligebat: dixit mr̄i
sue. Mulier ecce fili⁹ tuus. Deinde di
xit discipulo. Ecce mr̄ tua. Et ex illa ho
ra accepit eā discipul⁹ i suā+. Postea
Alᵃ+ sua. sciēs iesus: qz+ oia consummata sunt:
alᵃ+ iam. vt ɔsummaret scriptura: dixit. Sitio.

Uas autē erat positū aceto plenū. Illi F
ergo spongiam plenā aceto ysopo cir mat.27.f.
cūponētes: obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo mar.15.c.
accepisset iesus acetū dixit. Cōsumma luce.23.e.
tū ē. Et iclinato capite: tradidit spm̄. mat.27.f.
Judei ergo qm̄ parasceue erat vt nō re mar.15.d.
manerēt i cruce corpa sabbato. (Erat luce.23.f.
em̄ magnus dies ille sabbati) rogaue
runt pilatū: vt frangerent eoꝝ crura
et tollerent. Uenerunt ergo milites: et De cōse.di.
pmi q̄dē fregerūt crura: et alterius q̄ 2.capi.non
crucifixus est cū eo. Ad iesum autē cuz oportet. et
venissent vt viderūt eum iam mortuū nō c.reuera.et
fregerunt eius crura: sed vnus militū c. in calice.
lancea latus eius aperuit: et continuo De celebra.
exiuit sanguis et aqua. Et q̄ vidit testi mis.c. cum
moniū perhibuit: ꝛ verū est testimoniū marthe. et
eius. Et ille scit qz vera dixit: vt ꝛ vos c. i quadā.
credatis. Facta sunt em̄ hec vt scriptu G
ra impleretur. Os nō comminuetis ex Exo.12.g.
eo. Et iterū alia scriptura dicit. Uide Num.9.b.
būt in quē trāsfixerūt. Post hec aūt ro zacha.12.c.
gauit pilatuz ioseph ab arimathia: eo mat.27.g.
q̄ esset discipulus iesu: occultus autez mar.15.d.
ppter metū iudeoꝝ: vt tolleret corp⁹ luce.23.g.
iesu. Et pmisit pilatus. Uenit ergo et ī.3.a.ꝛ.7.
tulit corpus iesu. Uenit aūt et nicode g.
mus q̄ venerat ad iesum nocte primuz mat.27.g.
ferēs mixturā myrrhe et aloes quasi li mar.15.b.
bras centū. Acceperūt ergo corp⁹ iesu: luce.23.g.
et ligauerūt eum linthéis cū aromati
bus: sicut mos est iudeis sepelire. Erat
aūt in loco vbi crucifixus est hortus: et
in horto monumentum nouum in quo
nondum quisq̄ positus erat. Ibi ergo
propter parasceuē iudeoꝝ: quia iuxta
erat monumentū: posuerūt iesum.

¶ C.S. Resurrectio: ꝛ qualiter appa
ruit marie magdalene: apparens disci
pulis dedit eis pacē ꝛ spiritūsanctuz:
post dies octo clausis ianuis apparuit
discipulis suis ꝛ thome. Capitulū.xx.


Na aūt sabbati maria ma A
gdalene venit mane cū ad mat.28.a.
huc tenebre essent ad mo mar.16.a.
numentū: ꝛ vidit lapidem luce.24.a.
sublatū a monumēto. Cu
currit ergo et venit ad si
monē petrū: ꝛ ad aliū discipulū quem
amabat+ iesus: et dixit illis. Tulerūt al+ diligebat.
dn̄m de monumēto: ꝛ nescimus vbi po
suerūt eū. Exijt ergo petrus ꝛ ille ali⁹
discipulus: ꝛ venerūt ad monumentū.
Currebāt aūt duo simul: ꝛ ille ali⁹ di
scipulus ꝑcucurrit citi⁹ petro: ꝛ venit
primus ad monumentū. Et cū se incli B
nasset vidit posita linthéamina: nō tñ

introiuit. Uenit ergo simō petrus se-
quēs eū: ⁊ introiuit in monumentū: et
vidit linthea mina posita ⁊ sudariū qđ
fuerat sup caput eiꝰ: nō cū lintheamini
bus positū: sꝫ separatim inuolutum in
C vnū locū. Tūc ergo introiuit et ille di-
scipulus q̄ venerat p̄mꝰ ad monumētū:
et vidit ⁊ credidit. Nondū eni sciebāt
scripturā: q2 oportuit eū a mortuis re-
surgere. Abierūt ergo discipuli iterū
ad semetipsos. Maria autē stabat ad
monumentū foris plorās. Dū ergo fle-
ret: iclinauit se ⁊ pspexit i monumētū.
Actu.1.b. Et vidit duos āgelos i albis sedētes:
vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes vbi posi
tū erat corpꝰ iesu. Dicūt ei illi. Mulier
D q̄d ploras? Dixit eis. Q2 tulerunt dn̄m
al's ✝ nesci- meū: ⁊ nescio ✝ vbi posuerit eū. Hec cū
mus. dixisset: cōuersa ē retrorsuꝫ: ⁊ vidit ie-
sum stātē: ⁊ nō sciebat: q2 iesus est. Di-
xit ei iesus. Mulier q̄d ploras? Quem
q̄ris? Illa existimans q2 hortulanꝰ esset
dixit ei. Dn̄e si tu sustulisti eū dicito mi
hi vbi posuisti eū: ⁊ ego eū tollā? Dixit
ei iesus. Maria. Cōuersa illa dixit ei.
Rabboni: qđ đr magister. Dixit ei ih̄s.
E Noli me tāgere: nōdū eni ascēdi ad pa
trē meū. Uade aūt ad fratres meos: et
dic eis. Ascēdo ad patrē meū et patrē
vrm: deū meū ⁊ deū vrm. Uenit maria
Luce.24.f. magdalene annūciās discipl'is: q2 vidi
dn̄m: ⁊ hec dixit mihi. Cū ergo sero eēt
die illo vna sabbatorum: ⁊ fores essent
clause vbi erāt discipl'i ꝯgregati ꝓpter
metū iudeoꝝ: venit iesus: ⁊ stetit i me-
dio: et dixit eis. Pax vobis. Et cū hec
J.eo.f. dixisset: ostēdit eis manꝰ ⁊ latꝰ. Gauisi
sunt ergo discipuli viso dn̄o. Dixit er-
go eis iterū. Pax vob. Sicut misit me
mat.18.b. pr: ⁊ ego mitto vos. Hec cū dixisset: in-
F sufflauit ⁊ dixit eis. Accipite spm̄ san-
ctū. Quoꝝ remiseritis pctā: remittūtur
eis: et quoꝝ retinueritis: retenta sunt.
Thomas aūt vnꝰ ex duodecim q̄ đr di-
dymꝰ: nō erat cū eis q̄n venit iesus. Di-
xerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus
dn̄m. Ille aūt dixit eis. Nisi videro in
manibꝰ eiꝰ fixurā clauoꝝ: ⁊ mittā digi
tum meū i locū clauoꝝ: et mittā manū
meā i latus eiꝰ: nō credā. Et post dies
octo iterū erāt discipl'i eiꝰ intꝰ: ⁊ tho-
mas cū eis. Uenit iesus ianuis clausis:
⁊ stetit i medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis.
J.eodem. Deīde dixit thome. Infer digitū tuum
G huc: ⁊ vide manꝰ meas: ⁊ affer manum
tuā ⁊ mitte i latus meū: ⁊ noli esse icre
dulꝰ: sꝫ fidelis. Rn̄dit thomas ⁊ dixit.
Dn̄s meꝰ ⁊ deꝰ meus. Dixit ei iesus. Q2
vidisti me thoma credidisti. Beati q̄
nō viderūt et crediderūt. Multa q̄dē J.12.g.
et alia signa fecit iesus in conspectu di
scipuloꝝ suoꝝ q̄ non sunt scripta in li
bro hoc. Hec aūt scripta sunt vt creda-
tis: q2 iesus est xp̄s filiꝰ dei: ⁊ vt credē-
tes vitā ✝ habeatis in nomine eius. Al's ✝ eter-
¶ Ca. S. Postea iterū manifestauit se nam.
iesus ad mare tyberiadis ⁊c. de pisca-
tione petri: dixit petro tertio: pasce
oues meas. Capitulum. xxi.



Ostea manifestauit se iteꝝ A
iesus ad mare tyberiadis.
Manifestauit aūt sic. Erāt
simul simō petrꝰ: ⁊ thomas
q̄ đr didymꝰ: ⁊ nathanael q̄
erat a chana galilee: et filij
zebedei: ⁊ alij ex discipulis eiꝰ duo. Di
cit eis simō petrꝰ. Uado piscari. Dicūt Luce.5.a.
ei. Uenimus ⁊ nos tecū. Et exierunt et B
ascēderunt i nauim: et illa nocte nihil
prēdiderūt. Mane autē iā facto: stetit
iesus i littore: nō tn̄ cognouerunt disci
puli q2 iesus est. Dixit ergo eis iesus.
Pueri: nunq̄d pulmētariū habetis? Rn̄-
derūt ei. Nō. Dixit eis. Mittite i dexte-
rā nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miserūt
ergo ⁊ iā nō valebāt illud trahere pre C
multitudine piscium. Dixit ergo disci
pulus ille queꝫ diligebat iesus petro.
Dn̄s est. Simō petrus cum audisset q2
dn̄s est tunica succinxit se (erat eni nu-
dus) ⁊ misit se in mare. Alij autē disci Luce.24.f.
puli nauigio venerūt. Nō eni lōge erāt
a terra: sed quasi cubitis ducentis: tra Luce.24.f.
hētes rete piscīū. Ut ergo descēderunt
in terrā: viderūt prunas positas et pi-
scē suppositū ⁊ panē. Dixit eis iesus.
Afferte de piscibꝰ q̄s prēdidistis nūc. D
Ascēdit simō petrus ⁊ traxit rete i ter
ram plenā magnis piscibꝰ: centūquin-
quagintatribꝰ. Et cū tanti essent non
est scissum rete. Dixit eis iesus. Ueni-
te prandete. Et nemo audebat discum
bentiū interrogare eū: tu q̄s es: scien-
tes q2 dn̄s est. Et venit iesus: ⁊ accepit
panē et dabat ✝ eis ⁊ piscē silr. Hoc iā Al's ✝ dat.
tertio manifestatꝰ est iesus discipulis
suis cū surrexisset a mortuis. Cū ergo
prādidissent: dixit simōi petro iesus.
Simō ioānis diligis me plus his. Di
xit ei. Etiā dn̄e tu scis q2 amo te. Dixit
ei. Pasce agnos meos. Dixit ei iteruꝫ.
Simō ioānis diligis me? At ille. Etiā E
domine tu scis: q2 amo te. Dixit ei ite-
rū. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio.

Simon ioānis amas me. Cōtristatus est petr⁹ q2 dixit ei tertio: amas me: et dixit ei. Dñe tu oīa nosti: tu scis q2 amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cū esses iunior cingebas te τ ābulabas vbi volebas. Cū aūt senueris extēdes man⁹ tuas τ ali⁹ te cinget: τ ducet quo tu nō vis. Hoc autē dixit significās q̄ morte clarificatur⁹ eēt deū. Et cū hoc dixisset: dixit ei. Seq̄re me. Cōuersus petr⁹ vidit illū discipulū quē diligebat iesus seq̄ntē: q̄ τ recubuit i cena sup pectus ei⁹: τ dixit. Dñe q̄s est q̄ tradet te. Hūc ergo cū vidisset petr⁹ dixit iesu. Dñe: hic aūt q̄d. Dixit ei Jesus. Sic eū volo manere donec veniā: q̄d ad te? Tu me seq̄re. Exijt ergo sermo iste iter fratres q2 discipls ille nō morit: τ nō dixit ei iesus nō morit: sed sic eū volo manere donec veniā: q̄d ad te? Hic est discipls ille q̄ testioniū phibet de his τ scripsit hec. Et scimus q2 verū est testimoniū ei⁹. Sūt autē et alia multa q̄ fecit Jesus: q̄ si scribātur p singula: nec ipm arbitror: mundū capere posse eos q̄ scribendi sunt libros.

Joā.21.c. (margin: Jo.13.c. alr.+ad Jesum.)

¶ Explicit euangelium sm̄ Joannem

¶ Incipit pfatio sancti Hieronymi in omnes epistolas sancti Pauli.



Primū q̄rit: quare post euāgelia q̄ supplemētū legis sunt: et i q̄b⁹ nobis exēpla et pcepta viuendi plenissime digesta sunt: voluerit aplus has eplas ad singulas ecclesias destinare. Hac aūt cā fecisse vr: vt scz initia nascētis eccl'ie nouis causis existētib⁹ pueniret: τ vt p̄ntia atq3 oritēia resecaret vitia: τ post futuras excluderet q̄ōes exēplo pphetarū q̄ post editā legē moysi in q̄ oīa dei mandata legebant: nihilominus tñ doctrina sua rediuiua semp ppl'i cōpressere pctā: τ pp̄ter exēplū viuēdi libros ad nostrā etiā memoriam trāsmiserūt. Deinde q̄rit. Cur nō amplius q̄ decē eplas ad eccl'ias scripserit. Decē sunt em̄ cā ea q̄ ē ad hebreos. Nā reliq̄ q̄tuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut oñderet nouū nō discrepare a veteri testō: et sc̄d̄ legē nō facere moysi ad numerū primor̄ decalogi mādator̄ suas eplas destinauit: τ quot ille pceptis a pharaone instituit liberatos: totidē hic eplis a diaboli et idolatrie seruitute edocet acquisitos. Nā τ duas tabulas lapideas duor̄ testamētor̄ figurā habuisse viri eruditissimi tradiderūt. Epistolā sane q̄ ad hebreos scribit̄ q̄dā pauli nō esse p̄tēdūt eo q̄ nō sit eius noīe titulata: et pp̄ter sermonis stiliq3 distātiā: sz aut barnabe iuxta tertullianū: aut luce iuxta q̄sdā: vel certe clemētis discipuli aplor̄ et epi romane eccl'ie post apl's ordinati. Quib⁹ rūdēdū est: si pp̄terea pauli nō erit: q2 ei⁹ nō hz nomē: ergo nec alicui⁹ erit: q2 nullius noīe titulat. Qđ si incōueniēs absurdūq3 est: ipsi⁹ magis esse credēda est q̄ tāto doctrine sue fulget eloquio. Sz q̄m apud hebreor̄ ecclesias q̄si destructor legis falsa suspitiōe habebat: voluit tacito noīe de figuris legis et veritate xp̄i reddere rōnē: ne odiū nois in frōte pritulati vtilitate excluderet lectiōis. Nō ē sane mirū si eloquentior videat in pprio. i. hebreo: q̄ i pegrino. i. i greco quo cetere eple sunt scripte sermōe. Mouet etiā quosdam: q̄re romanor̄ epla i pmo sit posita: cū eā nō pmo scriptā rō manifestet. Nā hāc se pficiscētē hierosolymā scripsisse testat cū corinthios τ alios iā ante vt ministeriū qđ secū portaturus erat colligerent: ītis adhortat⁹ sit. Uñ τ itelligi q̄dā volūt ita oēs eplas ordinatas: vt pma poneret: q̄ nis posterior fuerit destinata: vt per singulas eplas gradib⁹ ad pfectiora veniretur. Romanor̄ nāq3 plerique tā rudes erāt vt non intelligerēt dei se gr̄a et nō suis meritis esse saluatos: τ ob hoc duo iter se ppl'i cōflictarēt. Idcirco illos indigere asserit + corrigi vitia gētilitatis priora cōmemorās. Corinthijs aūt iā dicit sciētie gratiā esse cōcessam: τ nō tā oēs increpat q̄ cur peccātes nō increpauerit: reprehēdit: sicut ait. Audit inter vos fornicatio. Et iterū. Cōgregatis vobis cū meo spū: tradere huiuscemodi sathane. In scđa vero laudant: vt magis ac magis pficiāt: cōmonent. Galathe iā nullius criminis arguūtur: nisi hoc tm̄ qđ callidissimis pseudo aplis crediderūt. Ephesii sane nulla repḧēsiōe: sz multa laude sūt digni: q2 fidē aplicā seruauerūt. Philippēses etiā multomagis collaudant: q̄ nec audire q̄dē falsos aplos voluerūt. Thessalonicenses nihilominus i duabus eplis omni laude prosequitur: eo q̄ nō solum fidē inconcussam seruauerint veritatis: sed etiam in persecutione ciuiū fuerint cō

(margins: alr.+cōfirmari. — 1.Cor.5.a. Ibidem. — 1.Thes.2.c)

(handwritten notes: Epla ad hebreos an Pauli. — Paulus eloquentior in lingua hebr. — qr Paulus scripsit! qr x. epl'e!)

stātes inuicti. Colossēses aūt tales erāt vt cū ab aplo visi corporaliter nō fuissent: hac laude digni haberent᷑: τ si corpore inq̄ τ absens sum: sȝ spū vobiscum sum gaudēs τ vidēs ordinē vr̄m. De hebreis ꝓo q̄d dicēdū est: quoꝝ tessalonicēses q̄ plurimū laudati sunt: imitato
1. Thess. 2. e res facti esse dicunt᷑. Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarū dei q̄ sunt ĩ iudea. Eadē eñ passi estis τ vos a cōtribulib⁹ vr̄is q̄ τ illi a iudeis. Apud ipsos quoq̄ hebreos ea
Hebr. 10 g dē cōmemorat: dicēs. Nā τ vinctis cōpassi estis: τ rapinā bonoꝝ vestroꝝ cū gaudio suscepistis: cognoscētes vos habere meliorē et manentē substantiam.

¶ Incipit prologus specialis in epistolam ad romanos.

Romani sunt q̄ ex iudeis et gētib⁹ crediderāt. Hi sup̄ba ꝯtētiōe volebāt se alterutrū supponere. Nā iudei dicebāt. Nos sum⁹ ppl's dei quos ab initio dilexit τ fouit. Nos circūcisi ex gn̄e abraā: sctā descēdim⁹ ex stirpe: et notus retro apud iudeā tm̄ de⁹. Nos ď egypto signis dei et virtutib⁹ liberati: mare sicco ꝑtrāsiuim⁹ pede: cū inimicos nr̄os grauissimi fluct⁹ ĩuoluerēt. Nobis pluit māna dn̄s ĩ deserto: τ q̄si filijs suis celeste pabulū ministrauit. Nos die noctuq̄ ĩ columna nubis ignisq̄ ꝑcessit: vt nobis in inuio iter ostēderet. Atq̄ vt cetera ei⁹ circa nos imēsa bn̄ficia taceamus: nos soli digni fuim⁹ dei legē accipe: τ vocē dei loquētis audire: eiusq̄ cognoscere
Mat. 15. c volūtatē. In qua lege nobis promissus est xp̄s: ad quos etiā ipe se venisse testatus est: dicēs. Non veni nisi ad oues q̄ perierāt dom⁹ isrl': cū vos canes poci⁹ q̄ hoīes appellauerit. Equum ne ergo est vt idola hodie deserētes q̄b⁹ ab initio deseruistis nobis ꝯparemini: τ nō poci⁹ in ꝓselitoꝝ locū ex legis autoritate τ ꝯsuetudine deputemini. Et hoc ipȝ nō merebamini: nisi q: larga sp̄ dei clementia voluit vos ad nostrā imitationē admittere. Gētes etiā ecōtrario r̄ndebant. Quāto eñ maiora erga vos dei bn̄ficia narraueritis: tāto maioris vos criminis reos eē mōstrabitis. Sē
Exod. 14. c p̄ eñ bis oib⁹ extitistis ĩgrati. Nā ipsis pedib⁹ q̄b⁹ aridū mare trāsistis ludebatis añ idola q̄ fecistis: τ ipo ore quo paulo āte ob necē aduersariorum dn̄o cantaueratis: simulacra vobis fieri poposcistis: illis oclis q̄b⁹ venerādo deū in nube vel igne cōspicere solebatis: simulacra ĩtuebamini. Māna q̄ȝ vobis fastidio fuit: et semp̄ in deserto ꝯ dn̄m murmurastis: ad egyptū vñ vos manu
Num. 14. d valida eiecerat: redire cupiētes. Quid plura. Ita p̄res vr̄i crebra ꝓuocatione dn̄m irritauerāt: vt oēs ĩ heremo morerent᷑: nec pl⁹ ex seniorib⁹ eoꝝ q̄ duo hoīes terrā repromissionis intrarent. Sȝ q̄d antiqua replicamus cū etiā si illa minime fecissetis de hoc solo: nemo vos dignos venia iudicaret: q̄ dn̄m xp̄m ꝓphetarū semp̄ vobis vocib⁹ repromissuȝ: nō solū suscipe noluistis: sȝ etiā morte pessima ꝑemistis. Quē nos vt cognouim⁹ statim credidim⁹: cū nobis de eo antea non fuerit ꝑdicatū. Vñ ꝓbat᷑ q̄ idolis seruiuimus: nō obstinatiōi mētꝫ: sȝ ignorātie deputādū. Qui eñ cognitū ilico seq̄mur: olim vtiq̄ sequeremur si antea cognouissem⁹. Sic aūt vos de gn̄is nobilitate iactatis: q̄si nō moꝝ imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sctōꝝ. Denīq̄ esau et hismael cum de stirpe sint abrae: minime tñ ĩ filijs reputant᷑. His taliter altercātib⁹ aplo se mediū interponēs: ita ꝑtiū dirimit q̄stiōes vt neutrū eoꝝ sua iusticia salutē meruisse cōfirmet: ābos ꝟo ppl'os τ sciēter τ grauiter deliq̄sse. Iudeos q̄dē q̄ ꝑ p̄uaricationē legis deū ĩhonorauerit: gētes ꝟo q̄ cū cognitū de creatura creatorē: vt deū debuerint venerari gloriā eius in manu facta mutauerint simulacra. Vtrosq̄ etiā sil'r veniā ꝯsecutos: equales esse verissima rōne demōstrat: ꝑsertim cum in eadē lege predictū sit: τ iudeos τ gētes ad xp̄i fidē vocandos esse ostēdat: q̄obrē vicissim eos humiliās: ad pacem et concordiam cohortatur.

¶ Explicit prologus.

¶ Argumentum in epistolā pauli ad Romanos.

Romani sūt partis italie. Hi preuenti sunt a falsis aplis: et sub nomine domini nostri Jesu christi in legem et prophetas erāt inducti. Hos reuocat apostolus ad verā et euangelicā fidem scribens eis a corintho.

¶ Explicit argumentum.

¶ Epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos incipit.



¶ C.S. Ostendit apostolus charitatē
se habere ad romanos: ac deinde vitia
eorum redarguit qui sequūtur deside-
ria sua. Capitulum. j.

A Paulus seruus iesu
xpi: vocatus apl's: segrega
tus in euāgeliū dei: qđ ātē
pmiserat p pphetas suos
in scripturis sanctis de fi-
lio suo: q factus est ei ex semine dauid
ſm carnē: q predestinatus est filius dei
in virtute ſm spm̄ sanctificationis ex
resurrectōe mortuoꝝ iesu xpi dn̄i nr̄i:
p quē accepimus gratiā ꝛ apostolatū
ad obediēdum fidei in oib⁹ gētibus p
noīe eius in qb⁹ estis ꝛ vos vocati iesu
2.Timo.1.a. xpi: oibus q sunt rome dilectis dei vo
catis sctis. Gr̄a vobis ꝛ pax a deo pře
ꝛ dn̄o nr̄o iesu xpo. Primum qdē grās
B ago deo meo p iesum xpm̄ p oibus vo-
bis: qz fides vr̄a annūciat in vniuerso
mūdo. Testis eñ mihi est deus cui ser-
uio in spū meo: in euāgelio filij ei⁹: qđ
sine intermissione memoriam vr̄i facio
semp in orationib⁹ meis: obsecrans si
quo mō tandē aliqñ psperū iter habeā
in volūtate dei veniēdi ad vos. Deside
ro eñ videre vos: vt aliqđ īpartiar vo
bis grē spiritalis ad cōfirmādos vos:
id est simul cōsolari in vobis p eā que
inuicē est fidē vr̄az atq; meā. Nolo aūt
vos ignorare fratres qz sepe ppsui ve
nire ad vos ꝛ phibitus sū vsq; adhuc
vt aliquē fructū habeā in vobis: sicut ꝛ
in ceteris gentib⁹. Grecis ac barbaris:
sapiētib⁹ ꝛ insipiētib⁹ debitor sū: ita
q in me promptum est ꝛ vobis qui rome
Abacuch. estis euāgelizare. Nō eñ erubesco euā-
2.a. geliū. Uirt⁹ ei dei est i salutē oī credē-
Hebr. 10.g ti: iudeo pmū ꝛ greco. Iustitia eñ dei i
C eo reuelat ex fide in fidē: sicut scriptū

est. Iustus aūt ex fide viuit. Reuelat ei
ira dei de celo sup oēm ipietatē ꝛ iniu
stitiā hoim eoꝝ q veritatē dei in iniu-
stitia detinēt: qz qđ notū est dei: mani-
festū est i illis. Deus eñ illis manifesta
uit ✝. Inuisibilia eñ ipsius a creatura Al's ✝ reue
mūdi p ea q facta sunt intellecta cōspi lauit.
ciunt: sempiterna qz eius virt⁹ ꝛ diui
nitas: ita vt sint inexcusabiles. Qz cū
cognouissēt deū: nō sicut deū glorifica- 1.Cor.1.b.
uerūt aut grās egerūt: sz euanuerūt in Ephe.4.d.
cogitatiōib⁹ suis: ꝛ obscuratū est insi-
piēs cor eoꝝ. Dicētes eñ se eē sapiētes
stulti facti sunt. Et mutauerūt gloriā
incorruptibilis dei in silitudinē ima-
ginis corruptibilis hoīs: ꝛ volucrū et
qdrupedū ꝛ serpētiū. Propter qđ tra-
didit illos de⁹ in desideria cordis eoꝝ
i imūdiciā: vt ɔtumelijs afficiāt corpo
ra sua i semetipsis. Qz ✝ cōmutauerūt Al's ✝ qui.
veritatē dei i mēdaciū: ꝛ coluerūt ꝛ ser
uierūt creature potius q creatori: q est
bn̄dictus i secula amē. Propterea tra-
didit illos de⁹ in passiōes ignominie. 1.9.a.
Nā femine eoꝝ imutauerunt naturalē D
vsum in eū vsum q est ɔ naturā. Silr 32.q.7.c.Ad
aūt ꝛ masculi relicto naturali vsu femi vsus.
ne exarserūt in desiderijs suis in inuicē
masculi in masculos turpitudinē ope
rātes: ꝛ mercedē quā oportuit erroris
sui in semetipsis recipiētes. Et ✝ sicut Al's ✝ quia
nō pbauerūt deū habere in noticia: tra
didit illos de⁹ i reprobū sensum: vt fa
ciāt ea q nō conueniūt: repletos oī iniq-
tate: malitia: fornicatiōe: auaritia: ne-
qtia: plenos inuidia: homicidijs: cōtē-
tiōe: dolo: malignitate: susurrones: de
tractores: deo odibiles: cōtumeliosos:
supbos: elatos: inuētores maloꝝ: parē-
tib⁹ nō obediētes: insipiētes: incōpo-
sitos: sine affectiōe: absq; federe: sine mi
sericordia. Qui cū iustitiā dei cogno-
uissent: nō itellexerūt: qm̄ q talia agūt:
digni sunt morte: nō solū q ea faciunt:
sed etiam qui cōsentiunt facientibus.
¶ C.S. Redarguit apostolus vitia iu
deoꝝ: dicēs eos i culpa gētilibus simi-
les: ꝛ quo ad aliqđ peiores. Capi. ij.

A



Ropter qđ inexcusabilis
es: o hō oīs q iudicas. In q 17.q.1.c.vl
eñ alterū iudicas: teipsū due.
cōdēnas. Eadē eñ agis q Mat. 7.a.
iudicas. Scim⁹ eñ qm̄ iudi 83.q.9.ca.
ciū dei est ſz veritatē i eos nihil.
q talia agunt. Existimas aūt hoc o hō
oīs q iudicas eos q talia agūt: ꝛ facis
ea: qz tu effugies iudiciū dei. An diui-

tias bonitatis eiꝰ ꝛ patiētie ꝛ lōgani-
mitatis ɔtēnis? Ignoras qm̄ benigni-
Als ✝ pa- tas dei ad penitētiā ✝ te adducit. Se-
tientiam. cundū aūt duritiā tuā ꝛ īpenitens cor
thesaurizas tibi irā in die ire ꝛ reuela-
tiōis iusti iudicij dei: q reddit vnicui-
q; ſm opera eiꝰ. His qdē q ſm patien-
Mat.16.d. tiā boni opis gloriā ꝛ honorē ꝛ icorru-
ptionē q̄rētibꝰ vitā eternā. His aūt q
Ephe.6.b. sunt ex ɔtētione: ꝛ q nō acq̄escūt veri-
Coll.3.d. tati: credūt aūt iniq̄tati: ira ꝛ idignatio:
Act.10.f. tribulatio ꝛ angustia in oēm aiaꝫ hoīs
Jaco.2.b. operātis malū: iudei pͥmū ꝛ greci. Glia
1.pe.1.c. autē ꝛ honor ꝛ pax oī operāti bonum:
Mat.7.c. iudeo pͥmū ꝛ greco. Nō em̄ est acceptio
Jaco.1.d. psonaꝝ apud deū. Quicūq; em̄ sine le-
E ge peccauerūt: sine lege peribūt. Et q̄cū-
De pe.dist. q; i lege peccauerūt: p legē iudicabunt.
4.cap. si ex Nō em̄ auditores legis iusti sunt apud
bono. deū: s; factores legis iustificabunt. Cū
19.q.2.ca. em̄ gētes q legē nō habēt: naturalr ea q
due sunt. legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō ha-
bētes: ipsi sibi sunt lex q ostēdūt opus
legis scriptum in cordibꝰ suis: testimo-
nium reddēte illis ɔsciētia ipsoꝝ: ꝛ in-
ter se inuicē cogitationū accusantium:
aut etiā defendētiū in die cū iudicabit
deꝰ occulta hoīm ſm euāgeliū meuꝫ p
iesum xp̄m. Si autē tu iudeꝰ cognomi-
naris ꝛ req̄escis in lege: ꝛ gloriaris in
deo: ꝛ nosti volūtatē eiꝰ: ꝛ pbas vtilio-
ra instructus p legē: cōfidis teipm̄ esse
ducē cecoꝝ: lumē eoꝝ q i tenebris sūt:
eruditorē insipiētiū: magistrū īfantiū:
habētē formā sciētie ꝛ veritatis i lege.
D Qui ergo aliū doces: ꝛ teipsū nō doces.
Eze.36.f. Qui predicas nō furādū: furaris. Qui
dicis nō mechādū: mecharis. Qui abo-
minaris idola: sacrilegiū facis. Qui i
lege gl'iaris: p p̄uaricationē legis deū
inhonoras. Nomē eni dei p vos blasphe-
mat inter gētes. Sicut scriptū ē. Cir-
cūcisio qdē pdest si legē obserues. Si
aūt p̄uaricator legis sis: circūcisio tua
pputiū facta ē. Si igit pputiū iusticias
legis custodiat: nōne pputiū illiꝰ i cir-
cuncisionē reputabit? Et iudicabit id
qđ ex natura ē pputiū legē cōsummās,
te: q p literā ꝛ circūcisionē p̄uaricator
legis es. Nō em̄ q in manifesto iudeus
est: neq; q in manifesto in carne est cir-
cuncisio: s; q in abscōdito iudeus est: ꝛ
circuncisio cordis in spiritu nō litera:
cuius laus nō ex hoībus: s; ex deo est.
¶ C.S. Ostēdit in quo iudei erāt gēti-
bus meliores: pbans tam gētiles q̄ iu-
deos indigere gratia christi. Capi.iij.

Quid ergo ampliꝰ iudeo ē: A
aut q vtilitas circūcisiōis?
Multū p oēm modū. Pri-
mū qdē: q2 credita sunt il-
lis eloquia dei. Quid em̄ si
qdā illoꝝ nō crediderūt?
Nunqd incredulitas illoꝝ fidē dei eua-
cuauit? Absit. Est autē deus verax: oīs
autē hō mēdax. Sicut scriptū est. Ut Joan.3.d.
iustificeris i sermonibꝰ tuis: ꝛ vincas et.8.c.
cū iudicaris. Si autē iniq̄tas nr̄a iu- ps.50.
stitiā dei cōmēdat: qd dicemꝰ? Nunqd
iniquus est deus qui infert irā? Scdm
hoīem dico. Absit. Alioqn quō iudica-
bit deꝰ hunc mundū? Si em̄ veritas dei
in meo mēdacio abūdauit in gloriam
ipsius: qd ꝛ adhuc ego tanq̄ peccator iu-
dicor. Et nō sicut blasphemamur: et si-
cut aiunt qdā nos dicere faciamꝰ mala B
vt veniāt bona. Quoꝝ dānatio iusta ē.
Quid ergo. Precellimꝰ eos. Nequaq̄.
Causati em̄ sumꝰ iudeos ꝛ grecos: oēs ps.13.ꝛ.52.
sub peccato esse. Sicut scriptū est. Quia
nō est iustus q̄sq̄: nō est intelligēs: non
est requirēs deum. Oēs declinauerūt
simul inutiles facti sunt: nō ē q faciat ps.5.ꝛ.13.
bonum: nō est vsq; ad vnū. Sepulchꝝ p-
patēs est guttur eoꝝ: linguis suis dolo- C
se agebāt: venenuꝫ aspidum sub labijs
eoꝝ. Quoꝝ os maledictione ꝛ amaritu-
dine plenum est: veloces pedes eoꝝ ad
effundēdum sanguinē. Cōtritio ꝛ infe-
licitas in vijs eoꝝ: ꝛ viā pacis non co-
gnouerunt: nō est timor dei an̄ oculos
eoꝝ. Scimꝰ autē qm̄ q̄cūq; lex loquit Gal.2.d.
his q in lege sunt loquit. Ut oē os ob-
struat: ꝛ subditus fiat oīs mūdus deo:
q2 ex operibꝰ legis nō iustificabit oīs
caro corā illo. Per legē eni cognitio pec-
cati. Nunc aūt sine lege iusticia dei ma-
nifestata ē: testificata a lege ꝛ pphetis.
Justicia autē dei p fidē iesu xp̄i: in oēs
et super oēs qui credunt in eum. Nō eni
est distinctio. Omnes em̄ peccauerunt ꝛ D
egent gloria dei. Justificati gratis per
gratiā ipsius: per redēptionem que est
in christo iesu: quē pposuit deus ppi-
tiatorem per fidē in sanguine ipsiꝰ: ad
ostēsionem iusticie sue pp̄ter remissio-
nem precedentium delictoꝝ in sustēta-
tione dei: ad ostensionē iusticie eius in
hoc tēpore: vt sit ipse iustus ꝛ iustificās
eum q ex fide est iesu xp̄i. Ubi est ergo
gloriatio tua? Exclusa est. Per quā le-
gem? Factoꝝ? Nō. Sed per legē fidei.
Arbitramur em̄ iustificari hominē per
fidem sine operibus legis. An iudeoꝝ

deus tātum? Nōne ꝛ gētium. Immo et gētium. Quō q̄dem vnus est deus q̄ iustificat circuncisionē ex fide ꝛ ꝓputiū per fidem. Legē ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. D

¶ C.S. Declarat apl's p exēplū abrae fidē requiri ad salutem: ꝛ legē veterem ad salutem non sufficere. Capi. iiij.

B Quid ergo dicem⁹ inuenisse abraā patrem nr̄m ſm carnē? Si em̄ abraā ex opib⁹ legis iustificat⁹ ē habet gloriam: sed non apud deum. Quid em̄ dicit scriptura?

Gen. 15. b. Credidit abraā deo: et reputatum est

Gal. 3. a. illi ad iustitiā. Ei autē q̄ operat̃ merces nō imputat̃ ſm gratiā: sed ſm debi-

Jaco. 2. g. tum. Ei vero q̄ nō operatur: credēti aūt in eū qui iustificat impiū reputatur fides eius ad iustitiā: ſm ꝓpositum grē dei: sicut et dauid dicit: beatitudinem hoīs cui deus accepto fert iustitiā sine

Ps. 31. operib⁹. Beati quoꝝ remisse sunt iniqtates: ꝛ quoꝝ tecta sunt pctā. Beatus vir cui non imputauit dn̄s peccatum.

B Beatitudo ergo hec in circuncisiōe tm̄ manet: an etiam in preputio? Dicimus em̄: q2 reputata est fides abrae ad iustitiā. Quō ergo reputata est? In circūcisione: an in preputio? Non in circuncisione: sed in preputio. Et signū accepit circūcisionis signaculū iustitie fidei q̄ est in preputio: vt sit pater oīm credētiū p preputiū: vt reputet̃ ꝛ illis ad iustitiam. Ut sit pater circūcisionis non his tm̄ qui sunt ex circuncisione: sed et his q̄ sectant̃ vestigia fidei q̄ est in preputio pr̄is nr̄i abrae. Nō em̄ p legē ꝓ-

C missio abrae aut semini eius: vt heres esset mundi: sȝ p iustitiā fidei. Si enī qui ex lege heredes sunt: exinanita ē fides: abolita est ꝓmissio. Lex enim irā operatur. Ubi enim nō est lex: nec ꝑuaricatio. Ideo ex fide vt sc̄dm gratiā firma sit ꝓmissio omni semini. Nō ei qui ex lege est solum: sed ꝛ ei qui ex fide est abrae: qui pater est oīm nr̄m: sicut scri-

Gen. 17. a. ptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deū cui credidisti: qui viuificat mortuos: ꝛ vocat ea q̄ nō sunt tanq̄ ea que sunt. Qui ↄtra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gētium: ſm qđ dictum est ei. Sic erit semē tuum sicut stelle celi ꝛ arena maris. Et nō est infirmatus in fide: nec cōsiderauit corpus suū emortuum: cū

Gen. 12. b. iam fere cētū esset annoꝝ: ꝛ emortuam vuluā sare. In repromissione etiā dei non hesitauit diffidētia: sed confortatus est fide: dans gloriā deo plenissime sciēs: q2 quecunq3 ꝓmisit deus potens est ꝛ facere. Ideo ꝛ reputatū est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tm̄ ꝓpter ipsum: q2 reputatum est illi ad iustitiam: sed ꝛ ꝓpter nos quibus reputabitur credētibus i eū qui suscitauit iesum xp̄m dn̄m nr̄m a mortuis: q̄ traditus est ꝓpter delicta nr̄a: et resurrexit propter iustificationem nostram.

¶ C.S. Apostolus ostendit virtutem fidei in credentium iustificatione: quoniam regnauit mors ab adam vsq3 ad christum. Cap. v.

B Iustificati ergo ex fide pacē habeamus ad deum p dn̄m nostrū iesum xp̄m: per quē habemus accessum per fidem in gratiā istam in qua stamus: ꝛ gloriamur in spe glorie filiorum dei. Non solum autem: sed etiā gloriamur in tribulatiōibus: sciētes qđ tribulatio patiētiam operatur: patiētia autem probationem: probatio vero spem. Spes autē nō cōfundit: q2 charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Ut quid enim xp̄s cū adhuc infirmi essemus ſm tp̄s: p impijs Jaco. 1. a. mortuus est. Uix enim p iusto quis moritur: nam p bono forsitan qs audeat mori. Commendat autē charitatē suam B deus in nobis: qm̄ si cū adhuc peccatores essemus ſm tp̄s: christus pro nobis Hebr. 9. d. mortuus est: multo igitur magis nunc 1. pe. 3. d. iustificati in sanguine ipsi⁹ salui erim⁹ ab ira p ip̄m. Si enim cū inimici essemus recōciliati sumus deo p mortem filij eius: multomagis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum aūt: sed ꝛ gl'iamur in deo p dn̄m nr̄m iesum xp̄m: per quē nunc recōciliationem accepimus. Propterea sicut p vnum hominē pctm̄ in hunc mundū intrauit: et De cōse. di. per peccatum mors: ꝛ ita in oēs hoīes 4. c. querit. mors ꝑtrāsijt: in quo oēs peccauerūt. in fi. et ca. Usq3 ad legē em̄ peccatum erat in mūdo. placuit. Peccatū aūt nō imputabatur: cum C lex nō esset: sed regnauit mors ab adā vsq3 ad moysē: etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinē ꝑuaricationis ade: q̄ est forma futuri. Sȝ non sicut delictū: ita ꝛ donū. Si ei vni⁹ delicto multi mortui sunt: multomagis gr̄a dei et donū in gr̄a vnius hoīs iesu

Si enim peccatores essemus, xps pro nobis mortuus e, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipm.

xpi in plures abundauit. Et nõ sicut p vnũ pctm̃: ita ⁊ donũ. Nã iudiciũ q̃dẽ ex vno i cõdẽnationẽ: gr̃a aũt ex multis delictis i iustificationẽ. Si eñ i vni⁹ delicto mors regnauit p vnũ: multomagis abũdãtiã gratie ⁊ donationis ⁊ iustitie accipiẽtes in vita regnabũt p vnũ iesũ xp̃m. Igit̃ sicut p vnius delictũ in oẽs hoĩes i cõdẽnationẽ: sic ⁊ p vni⁹ iustitiã i oẽs hoĩes i iustificationẽ vite. Sicut eñ p inobediẽtiã vni⁹ hoĩs pctõres cõstituti sunt multi: ita ⁊ p vni⁹ obediẽtiã iusti cõstituent̃ multi. Lex aũt subintrauit vt abũdaret delictũ. Ubi autem abũdauit delictum: superabũdauit et gr̃a. Ut sicut regnauit peccatũ in morte: ita ⁊ gr̃a regnet p iustitiã in vitam eternã p iesum xp̃m dominũ nostrum.

¶ C. S. Declarat ap̃ls i pctis nõ eẽ manẽdũ: ⁊ q̃ sit virtuose operãdũ. Ca. vi.



tis in omnem simplicitatem: que ope-
ratur per nos gratiarum actionē deo.
Quoniam ministeriū huius officij nō D
solum supplet ea q̄ desunt sanctis: sed
etiā abūdat p multas gratiarū actio-
nes ī dn̄o: p pbationē ministerij hui⁹:
glorificātes deū in oī obedietia cōfes-
siōis vestre: in euāgelio xp̄i: ⁊ simplici
tate cōmunicationis vestre in illos et
in oēs: ⁊ in ipsorum obsecratiōe p vo-
bis desiderantiū vos propter eminētē
gratiaꝫ dei in vobis. Gratias ago deo
super inenarrabili dono eius.

¶ Ca.S. Excusat se apostolus de sibi false impositis per facti euidētiam: ac per rationē ⁊ exempla. Capitulum.x.



Ipse autē ego paulus ob- A
secro vos per mansuetudi
nem et modestiaꝫ christi: q̄
in facie quidē humilis suꝫ
inter vos: absens autē cōfi
do in vobis. Rogo autem
vos ne presens audeam per eam confi-
dētiā qua existimor audere in quosdā
qui arbitrantur nos tanq̄ sm̄ carnem B
ambulemus. In carne em̄ ambulantes:
non tamen sm̄ carnem militamus. Nā
arma militie nostre non carnalia sunt:
sed potentia deo: ad destructionē mu-
nitionum consilia destruentes: et om-
nem altitudinem extollētem se aduer-
sus scientiam dei: ⁊ in captiuitatem re
digentes omnem intellectum in obse-
quiū christi: ⁊ in promptu habētes vici
sci omnem inobedientiam: cum imple
ta fuerit vestra obedientia. Que sm̄ fa 24.q.3.ca.
ciē sunt videte. Si quis confidit chri- de excōica-
sti se esse: hoc cogitet iterū apud se: q: tione.
sicut et ipse xp̄i est: ita et nos. Nam ⁊ si 5.q.6.ca.
amplius aliqd gloriatus fuero de po- cismatici.
testate nostra quaꝫ dedit nobis dn̄s in
edificationem: ⁊ nō in destructionem C
vestram: non erubescā. Ut aūt nō existi
mer tāq̄ terrere vos per epistolas: qm̄
quidē epistole inquiunt graues sunt ⁊
fortes. Presentia autem corporis infir
ma ⁊ sermo contemptibilis: hoc cogitet q̄
eiusmodi est: q: quales sumus verbo p
epistolas absentes: tales et psentes i
facto. Nō enim audemus inserere aut
comparare nos quibusdā qui seipsos
commendāt: sed ipsi in nobis nosmet-
ipsos metiētes: et comparantes nos-
metipsos nobis. Nos aūt nō in immē- D
sum gloriabimur: sꝫ sm̄ mensurā regu Ephe.4.a.
le qua mēsus est nobis deus mēsuram Apoc.21.c.

Qui parce seminat, parce et metet.

Hilarem datorem diligit deus.

Gloriatio Pauli

pertingēdi vsq ad vos. Non em̄ quasi nō pertingētes ad vos superextēdimus nos. Usq ad vos em̄ puenimus in euāgelio xp̄i: nō in immēsum gloriātes in alienis laboribꝰ. Spē aūt habētes crescētis fidei vr̄e: i vobis magnificari ꝯm regulā nostrā in abūdātia: etiā i illa q̄ vltra vos sunt euāgelizare: nō in aliena regula in his q̄ preparata sunt glo
1. Cor. 1. d. riari. Qui aūt gloriatur: in dn̄o glorie
Hiere. 9. g. tur. Nō em̄ q̄ seipsum commendat ille
pbatus est: sed quē deus cōmendat.

¶ C.S. Apl's suā ponit cōmēdationē pmittēdo rōnē cōmēdationis ex suis operibus ac malis perpessis. Cap. xi.



A Tinam sustineretis modicum quid insipientie mee: sed t supportate me. Emulor enim vos dei emulatio
Dis. 97. c. i. ne. Despondi em̄ vos vni vi
27. q. i. c. nu ro: virginē castā exhibere
ptiarum. xp̄o. Timeo aūt ne sicut serpēs euā se
Gene. 3. a. duxit astutia sua: ita corrumpant sensus vestri: t excidāt a simplicitate q̄ est in xp̄o Jesu. Nam si is qui venit alium christum predicat quem non predicauimus: aut alium spiritū accipitis quē non accepistis: aut aliud euangeliū qd̄ nō recepistis: recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nā t si imperitus sum sermone: sed nō scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatū feci meipsum humilians vt vos exaltemini? Qm̄ gratis euangeliū dei euangelizaui vobis: alias ecclesias expoliaui accipiens stipēdium ad ministeriū vestrum. Et cū essem apud vos t egerē: nulli onerosus fui. Nā qd̄ mihi deerat suppleuerūt fratres q̄ venerūt de macedonia: et in omnibꝰ sine
C onere me vobis seruaui t seruabo. Est veritas xp̄i in me: qm̄ hec gloriatio nō infringet in me in regionibus achaie. Quare? Qr non diligo vos? Deus scit. Quod aūt facio t faciā: vt amputē occasionē eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriant: tales inueniant sicut et
26. q. 5. ca. nos. Nam eiusmodi pseudo apl'i sunt
chi. t capl. operarij subdoli: transfigurantes se in
nec miruz. aplos xp̄i. Et nō mirum: ipse enim sa
De reg. c. iz. thanas transfigurat se in angelum lu
ne cleri. vel cis. Non ergo est magnum si ministri
mona. c. 3. eius transfigurentur velut ministri iu
D stitie: quorum finis erit ꝯm opera ipsorum. Iterum dico: ne quis putet me insipiētem esse. Alioquin velut insipientem accipite me: vt et ego modicū q̄d glorier. Quod loquor non loquor ꝯm deū: sed quasi in insipientia in hac substantia glorie: qm̄ multi gloriantur ꝯm carnem: et ego gloriabor. Libenter em̄ suffertis insipientes: cum sitis ipsi sa
pientes. Sustinetis enim si quis vos E
in seruitutem redigit: si quis deuorat: si quis accipit: si quis extollitur: si q̄s in faciem vos cedit. Secundū ignobilitatē dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: in insipiētia dico: audeo t ego. Hebrei sunt: t ego. Israelite sūt: t ego. Semē abrahe
sunt: t ego. Ministri christi sūt: t ego. 1. Cor. 4. a
Ut minus sapiēs dico: plus ego. In la 1. Tim. 3. a.
boribus plurimis: in carceribus abun & 6. a.
dantius: in plagis supra modū: in mor 1. q. 3. c. sal
tibus frequenter. A iudeis quinquies uator.
quadragenas vna minꝰ accepi. Ter vir F
gis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci: nocte et die in pfundo maris fui: In itineribus sepe: periculis fluminum: periculis latronū: periculis ex genere: periculis ex gentibꝰ: periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis in mari: periculis in
falsis fratribus: In labore et erumna: 1. Thes. 3. b.
in vigilijs multis: in fame et siti: in ie Deut. 28. b.
iunijs multis. In frigore et nuditate: preter illa q̄ intrinsecus sunt: instātia mea quotidiana sollicitudo omnium
ecclesiarū. Quis infirmatur: t ego non G
infirmor? Quis scādalizatur: t ego nō
vror? Si gloriari oportet: q̄ infirmita 2. q. 7. c. ple
tis mee sunt gloriabor. Deꝰ t pater do runq.
mini nostri Jesu christi scit: q̄ est bene 24. q. i. c. q̄
dictus in secula: quod nō mentior. Da dignior.
masci prepositus gētis arethe regis cu Actu. 9. c.
stodiebat ciuitatem damascenorū: vt me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius.

¶ C.S. Recōmēdat se apl's et diuinis reuelatiōibꝰ: t ponit ibi remediū ꝯ periculū supbie: t seipm excusat ponens bñficia corinthijs impensa. Cap. xij.

A S I gl'iari oportet: non expedit q̄dē. Ueniam aūt ad visiones t reuelationes dn̄i.
Scio hominē in xp̄o ante 26. q. 5. ca.
annos quatuordecim: sine episcopi.
in corpore: sine extra corpus nescio: deus scit: raptum huiuscemodi vsq ad tertiū celū. Et scio huiuscemodi hominē siue in corpore: siue extra corpus nescio: deus scit: qm̄ raptus est in

Sathanas transfigurat se in Angelum lucis. | Visiones Pauli.
Demones transfigurant se in ministros et predicatores iustitie.

paradisum: et audiuit arcana verba que
B non licet homini loqui. Pro huiusmodi
gloriabor: pro me autem nihil: nisi in
infirmitatibus meis. Nam et si voluero
gloriari non ero insipiens: veritatem enim di-
De cõse. di. 2. c. et secũ. 23. q. 5. ca. si paulus. cam. Parco autem ne quis me existimet su-
pra id quod videt in me: aut audit ali-
quid ex me. Et ne magnitudo reuela-
tionum extollat me: datus est mihi stimu-
lus carnis mee angelus sathane qui me
Deut. 3. b. 5. q. 5. cap. cũ omnis. colaphizet. Propter quod ter domi-
num rogaui vt discederet a me. Et dixit
mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam vir-
tus in infirmitate perficitur. Libenter
igitur gloriabor in infirmitatibus meis:
vt inhabitet in me virtus christi. Pro-
pter quod placeo mihi in infirmitatibus
meis: in contumelijs: in necessitatibus:
in persecutionibus: in angustijs pro christo.
D Cum enim infirmor: tunc potens sum.
De renunc. cap. nisi. 5. alia. Factus sum insipiens vos me coegistis.
Ego enim a vobis debui commendari.
Nihil enim minus feci ab his qui sunt
supra modum apostoli. Tametsi nihil
sum: signa tamen apostolatus mei facta
sunt super vos in omni patientia: in si-
gnis et prodigijs et virtutibus. Quid est
enim quod minus habuistis pre ceteris ec-
clesijs: nisi quod ego ipse non grauaui vos?
E Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio
De cẽsi. ca. cũ aplis. hoc paratus sum venire ad vos: et non
ero grauis vobis. Non enim quero que
vestra sunt: sed vos. Nec enim debent fi-
lij parentibus thesaurizare: sed parentes
filijs. Ego autem libentissime impendam:
et superimpendar egoipse pro animabus
vestris: licet plus vos diligens minus di-
F ligar. Sed esto. Ego vos non grauaui: sed
cum essem astutus dolo vos cepi. Nun-
quid per aliquem eorum quos misi ad vos
circumueni vos? Rogaui titum: et misi
cum illo fratrem. Nunquid titus vos circum-
uenit? Nonne eodem spiritu ambulaui-
mus? Nonne eisdem vestigijs? Olim pu-
11. q. 3. cap. successor: et in fine. tatis quod excusemus nos apud vos. Co-
ram deo in christo loquimur. Omnia
autem charissimi propter edificationem ve-
G stram. Timeo enim ne forte cum venero:
Gal. 5. d. non quales volo inueniam vos: et ego in-
ueniar a vobis qualem non vultis: ne
forte contentiones: emulationes: ani-
mositates: dissensiones: detractiones:
susurrationes: inflationes: seditiones:
sint inter vos. Ne iterum cum venero
humiliet me deus apud vos: et lugeam
multos ex his qui ante peccauerunt et
non egerunt penitentiam super immun-
dicia et fornicatione: et impudicitia
quam gesserunt.

¶ C. S. Uituperat apostolus adheren-
tes prophetis falsis: commendando per-
sistentes in vera doctrina: et finaliter
ponitur salutatio.

Capitulum. xiij.

Ecce tertio hoc venio ad A
vos: vt in ore duorum vel trium Deut. 17. b.
testium stabit omne verbum. mat. 18. b.
Predixi enim et predico: vt pre- Joã. 8. c.
sens vobis: et nunc absens Hebr. 10. d.
his qui ante peccauerunt et ce-
teris omnibus: quoniam si venero iterum non par-
cam. An experimentum queritis eius qui in
me loquitur christus? Qui in vobis non
infirmatur: sed potens est in vobis. Nam 2. q. 4. in pri.
et si crucifixus est ex infirmitate: sed vi- 7. c. placet.
uit ex virtute dei. Nam et nos infirmi su- 28. q. 1. c. sic
mus in illo: sed viuemus cum eo ex vir- enim.
tute dei in vobis. Uosmetipsos tentate B
si estis in fide: ipsi vos probate. An non
cognoscitis vosmetipsos: quia christus ie-
sus in vobis est? Nisi forte reprobi estis.
Spero autem quod cognoscitis: quia nos
non sumus reprobi. Oramus autem deum
vt nihil mali faciatis: non vt nos pro-
bati pareamus: sed vt vos quod bonum
est faciatis. Nos autem vt reprobi si- C
mus. Non possumus enim aliquid ad-
uersus veritatem: sed pro veritate. Gau-
demus enim quoniam nos infirmi su-
mus: vos autem potentes estis. Hoc et
oramus vestram consummationem. Ideo
enim hec absens scribo: vt non presens
durius agam secundum potestatem quam do-
minus dedit mihi in edificationem: et
non in destructionem. De cetero autem
fratres gaudete: perfecti estote: exhor-
tamini: idipsum sapite. Pacem habete: D
et deus pacis et dilectionis erit vobis-
cum. Salutate inuicem in osculo san-
cto. Salutant vos omnes sancti. Gra-
tia domini nostri iesu christi: et charitas
dei: et communicatio sancti spiritus sit
cum omnibus vobis. Amen.

¶ Explicit epistola pauli
ad corinthios secunda.

¶ Argumentum in epistolam
ad galathas incipit.

Galathe sunt greci. Hi verbum ve-
ritatis primum ab apostolo acce-
perunt. Sed post discessum eius: tentati

Non debent filij parentibus, sed parentes
filijs thesaurizare,

sunt a falsis apostolis: vt in legẽ & circũcisionẽ verterent. Hos apl's reuocat ad fidẽ veritatis: scribẽs eis ab epheso.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epla Pauli ad galathas incipit.

¶ Ca. I. Redarguit apl's galathas de veloci trãslatione ab euangelio xpi: qđ tamẽ apostolus nõ ab homine accepit: nec ante suam conuersionem: nec post: sed a christo. Capitulum. j.

A Aulus apostol9 nõ ab hominib9: neq; per hominẽ: sed per Jesum xpm, & deũ patrẽ: q suscitauit eũ a mortuis: & qui mecũ sunt omnes fratres ecclesijs galathie. Gratia vobis & pax a deo patre nr̃o et dñõ iesu xpo: q dedit semetipsuz pro pctis nr̃is: vt eriperet nos de p̃senti seculo nequã: sm voluntatẽ dei et patris nr̃i: cui est gloria in secula seculorũ amen. Miror q sic tã cito trãsferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã xpi in aliud euãgelium: quod nõ est aliud: nisi sunt aliqui qui vos conturbant: & volũt cõ-

B uertere euãgeliũ christi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis: preterq qđ euãgelizauim9 vobis anathema sit sicut predixirimus: & nunc ite-


1. Cor. 5. a. rum dico. Si quis vobis euangelizauerit pter id quod accepistis: anathema sit. Modo eñ hoibus suadeo: an deo?

Distin. 47. c. si. An quero hoib9 placere: Si adhuc hominib9 placerem: christi seruus nõ essem. Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me: quia nõ est sm hominẽ. Neq; enim ego ab hoie accepi illud: neq; didici: sz

C per reuelationẽ iesu xpi. Audistis eñ conuersationem meam aliquãdo in iudaismo: qm supra moduz persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam: et proficiebaz in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existẽs paternarum mearum traditionum. Cum autẽ placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: & vocauit per gratiam suam: vt reuelaret filium suũ in me: vt euangelizarem illum in gentibus: cõtinuo

D nõ acquieui carni & sanguini. Neq; veni hierosolymã ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiam: et iterum reuersus sum damascum. Deinde post annos tres veni hierosolymam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Aliũ autẽ apostolorũ vidi neminẽ: nisi Jacobuz fratrem dñi. Que aũt scribo vobis: ecce corã deo: q nõ mẽtior. Deinde veni in partes syrie & cilicie. Eram aũt ignotus facie ecclesijs iudee, q erant in xpo. Tantũ autẽ auditũ habebant: qm qui persequebat nos aliquando: nunc euãgelizat fidem quam aliquando expugnabat: et in me clarificabant + deum. Al's + glorificabant.

¶ C. II. Ostẽdit apl's circuncisionẽ nõ esse necessariã ex approbatione & autoritate aliorũ apostolorũ: & restitit apostolus petro qui videbatur aliqualiter circuncisionem palliare: concludẽs legalia nõ esse seruanda. Capitulũ. ij.

Einde post ãnos qtuordecim iterũ ascẽdi hierosolymã cuz barnaba: assumpto et tito. Ascẽdi autẽ sm reuelationẽ: et cõtuli cũ illis euangeliũ qđ pdico in gentibus. Seorsum autẽ his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuũ currerem aut cucurrissem. Sed neq; titus q mecum erat: cum esset gẽtilis compulsus esse circũcidi: sed propter subintroductos falsos fratres: qui subintroierãt explorare libertatem nostram quã habem9 in christo Jesu: vt nos in seruitutem redigerẽt: quib9 neq; + ad horam cessimus subiectioni: vt veritas euãgelij permaneat apud vos. Ab his autem qui videbantur esse aliquid: quales aliquãdo fuerint: nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi autẽ qui videbantur esse aliqd nihil contulerunt: sed econtra. Cum vidissent q creditum est: mihi euãgeliuz preputij sicut et petro circuncisionis. Qui eñ operatus est petro in apostolatum circuncisionis: operatus est mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam que data est mihi: Jacob9 & cephas, et Joannes qui videbantur columne esse: dexteras dederũt mihi, & barnabe societatis: vt nos in gentes: ipsi aũt in circuncisionem: tantum vt pauperũ memores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Cum autem venisset cephas antiochiam: in faciem ei restiti: q reprehẽsibilis erat. Prius enim q venirent quidam a iacobo: cuz gẽtibus edebat. Cum autem venissent

B (right margin, beside "cim iterũ ascẽdi")
al's + nõ habet neq;.
D
Rom. 2. b. Ephe. 6. b. Col. 3. d. Actu. 10. f. Jaco. 2. d.
E
Dis. 81. qui contenta.

subtrahebat/ et segregabat se timens
eos qui ex circumcisione erant: et simu-
lationi eius consenserunt ceteri iudei: ita
vt barnabas duceret ab eis in illam si-
mulationē. Sed cū vidissem q non re-
cte ambularent ad veritatem euangelii:
dixi cephe corā omnib⁹. Si tu cum iu-
deus sis gentiliter viuis et nō iudaice:
quomodo gētes cogis iudaizare? Nos
natura iudei: et nō ex gētibus peccātores.
D Scientes autem q nō iustificatur ho-
mo ex operibus legis: nisi per fidem ie-
su christi: et nos in christo iesu credim⁹:
vt iustificemur ex fide christi: et non ex
operibus legis. Propter quod ex ope-
rib⁹ legis non iustificabit omnis caro.
Roma.3.c. Quod si q̄rentes iustificari in christo: inuē-
ti sumus et ipsi peccatores: nunquid chri-
stus peccati minister est? Absit. Si enī
que destruxi iterū hec redifico: preua-
ricatorem me esse constituo. Ego enī per
legem: legi mortuus sum vt deo viuā.
Christo confixus sum cruci. Viuo autē
iam non ego: viuit vero in me christus.
Quod autem nunc viuo in carne: in fi-
de viuo filii dei: qui dilexit me: et tradi-
dit seipsum pro me. Nō abiicio gratiā
dei. Si enim per legem iustitia: ergo
gratis christus mortuus est.

¶ C.S. Increpantur galathe: ac osten-
dens apostolus imperfectionem legis
mosayce: dicit iustitiam esse ex fide an-
nectendo legis vtilitatē. Capl'm.iii.

B 
Insensati galathe, quis vos
fascinauit non obedire ve-
F.3.b. ritati? Ante quorū oculos
xp̄s iesus proscriptus est: et
in vobis crucifixus. Hoc so-
lū a vobis volo discere. Ex
operib⁹ legis spm̄ accepistis: an ex au-
ditu fidei? Sic stulti estis: vt cū spū ce-
peritis: nūc carne consummamini? Tāta
Geñ.15.b. passi estis sine causa: si tamen sine cau-
Rom.4.a. sa. Qui ergo tribuit vobis spm̄: et ope-
Iaco.2.d. ratur virtutes in vobis ex operibus le-
Geñ.22.d. gis: an ex auditu fidei: sicut scriptū est.
B Abraam credidit deo: et reputatum est
illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia
q ex fide sunt: hi sunt filii abrae. Pro-
uidēs autem scriptura: quia ex fide iu-
stificat gentes deus: prenunciauit abrae:
Deut.27.b quia benedicentur in te omnes gētes.
Igitur qui ex fide sunt benedicētur cū
fideli abraam. Quicunque enī ex opibus
legis sunt: sub maledicto sunt. Scri-
ptum est enim. Maledictus omnis q
nō permanserit in omnibus q scripta
sunt in libro legis: vt faciat ea. Quo-
niam autem in lege nemo iustificatur
apud deum manifestum est: quia iustus
ex fide viuit. Lex autem non est ex fide: Abacuch.
sed qui fecerit ea viuet in illis. Xp̄s nos 2.a.
redemit de maledicto legis: factus pro Rom.10.b.
nobis maledictum: q2 scriptū est. Ma- Heb.10.b.
ledictus oīs q pēdet in ligno: vt in gen- Deut.21.d.
tibus benedictio abrae fieret in chri-
sto iesu: vt pollicitationem spiritus ac-
cipiamus per fidem. Fratres sm̄ homi- Hebr.9.c.
nem dico: tamen hominis confirmatū
testamentum nemo spernit aut super-
ordinat. Abrae dicte sunt promissiōes
et semini eius. Non dicit: et seminib⁹:
quasi in multis: sed quasi in vno et se-
mini tuo, qui est christus. Hoc autem di- E
co testamentum confirmatum a deo: q
post quadringentos, et triginta annos
facta est lex: non irritum facit ad eua-
cuandam promissionem. Nam si ex le-
ge hereditas: iam non ex promissione.
Abrae autem per repromissionem do-
nauit deus. Quid igitur lex? Propter De pe.di.3.
transgressionem posita est: donec veni- c.totam.
ret semē cui promiserat: ordinata per
angelos in manu mediatoris. Media-
tor autem vnius non est: deus autem
vnus est. Lex ergo aduersus promissa
dei? Absit. Si enim data esset lex, que
posset viuificare: vere ex lege esset iusti-
tia. Sed cōclusit scriptura omnia sub D
peccato: vt promissio ex fide iesu christi
daretur credentibus. Prius autem q
veniret fides: sub lege custodiebamur
cōclusi in eā fidem que reuelāda erat.
Itaque lex pedagogus noster fuit in xp̄o: Rom.6.a.
vt ex fide iustificemur. At vbi venit fi-
des: iā non sumus sub pedagogo. Om-
nes enim filii dei estis per fidē, que est
in christo iesu. Quicūque enim in xp̄o ie- 29.q.2.in
su baptizati estis: xp̄m induistis. Non princi.
est iudeus, neque grecus: non est seruus De consu.
neque liber: non est masculus, neque femi- cruo.c.i.
na. Omnes enim vos vnum estis in xp̄o
iesu. Si autē vos xp̄i: ergo semē abrae
estis: sm̄ promissionem heredes.

¶ Ca.S. Ostendit apostolus cessatio-
nem legalium per duas similitudines:
interposita galatharū ingratitudine.
Capitulum.iiii.


Ico autē. Quāto tēpore he- B
res paruulus est: nihil dif-
fert a seruo: cū sit dn̄s oīm:
sed sub tutorib⁹ et actorib⁹
est vsque ad prefinitum tem 24.q.3.c.
pus a patre. Ita et nos cū essemus par- quodam.

ps factus ex muliere sub lege

uuli: sub elementis mundi eramus ser
uientes. At vbi venit plenitudo tem-
poris: misit deus filium suum factum
ex muliere: factum sub lege: vt eos qui
sub lege erāt redimeret: vt adoptionē
Mar.14.d. filiorum reciperemus. Qm̄ aūt estis fi-
Rom.8.c. lij dei: misit deus spiritū filij sui i cor-
Bls. + nfa. da + vestra clamātē: abba pater. Itaq3
iam non est seruus: sed filius. Quod si
filius: τ heres per deum sed tunc qui-
dem ignorantes deum: his qui natura
B nō sunt dijs seruiebatis. Nūc aūt cū co-
gnoueritis deum: immo cogniti sitis
a deo: quomodo cōuertimini iterū ad
infirma et egena elementa: quibus de-
nuo seruire vultis? Dies obseruatis et
menses: τ tempora τ annos. Timeo ne
forte sine causa laborauerim in vobis.
Estote sicut ego: quia et ego sicut vos.
Fratres obsecro vos: nihil me lesistis.
Scitis autem quia per infirmitatem
carnis euāgelizaui vobis iampridē: et
tētationē vestrā in carne mea nō spre-
uistis: neq3 respuistis: sed sicut angelū
dei excepistis me sicut christum iesum.
C Ubi ergo beatitudo vestra? Testimo-
nium em̄ perhibeo vobis: quia si fieri
potuisset oculos vestros eruissetis: τ de-
dissetis mihi. Ergo inimicus vobis fa-
ctus sum: verum dicens vobis. Emulā-
tur vos non bene: sed excludere vos vo-
lunt vt illos emulemini. Bonū autem
emulamini in bono semper: et nō tan-
tum cū presens sum apud vos. Filioli
mei quos iterū parturio: donec forme-
tur christus in vobis. Uellē autem esse
apud vos modo: τ mutare vocē meam:
qm̄ cōfundor in vobis. Dicite mihi qui
sub lege vultis esse: Legem nō legistis.
Gen.21.a. Scriptū est em̄ qm̄ abraā duos filios
habuit: vnū de ancilla: τ vnū de libera.
Sed qui de ancilla: ſm carnē natus ē:
qui aūt de libera: per repromissionē.
Que sunt per allegoriā dicta. Hec em̄
sunt duo testamenta: vnū q̄dē in mōte
sina: in seruitutem generās: q̄ est agar.
Sina em̄ mōs est in arabia q̄ cōiūctus
est ei: que nunc est hierl'm: τ seruit cum
Mat.3.c. filijs suis. Illa aūt q̄ sursum est hierl'm
Esa.54.a. libera ē: q̄ est mater nostra. Sicut scri-
Luce.15.d. ptū est. Letare sterilis q̄ nō paris: erū-
23.q.4.c. pe τ clama que nō parturis: q2 multi
q̄ ſm carnē. filij deserte magis q̄ ei' que habet vi-
rum. Nos autē fratres ſm isaac pmis-
Rom.9.b. sionis filij sumus. Sed quomodo tūc
Gen.21.a. is qui ſm carnē natus fuerat perseque-
batur eū qui ſm spiritum: ita et nunc.

Sed quid dicit scriptura? Ejice ancil- 22.q.2.c.
lam et filiū eius. Non enim heres erit nō ois. τ.c.
filius ancille cum filio libere. Itaq3 fra- recurrat.
tres non sumus ancille filij: sed libere.
Qua libertate nos christus liberauit.

¶ C.V. Inducūtur galathe legalia nō
obseruare propter euasionem malorū:
deinde ex consecutione bonorū: et di-
stinguūtur opera carnis τ spiritus.

Capitulum. v.

State: τ nolite iterum iugo A
seruitutis contineri. Ecce Actu.15.a.
ego paulus dico vobis: qm̄
si circūcidamini: xp̄us vo-
bis nihil proderit. Testi-
cor aūt rursus omni homi-
ni circūcidēti se: qm̄ debitor est vniuer-
se legis faciende. Euacuati estis a xp̄o:
qui in lege iustificamini: a gratia exci- J.8.b.
distis. Nos enim spiritu ex fide spē iu- B
stitie expectamus. Nam in christo iesu
neq3 circuncisio aliquid valet: neq3 pre-
putiū: sed fides que per charitatē ope-
ratur. Currebatis bene. Quis vos im-
pediuit veritati non obedire? Nemini
consenseritis. Persuasio hec non est ex G.3.a.
eo q̄ vocat vos. Modicum fermētum 1.Cor.5.b.
totā massam corrumpit. Ego confido
in vobis i domino: q̄ nil aliud sapietis.
Qui autē cōturbat vos: portabit iudi-
cium quicūq3 est ille. Ego aūt fratres
si circuncisionem adhuc predico: quid
adhuc persecutionē patior? Ergo eua-
cuatum est scandalum crucis. Utinam
abscindātur qui vos cōturbāt. Uos em̄
in libertatē vocati estis fratres: tātum
ne libertatē in occasionē detis carnis:
sed per charitatē spiritus seruite inui-
cem. Omnis em̄ lex in vno sermone im- C
pletur. Diliges proximum tuum sicut te
ipm̄. Qd si inuicē mordetis τ comedi- mat.22.d.
tis: videte ne abinuicem consumami- mar.12.c.
ni. Dico autē i christo. Spiritu ambu- Luce.10.c.
late: et desideria carnis nō perficietis. Rom.13.c.
Caro enim concupiscit aduersus spiri- 1.Pet.2.d.
tū: spūs autē aduersus carnē. Hec em̄ Rom.7.d.
sibi inuicē aduersantur: vt non quecūq3 23.q.7.c.
vultis illa faciatis. Qd si spū ducimini: iam vero.
nō estis sub lege. Manifesta sunt autē D
opa carnis: q̄ sunt fornicatio: immūdi- 22.q.4.c.
cia: impudicitia: luxuria: idolor̄ seruit': in co.
veneficia: inimicitie: cōtentiōes: emula- 2.cor.12.g.
tiōes: ire: rixe: dissensiōes: secte: inuidie De prebē.c.
homicidia: ebrietates: comessatiōes: τ auaritia.
his similia que predico vobis sicut pre- 21.dis.ca.
dixi: qm̄ qui talia agūt: regnum dei nō denic3.
cōsequentur. Fructus autē spiritus est

τ dis lex in uno sermone implet.
diligas proximum tuum
ad Roma. c.13.8.

charitas/gaudium/pax/patientia/beni-
6.q.1.c.illi qui. gnitas/bonitas/longanimitas/mansue-
tudo/fides/modestia/continentia/casti-
Apoc.22.a tas. Aduersus huiuscemodi nō est lex.
Rom.13.d Qui autē sunt christi: carnē suā crucifixe-
1.petri.2.b runt cum vitiis et concupiscentiis.

¶ C. S. Monet galathas apls ad mutuā supportationē: et confirmat dicta de cessatione legalium. Caplm. vj.

A

Ad ro.i.et. Si spiritu viuimus: spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Fratres et si preoccupatus homo fuerit in aliquo delicto: vos q̄ spūales estis: huiuscemodi instruite in spū lenitatis: considerās teipsum ne et tu tēteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse/cum nihil sit: ipse se seducit.

B

22.q.4.c.si quis a catholica.et.c.forte. Opus autē suum probet vnusquisq;: et sic in semetipso tantum gloriam habebit: et nō in altero. Unusquisq; enim onus suum portabit. Communicet autem is qui cathezizatur verbo ei q̄ se

13.q.1.c.ecclesias. cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur.

De pe.et re.c.cū ex ore. Que enim seminauerit homo: hec et metet: quoniā q̄ seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem.

C

2.thes.13.c. 8.5.a. ps.66. Qui autem seminat in spū: de spiritu metet vitam eternā. Bonum autem facientes: non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Uidete qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicunq; enim volūt placere in carne: hi cogunt vos circumcidi: tantū vt crucis christi persecutionem non patiātur. Neq; enim qui circumciduntur legem custodiūt: sed volūt vos circūcidi: vt in carne vr̄a glorient.

D

2.Cor.1.a. Mihi aūt absit gloriari: nisi in cruce domini nr̄i Iesu christi: per quem mihi mūdus crucifixus est: et ego mundo. In christo em̄ Iesu neq; circumcisio aliquid valet: neq; preputium: sed noua creatura. Et quicūq; hāc regulā secuti fuerint: pax super illos: et misericordia: et sup isrl̄ dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego em̄ stigmata domini iesu i corpe meo porto. Gratia domini nostri Iesu xpi cum spiritu vestro fratres. Amen.

¶ Epla pauli ad galathas explicit.

paulus mundo crucifixus.

¶ Argumentum in epistolam ad Ephesios incipit.

Ephesii sunt asiani. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus: scribēs eis ab vrbe roma de carcere p tychicum diaconum.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epistola pauli ad Ephesios incipit.

¶ C. S. Ponitur aliquor diuina pdestinatio: et recoluntur diuina beneficia facta apostolis et ephesiis.

Capitulum. j.

A

Paulus apostolus Iesu christi per volūtatē dei: omnibus sanctis qui sunt ephesi: et fidelibus oībus in xpo Iesu. Gratia vobis et 1.petri.1.a.
pax a deo patre nostro et dño Iesu xpo. De pe.dist.
Benedictus deus et pater domini nostri 4.c.benedictus. et ca.in domo.
Iesu christi: qui benedixit vos in omni benedictione spirituali: in celestibus in xpo. Sicut elegit nos in ipso ante mūdi constitutionem vt essemus sancti: et immaculati in conspectu eius in charitate.

B

Qui predestinauit nos i adoptionem filiorum per Iesum christum in ipsum sm̄ propositum voluntatis sue: in laudem glorie gratie sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem: per sanguinem eius in remissionem peccatorum sm̄ diuitias gratie eius que superabūdauit in nobis in omni sapiētia et prudentia: vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue: sm̄ beneplacitum eius: qd̄ proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporū instaurare omnia in christo: que in celis et q̄ in terra sunt in ipso.

C

In quo etiam nos sorte vocati sumus predestinati sm̄ propositum eius qui operatur oīa sm̄ consilium voluntatis sue: vt simus in laudem glorie eius nos qui ante sperauimus i christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis: euangelium salutis vestre: in quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto: qui est pignus hereditatis nostre in redemptionē acquisitionis in laudem glorie ipsius. Propterea et ego audiēs fidē ve-

strām: q̄ est in xp̄o iesu: et dilectionē in
D omēs sctōs: nō cesso grās agens p̄ vobis
memoriā vestri faciēs i orōnib⁹ meis:
vt de⁹ dñi nostri Jesu xp̄i pater glorie
det vobis spm̄ sapiētie ꝛ reuelationis
in agnitione3 ei⁹: illuminatos oculos
cordis vestri: vt sciatis q̄ sit spes voca
tiōis ei⁹: ꝛ q̄ diuitie glorie hereditatis
ei⁹ i sanctis. Et q̄ sit supeminēs magni
tudo virtutis eius in nos q̄ credimus
s̄m operationē potentie virtutis eius
quā operatus est in xp̄o iesu: suscitans
illū a mortuis: ꝛ cōstituēs ad dexteram
suā in celestibus: sup omnē principatū
et potestatē ꝛ virtutē ꝛ dominationē:
et omne nomē q̄d nominatur non solū
in hoc seculo: sed etiā in futuro: et oīa
subiecit sub pedib⁹ eius. Et ipsum de
dit caput super omnem ecclesiam: que
est corpus ipsius: ꝛ plenitudo eius: qui
omnia in omnibus adimpletur.

¶ C. S. Inducunt ephesii ad gratiarū
actionem: q2 sunt a pctō liberati: et ab
alijs gentibus segregati. Capl'm. ij.

A T vos conuiuificauit cum
essetis mortui delictis et
pctīs vestris: in quib⁹ ali
quando ambulastis s̄m se
culū mūdi huius: s̄m prin
cipē potestatis aeris hui⁹:
spiritus q̄ nunc operatur in filios dif
fidentie: in quibus ꝛ nos omnes aliq̄n
conuersati sumus in desiderijs carnis
nostre: facientes voluntatem carnis et
cogitationu3: ꝛ eramus natura filij ire
27.q.i.cap. sicut et ceteri. De⁹ autem qui diues est
sciendum. in misericordia: propter nimiā chari
De pe. dist. tatem suam qua dilexit nos: et cū esse
4.c. hāc so mus mortui pctīs: conuiuificauit nos
cietatem. in christo: cuius gratia estis saluati: et
B conresuscitauit ꝛ cōsedere fecit in cele
stibus in christo Jesu: vt ostenderet in
seculis superuenientibus: abundantes
diuitias gratie sue i bonitate sup nos
in christo Jesu. Gratia em̄ estis saluati
per fidem: et hoc non ex vobis. Dei em̄
donum est: non ex operibus: vt ne quis
glorietur. Ipsius enim sumus factura
creati in christo Jesu i operib⁹ bonis:
que preparauit de⁹ vt in illis ambule
C mus. Propter q̄d memores estote: q̄
aliquando vos q̄ gentes eratis in car
ne: qui dicebamini preputiū ab ea que
dicitur circūcisio in carne manufacta:
qui eratis illo i tēpore sine christo alie
nati a conuersatiōe israel: et hospites
testamentorum promissionis spem nō
habētes: ꝛ sine deo in hoc mundo. Nūc
autē in christo Jesu vos qui aliquando
eratis lōge: facti estis p̄pe in sanguine
xp̄i. Ipse em̄ est pax nr̄a qui fecit vtraq3
vnum: et medium parietē macerie sol
uens: inimicitias in carne sua legem D
mandatoꝝ decretis euacuans: vt duos Luce.2.b.
cōdat in semetipso in vno nouo homi
ne faciēs pacē: vt reconciliet ambos in
vno corpore deo: p̄ crucē interficiēs ini
micitias in semetipso: ꝛ veniēs euāge
lizauit pacē vobis q̄ longe fuistis: ꝛ pa
cem his q̄ p̄pe: qm̄ p̄ ip̄m habemus ac
cessum ābo in vno spū ad patrē. Ergo
iam nō estis hospites ꝛ aduene: s3 estis
ciues sctōꝝ: ꝛ domestici dei: superedifi
cati super fundamentū aplōꝝ: et pro
phetarū ipso summo angulari lapide
christo iesu in quo omnis edificatio cō
structa: crescit in templū sctm̄ in dño.
In quo ꝛ vos coedificamini in ✝ taber Als. ✝ habi
naculum dei in spiritusancto. taculum.

¶ C. S. Premittit apl's ad orādū pro
ephesijs dispositionē: et p̄ eis orat: to
tū bonū coꝝ deo attribuendo. Cap. iij.

Uius rei gratia ego paul⁹ A
vinctus christi Jesu pro vo
bis gentibus: si tamen au
distis dispensationem gra
tie dei: que data ē mihi in
vobis: qm̄ s̄m reuelationē
notum factū mihi est sacramentū: sicut
supra scripsi in breui: prout potestis le
gētes intelligere prudentiā meā in mi
nisterio xp̄i: q̄d alijs generationib⁹ nō
est agnitum filijs hoim̄: sicuti nūc reue
latum est sanctis apostolis ei⁹ et pro
phetis in spū: esse gentes coheredes et
concorporales ꝛ cōparticipes promis
siōis in christo Jesu per euangeliū: cu B
ius factus sum ego minister s̄m donu3
gratie dei q̄ data est mihi s̄m operatio
nem virtutis eius. Mihi em̄ omnium 1.Cor.15.b.
sctōꝝ minimo data est grā hec in gēti
bus euangelizare inuestigabiles diui
tias xp̄i: ꝛ illuminare oēs: q̄ sit dispēsa
tio sacramēti abscōditi a seculis i deo
q̄ oīa creauit: vt innotescat principati
bus ꝛ potestatib⁹ in celestib⁹ p̄ ecclesiā
multiformis sapiētia dei s̄m p̄finitio C
nem seculoꝝ: quā fecit in xp̄o iesu dño
nr̄o: i quo habem⁹ fiduciā ꝛ accessu3 in
cōfidentia p̄ fidē ei⁹. Propter q̄d peto
ne deficiatis in tribulationibus meis p̄
vobis: q̄ est gloria vestra. Huius rei gra
tia flecto genua mea ad patrem dñi nr̄i
iesu xp̄i: ex quo omnis paternitas i ce

lis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias glorie sue virtute corroborari per spiritum eius in interiori homine christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati et fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum.
D Scire etiam supereminentem scientie charitatem christi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

¶ C. S. Instruit apostolus ephesios ad servandam unitatem ecclesiasticam in connexione et distinctione membrorum: ac deinde inducit ad morum honestatem. Cap. iiij.

A 1. cor. 7. d. Obsecro itaque vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportantes invicem in charitate: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus: sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Unus dominus: una fides: una baptisma. Unus deus et pater omnium: qui super omnes: et per omnia: et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est: nisi quia et descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit ipse est: et qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero evangelistas: alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij: in edificationem corporis christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filij dei: in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi: ut iam non simus parvuli fluctuantes: et circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum: in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. Hoc igitur dico et testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habentes

Ro. 12. b. 1. cor. 12. b. B 2. cor. 10. d. Ps. 67. Joan. 3. b. 2. cor. 12. d. Dis. 99. ca. questio. 1. q. 1. ca. hi qui. et cap. hanc regulam. C De consec. di. 4. c. itaque. De here. c. cum ex iniun cto. et ca. sicut in uno. D Dis. 72. ca. de his. Rom. 1. c. E

intellectum: alienati a via dei per ignorantiam: que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem immundicie omnis in avaritiam. Vos autem non ita didicistis christum: si tamen illum audistis: et in ipso edocti estis: sicut est veritas in iesu. Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem: qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestre: et induite novum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite dare locum diabolo. Qui furabatur: iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem fidei: ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis: cum omni malicia. Estote autem invicem benigni: misericordes: donantes invicem: sicut et deus in christo donavit vobis.

¶ C. S. Apostolus inducit ephesios ad sequendum christum in fervore charitatis: in decore sanctitatis: ac veritate cognita: et instruit personas iunctas matrimonio. C. v.

A Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione: sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia aut avaritia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas: que ad rem non pertinet: sed magis gratiarumactio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator: aut immundus: aut avarus quod est idolorum servitus: non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate: probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus

Ab. deponere. De conse. di. 4. c. h. Ro. 6. a. Colo. 3. b. F De conse. di. 4. c. qui seq. et c. ne illud. De pe. di. 2. c. quod renovari. de apost. c. quidam. B Heb. 2. a. 1. pe. 2. a. Zach. 8. c. Ps. 4. Jaco 4. b. 1. pe. 4. b. Colo. 3. a. A Joan. 13. d. 1. Joa. 4. b. Di. 46. ca. clerici. 32. q. 4. ca. in eo. B 1. q. 1. c. cum omnis. et ca. sicut urgeri. Colo. 3. a. De pe. di. 4. c. hanc societatem. C

infructuosis tenebrarum: magis autem
redarguite. Que em in occulto fiunt ab
ipsis turpe est dicere. Oia aut q argui
tur: a lumine manifestantur. Oe eniz qd
D manifestatur: lume est. Propter qd di
Coll. 4. a. cit. Surge q dormis et exurge a mortu
is: et illuminabit te xps. Uidete itaq
fratres quo caute ambuletis: no qsi insi
pientes: sz vt sapientes: redimentes tps
qm dies mali sunt. Propterea nolite fie
ri imprudentes: sz intelligentes q sit vo
Ro. 12. a. luntas dei. Et nolite inebriari vino: in
1. thes. 4. c. quo e luxuria: sz implemini spūsctō:
loquentes vobismetipsis in psalmis et
hymnis et canticis spūalib⁹: cantantes et
psallentes i cordib⁹ vris dño gras age
tes semp p oib⁹ i noie dni nri iesu xpi
deo et pri. Subiecti inuice in timore
E xpi. Mulieres viris suis subdite sint
sicut dño: qm vir caput est mulieris: si
cut xps caput e ecclie: ipse saluator cor
1. cor. 11. a. poris eius. Sz sicut ecclesia subiecta e
Coll. 3. c. xpo: ita et mulieres viris suis in oib⁹.
1. pe. 3. a. Uiri diligite vxores vras: sicut et xps
Coll. 3. c. dilexit ecclesiā: et seipm tradidit p ea:
vt illā sanctificaret: mundās eā lauac
cro aque in verbo vite: vt exhiberet ipse
De pe. di. 1. sibi gloriosam ecclesiā nō habentem ma
c. ecclesia. culā aut rugam aut aliqd hmōi: sed vt
F sit sancta et immaculata. Ita et viri debent
47. dis. ca. diligere vxores suas vt corpa sua. Qui
sicuti. suā vxorē diligit: seipm diligit. Nemo
em vnq carnē suam odio habuit: sz nu
trit et fouet eam sicut et xps ecclesiam:
qz membra sumus corporis ei⁹: de car
ne eius et de ossibus eius. Propter hoc
G relinquet hō patrē et matrē suā et adhe
Gen. 2. d. rebit vxori sue: et erūt duo i carne vna.
3. esd. 4. b. Sacramentū hoc magnū est. Ego aūt
Mat. 19. a dico in xpo et in ecclesia. Uerūtn et vos
Mar. 10. c. singuli vnusqsq vxorē suā sicut seipm
1. cor. 6. d. diligat: vxor aūt timeat virum suum.
¶ C. S. Docet apls parentum ac filio
rum mutuā conuersationem: et redit ad
instruendum ephesios: de omnibus vir
tutibus generaliter. Cap. vi.

A Filii obedite parentib⁹ vris
Coll. 3. d. in dño. Hoc em iustum est.
Exo. 20. b. Honora patrē tuū et mrem
Eccle. 3. b. tuā: qd est mandatū primū
Mat. 19. c. in pmissione: vt bn̄ sit tibi
Mar. 10. a. et sis longeuus sup terrā. Et
Coll. 3. d. vos patres nolite ad iracūdiā puocar
ad titu. 2. e re filios vros: sed educate illos i disci
1. pe. 2. c. plina et correctione dni. Serui obedi
Dist. 37. c. te dnis carnalib⁹ cū timore et tremore
legant. in simplicitate cordis vestri: sicut xpo.

Non ad oculū seruientes quasi hoibus Di. 47. c. si
placentes: sed vt serui xpi facientes vo cut.
luntatem dei ex animo: cū bona volun
tate seruientes sicut dño: et non hoibus
scientes qm vnusquisq quodcūq fece
rit bonū: hoc recipiet a dño: siue seru⁹
siue liber. Et vos dni eadē facite illis B
remittentes minas: scientes qz et illorū et
vester dns est in celis: et personarū acce
ptio nō est apud deū. Decetero fratres
confortamini in dño: et in potentia virtu
tis eius. Induite vos armaturā dei vt Ro. 2. b.
possitis stare aduersus insidias diabo Coll. 2. b.
li: qm non est nobis colluctatio aduer Act. 19. c.
sus carnē et sanguinē: sed aduersus pn Jaco. 2. b.
cipes et potestates: aduersus mundi re 1. pe. 4. c.
ctores tenebrarū harum contra spiritu
alia nequitie in celestibus. Propterea
accipite armaturā dei: vt possitis resi
stere in die malo: et in oibus pfecti sta
re. State ergo succincti lubos vros in C
veritate: et induti loricā iustitie: et cal
ciati pedes in preparatione euangelii
pacis. In oibus sumentes scutū fidei: in
quo possitis oia tela nequissimi ignea
extinguere. Et galeā salutis assumite: 1. Thes. 2. b
et gladiū spūs: qd est verbū dei: p oem 11. q. 3. ca. q
orationē et obsecrationē orantes oi tpe resistit.
in spū: et in ipso vigilantes in oi instā
tia et obsecratione p oibus sanctis: et
pro me: vt detur mihi sermo in aper
tione oris mei: cum fiducia notū face D
re mysteriū euangelii: p quo legatione
fungor in catena ista: ita vt in ipso au
deam put oportet me loqui. Ut aūt et
vos sciatis que circa me sunt qd agaz:
oia vobis nota faciet tychicus charissi
mus frater et fidelis minister in dño:
quē misi ad vos in hoc ipsum: vt cogno
scatis que circa nos sunt: et consoletur
corda vestra. Pax fratribus et charitas
cum fide a deo patre nostro et domino
iesu christo. Gratia cum omnibus qui
diligunt dominum nostrum iesum chri
stum in incorruptione. Amen.

¶ Epla Pauli ad Ephesios explicit.

¶ Argumentum in epistolam
ad Philippenses incipit.

Philippenses sunt macedo
nes. Hi accepto verbo veri
tatis persliterunt in fide:
nec receperunt falsos apo
stolos. Hos collaudat apo
stolus: scribens eis a roma
de carcere per epaphroditum.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epistola pauli ad philippēses incipit.

¶ C. S. Apostolus agit gratias de bonis philippensibus collatis: quibus significans suum statum ponit distinctiones predicantium: et erga eos suā charitatem: quos monet ad tolerantiam persecutionis. Capi. j.

A
Di. 93. c. legimus.



PAulus et timothe⁹ serui iesu xpi: oībus sctis in xpo iesu: qui sūt philippis cum episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et dño iesu xpo. Gratias ago deo meo in oī memoria vestri semper in cunctis orationib⁹ meis pro oībus vobis cum gaudio deprecationem faciens super cōmunicatione vestra in euangelio christi a prima die vsq3 nunc: confidēs in hoc ipsum: quia qui cepit in vobis opus bonū perficiet vsq3 in diem xpi iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire p omnibus vobis: eo qđ habeam vos in corde et in vinculis meis: et in defensione et confirmatione euangelij socios gaudij mei oēs vos esse. Testis enī mihi est deus: quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus iesu christi. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in oī scientia et in omni sensu: vt pbetis potiora: vt sitis sinceri et sine offensa in diem xpi repleti fructu iustitie per iesum xpm in gloriam et laudem dei. Scire autem volo vos fratres: q2 que circa me sunt magis ad profectum venerunt euāgelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in christo in omni pretorio: et in ceteris oībus: vt plures e fratribus in dño confidentes: in vinculis meis abundātius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem et ppter inuidiā et cōtentionem. Quidam aūt et ppter bonam volūtatem xpm predicant. Quidā ex charitate sciētes qm̄ in defensione euangelij positus sum. Quidā aūt ex contentione xpm annunciant: non sincere existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enī? Dum oimodo siue per occasionem: siue per veritatē xps annuncietur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem p vestram orationem et subministrationē spiritus iesu xpi: sm expectationem et

B

22. q. 4. c. q̄ magnum. in fine.

C

spem meā: q2 in nullo confundar: sed in oī fiducia sicut semper et nūc magnificabitur christus in corpore meo: siue per vitam: siue per mortem. Mihi enī viuere xps est: et mori lucrum. Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est: et quid eligam ignoro: coarctor autem e duobus desiderium habēs dissolui et esse cum christo: multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc cōfidēs scio quia manebo et permanebo oībus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in christo iesu in me per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignē euangelio christi conuersamini: vt siue cum venero et videro vos: siue absens audiam de vobis: quia statis in vno spiritu vnanimes: collaborantes fidei euangelij: et in nullo terreamini ab aduersarijs: que est illis causa perditionis: vobis autē salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatum est pro christo: vt non solum in eum credatis: sed vt etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes quale et vidistis in me: et nunc audistis de me.

7. q. 1. ca. si. De pe. dis. 2. c. q̄ vult. 2. re. 22. D.

D
7. q. 1. ca. si. De renunc. ca. nisi. §. porro.

¶ C. S. Instruit apls philippenses de fidei vnitate: vera humilitate: omnimoda sanctitate: et ad vlterius informādum mittit nuncios. Cap. ij.

SI qua ergo consolatio in xpo: si quod solatium charitatis: si qua societas spiritus: si qua viscera miserationis: implete gaudium meū vt idem sapiatis: eandem charitatē habētes: vnanimes idipsum sentientes. Nihil per cōtentionem neq3 per inanē gloriā: sz in humilitate superiores sibi inuicē arbitrātes nō que sua sunt singuli cōsiderātes: sed et ea que aliorū. Hoc enī sentite in vobis qđ et in xpo iesu. Qui cū in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipm exinaniuit formā serui accipiens: in similitudinē hominum factus: et habitu inuētus vt homo: humiliauit semetipsum factus obediens vsq3 ad mortem: mortē autē crucis. Propter quod et deus exaltauit illū: et donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu oē genu flectatur: celestium terrestrium et infernorum. Et oīs lingua cōfiteatur: quia dominus iesus xps in gloria est

B

Heb. 2. b.
B
De immu. eccle. ca. de cet. lib. vj.
Ro. 14. b.

dei patris. Itaq charissimi mei sicut semp obedistis: nō in psentia mei tm: sed multomagis nunc in absentia mea cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus est em̄ q̄ operat̄ in vobis ⁊ velle ⁊ pficere: p bona volūtate.

1.pe.4.b.

Omnia aūt facite sine murmurationibus ⁊ hesitationib⁹: vt sitis sine querela: et simplices filij dei sine reprehēsione in medio nationis praue atq peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria i mundo: verbū vite continētes ad gloriam meā in die christi: q2 non innacuū cucurri: neq innacuū laboraui.

De elec.ca. officij. 1.q.7.ca.2. §.scio qsdam.

C

Sed ⁊ si emulor supra sacrificiū ⁊ obsequium fidei vr̄e: gaudeo ⁊ congratulor oībus vobis. Idipm autem ⁊ vos gaudete: et congratulamini mihi. Spero autē in dn̄o iesu timotheū me cito mittere ad vos: vt ⁊ ego bono animo sim: cognitis que circa vos sunt.

1.cor.b.

Neminem enim habeo tam vnanimē: qui sincera affectione p vobis sollicitus sit. Oēs em̄ que sua sunt querūt: non que iesu xp̄i. Experimentum aūt eius cognoscite: quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euāgelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos mox: vt videro que circa me sunt. Confido aūt in dn̄o: qm̄ ⁊ ipse veniam ad vos cito.

Di.45.c. ls nonnunq. Di.62.cap. nosse. 8.q. 2.cap. sunt in ecclesia. De renunc. c.quidam.

D

iesum: sicut ⁊ in psalmo scdo scriptum
Ps.2. est. Filius meus es tu: ego hodie genui
Heb.1.b. te. Qd̄ aūt suscitauit eū a mortuis am
plius iā nō reuersurū in corruptionem
ita dixit. Quia dabo vobis sancta dd
Ps.15. fidelia. Ideoq̄ ⁊ alibi dicit. Nō dabis
a.2.d. scm̄ tuū videre corruptionē. Dauid ei
F in sua gn̄atione cū administrasset volū
tati dei dormiuit ⁊ appositus est ad pa
tres suos: ⁊ vidit corruptionē. Quē v̄o
deus suscitauit a mortuis nō vidit cor-
ruptionē. Notū igitur sit vobis viri fra
tres: q̄ per hūc vobis remissio peccato
rum annūciat̄ ab oībus quib⁹ nō po-
tuistis in lege moysi iustificari. In hoc
ois q̄ credit iustificat̄. Videte ergo ne
superueniat vobis qd̄ dictū est in ꝓphe
Abacuch tis. Videte cōtēptores ⁊ admiramini ⁊
1.b. dispergimini: q̄ opus operor ego i die
bus vestris: opus qd̄ non credetis si q̄s

enarrauerit vobis. Exeūtibus aūt illis
rogabāt vt sequēti sabbato loquerent̄
sibi verba hec. Cūq̄ dimissa esset syna-
goga: secuti sunt multi iudeoꝝ ⁊ colen
tiū deū aduenaꝝ paulū ⁊ barnabā: qui
loquētes suadebāt eis vt ꝑmanerēt in
gr̄a dei. Sequēti v̄o sabbato pene vni
uersa ciuitas conuenit audire v̄bū dei.
Vidētes aūt turbas iudei repleti sunt
zelo: ⁊ cōtradicebāt his q̄ a paulo dice
bant̄ blasphemātes. Tūc cōstāter pau G
lus ⁊ barnabas dixerūt. Vobis oporte
bat p̄mū loq̄ v̄bū dei: sz q̄m repellitis
illud ⁊ indignos vos iudicatꝭ eterne vi
te: ecce cōuertimur ad gētes. Sic enim
precepit nobis dn̄s. Posui te in lumen Esa.49.b.
gētibus vt sis i salutē vsq̄ ad extremū
terre. Audiētes aūt gētes gauise sunt ⁊
glificabāt v̄bū dn̄i: ⁊ crediderūt quot
quot erāt preordinati ad vitā eternā.
Disseminabat̄ aūt v̄bum dn̄i ꝑ vniuer-
sam regionē. Iudei aūt concitauerunt
mulieres religiosas ⁊ honestas ⁊ p̄mos
ciuitatis: ⁊ excitauerūt persecutionē in mat.10.c.
paulū ⁊ barnabā: ⁊ eiecerūt eos de fini mar.6.b.
bus suis. At illi excusso puluere pedū Luce.9.a.
in eos venerunt iconium. Discipuli q̄z
replebantur gaudio ⁊ spiritusancto.
¶ C.S. De diuisiōe facta in iconio: de
claudo sanato per paulū: paulus ⁊ bar
nabas estimātur dij: paulus lapidatus
trahitur extra ciuitatem. Capi.xiiij.



Actū est aūt in iconio vt si A
mul introirēt synagogā iu
deoꝝ ⁊ loq̄rent̄ ita vt crede
ret iudeoꝝ ⁊ grecoꝝ copio-
sa multitudo. Qui v̄o incre
duli fuerūt iudei: suscitauerūt ⁊ ad ira
cundiā ꝯcitauerūt aīas gētiū aduersus
fr̄es. ✝. Multo igit̄ tp̄e demorati sunt Als ✝ dn̄s
fiducialr̄ agētes in dn̄o: testimoniū per autē dedit
hibēte v̄bo gr̄e sue dante signa ⁊ ꝓdi- cito pacem.
gia fieri ꝑ man⁹ eoꝝ. Diuisa est āt mul a.6.c.
titudo ciuitatis: ⁊ quidā quidē erāt cū
iudeis: q̄dā v̄o cū aplis. Cū aūt factus
esset impetus gētiliū ⁊ iudeoꝝ cū p̄nci
pibus suis vt cōtumelijs afficerēt ⁊ la
pidarēt eos intelligētes cōfugerūt ad
ciuitates lyconie: listrā ⁊ derbē: ⁊ vni-
uersam in circuitu regionē: ⁊ ibi euāge B
lizātes erāt. Et ꝯmota est ois multitu a.3.a.⁊.4.a.
do in doctrina eoꝝ. Paulus aūt ⁊ bar-
nabas morabant̄ listris. Et q̄dā vir li
stris infirmus pedibus sedebat claud⁹
ex vtero mr̄is sue qui nūq̄ ambulaue-
rat. Hic audiuit paulum loquētē. Qui
intuitus eum: ⁊ videns q̄ fidē haberet

vt salu⁹ fieret: dixit magna voce. Sur-
ge supra pedes tuos rectus: ⁊ exiliuit ⁊
ambulabat. Turbe aũt cũ vidissent qđ
fecerat paul⁹: leuauerũt vocẽ suã licao
nice dicẽtes. Dij silẽs facti hoĩb⁹ descẽ-
derũt ad nos. Et vocabãt barnabã io-
uẽ. Paulum ỽo mercuriũ: qm̃ ipse erat
dux ỽbi. Sacerdos q̃z iouis q̃ erat añ
ciuitatẽ: tauros ⁊ coronas ante ianuas
afferens cũ pplis volebat sacrificare.
C Quo vbi audierũt apl̃i barnabas ⁊ paul⁹
cõscissis tunicis suis exilierũt i turbas
clamãtes ⁊ dicẽtes. Uiri q̃d hec facitis?
Et nos mortales sumus similes vobis
hoĩes annũciãtes vobis ab his vanis
cõuerti ad deũ viuũ q̃ fecit celũ ⁊ terrã
mare ⁊ oĩa q̃ in eis sunt: q̃ in p̃teritis gña
Ps.145. tionib⁹ dimisit oẽs gẽtes ingredi vias
Apoc.14.b suas. Et q̃dẽ nõ sine testimonio semet-
i.17.f. ipm̃ reliq̃t bñ faciẽs de celo dãs pluui
as ⁊ tp̃a fructifera: iplẽs cibo ⁊ leticia
corda eoꝝ. Et hoc dicẽtes vix sedauerũt
turbas ne sibi imolarẽt. Superuenerũt aũt
q̃dã ab antiochia ⁊ iconio iudei: ⁊ psua
sis turbis lapidãtesq̃ paulũ traxerũt
extra ciuitatẽ estimãtes eũ mortuũ eẽ.
D Circũdãtib⁹ aũt eũ discipulis surgẽs
intrauit ciuitatẽ: ⁊ postera die pfect⁹ ẽ
cũ barnaba i derben. Cũq̃ euãgelizas-
sent ciuitati illi ⁊ docuissẽt multos re
uersi sunt lystrã ⁊ iconiũ ⁊ antiochiã cõ
firmãtes aĩas discipuloꝝ exhortãtesq̃
vt pmanerẽt in fide: ⁊ qm̃ p multas tri
1.q.3.ca. sal bulatiões oportet nos itrare in regnũ
uatori. i pn. dei. Et cũ cõstituissent illis p singulas
ecclias p̃sbyteros ⁊ orassent cũ ieiuna-
tionibus cõmẽdauerũt eos dño in quẽ
crediderũt. Trãseũtesq̃ pisidiã venerũt
in pãphiliã ⁊ loquẽtes ỽbũ dñi in pgẽ
descẽderunt in attaliã ⁊ inde nauiga-
uerũt antiochiã vñ erãt traditi grẽ dei
in op⁹ qđ cõpleuerũt. Cũ aũt venissent ⁊
cõgregassent ecclesiã: retulerũt quãta
fecisse: de⁹ cum illis: ⁊ q: aperuisset gẽ
tibus ostium fidei. Morati sunt autem
tempus non modicum cum discipulis.

¶ C. S. Per accessum apl̃oꝝ in hier̃lz
questio de legaliũ obseruatione propo
nitur ac soluitur: atq̃ publicatiõi de-
mandatur: ac separatur barnabas a pau
lo ⁊ syle coniungitur. Cap. xv.

B
Gal.5.a.



Et quidã descẽdẽtes de iu-
dea docebãt fratres: q: ni-
si circũcidamini s̃m morẽ
moysi nõ potestis saluari.
Facta ẽ seditione nõ mini
ma paulo ⁊ barnabe aduersus illos sta

tuerũt vt ascẽderẽt paul⁹ ⁊ barnabas ⁊
q̃dã alij ex aliis ad apl̃os ⁊ p̃sbyteros
in hier̃lm sup hac q̃ōne. Illi ẽ deducti
ab ecclia ptrãsibãt phenicẽ ⁊ samariã
narrãtes cõuersationẽ gẽtiũ ⁊ faciebãt
gaudiũ magnũ oĩb⁹ fratrib⁹. Cũ autẽ
venissẽt hierosolymã suscepti sunt ab
ecclia: ⁊ ab apl̃is ⁊ senioribus: annũciã
tes quãta de⁹ fecisset cũ illis. Surrexe
rũt aũt q̃dã de heresi phariseoꝝ q̃ cre-
diderant dicẽtes: q: opꝫ circũcidi eos:
p̃cipue q̃z seruare legẽ moysi. Cõuene-
rũtq̃ apl̃i ⁊ seniores videre de ỽbo h̃. D
Cũ aũt magna cõquisitio fieret: surgẽs
petr⁹ dixit ad eos. Uiri f̃res vos scitis
qm̃ ab antiquis dieb⁹ de⁹ in nobis ele
git p os meũ audire gẽtes ỽbũ euãge-
liũ ⁊ credere. Et q̃ nouit corda de⁹ testi
moniũ phibuit dans illis sp̃m sanctũ
sicut ⁊ nobis: ⁊ nihil discreuit iter nos
⁊ illos fide purificãs corda eoꝝ. Nũc ẽ
q̃d tẽtatis deũ: iponere iugũ sup ceruĩ
ces discipuloꝝ: qđ neq̃ nos: neq̃ p̃res
nostri portare potuim⁹: sꝫ p grãm dñi
nostri iesu xp̃i credim⁹ saluari quẽad-
modũ ⁊ illi. Tacuit aũt oĩs multitudo E
⁊ audiebãt barnabã ⁊ paulũ narrãtes
quãta deus fecisset signa ⁊ prodigia in
gẽtibus per eos. Et postq̃ tacuerũt rñ
dit iacobus dicẽs. Uiri fratres audite
me. Simõ narrauit quẽadmodũ p̃mũ
deus visitauit sumere ex gẽtibus pplm̃
nomini suo. Et huic cõcordãt ỽba pro
phetaꝝ sicut scriptũ est. Post hec reuer Amos.9.c.
tar ⁊ redificabo tabernaculum dauid
qđ decidit: ⁊ dirupta eius redificabo ⁊
erigã illud: vt reqrãt ceteri hoĩm dñz: D
⁊ oẽs gẽtes sup q̃s inuocatũ est nomẽ
meũ dicit dñs faciẽs hec. Notũ a seculo
est dño op⁹ suũ. Propt̃ qđ ego iudico
nõ inq̃etari eos q̃ ex gẽtib⁹ cõuertunt
ad deũ: sꝫ scribere ad eos vt abstineant
se a cõtaminatiõib⁹ simulacroꝝ ⁊ for-
nicatiõe ⁊ suffocatis ⁊ sanguine. Moyses ii.13.b.
eñ a tp̃ib⁹ antiq̃s hꝫ in singulis ciuita
tib⁹ q̃ eũ p̃dicẽt in synagogis vbi p oẽ
sabbatũ legit̃. Tũc placuit apl̃is ⁊ se-
niorib⁹ cũ oĩ ecclia: eligere viros ex eis
⁊ mittere antiochiã cũ paulo ⁊ barna-
ba: iudã q̃ cognomiabat̃ barsabas ⁊ sy
lã viros p̃mos in fratribus scribẽtes p
man⁹ eoꝝ. Apl̃i ⁊ seniores fratres his E
q̃ sunt antiochie ⁊ syrie ⁊ cilicie fratri-
bus ex gẽtib⁹ salutẽ. Qm̃ audiuim⁹: q:
q̃dã ex nobis exeũtes turbauerũt vos
verbis euertentes animas vestras q̃b⁹
non mãdauimus: placuit nobis colle-

ctis seniorib⁹ eligere viros τ mittere ad vos
cū charissimis nostris barnaba et pau-
lo hoīb⁹ q̄ tradiderūt aīas suas p̄ no-
mine dn̄i nostri iesu xp̄i. Misim⁹ ergo
iudā τ sylā: q̄ et ipsi vobis verbis refe-
Dist. 30. c. Si rēt eadē. Visuz est em̄ sp̄ūisctō τ nobis
qs carnē. nihil vltra imponere vobis oneris q̄
hec necessaria: vt abstineatis vos ab im
molatis simulacroꝝ τ sanguine τ suf-
focato τ fornicatiōe: a quib⁹ custodiē-
F tes vos bn̄ agetis. Valete. Illi ergo di-
missi descenderūt antiochiā: τ congre-
gata multitudine tradiderunt ep̄lam.
Quā cū legissent gauisi sunt sup̄ cōso-
latione. Judas autē τ sylas τ ipsi cum
essent p̄phete verbo plurimo cōsolati
sunt fratres τ cōfirmauerūt. Facto au
tem ibi aliquāto tp̄e dimissi sunt cū pa
ce a fratrib⁹ ad eos q̄ miserant illos.
Visum est aūt syle ibi remanere: iudas
autem solus abijt in hierl̄m. Paulus
autē τ barnabas demorabātur antio-
chie docentes τ euāgelizantes cū alijs
pluribus verbū dn̄i. Post aliquot aūt
S.14.a. dies dixit ad barnabā paulus. Reuer-
tētes visitemus fratres p̄ vniuersas ci-
uitates in quibus p̄dicauimus verbuz
G dn̄i: quō se habeant. Barnabas autem
dissensio volebat secū assumere et ioannem qui
Pauli et cognominabat̄ marcus. Paulus autez
barn. rogabat eum: vt q̄ discessisset ab eis de
pāphilia: τ nō isset cū eis i opus nō de
bere recipi. Facta est autez dissensio ita
vt discederēt ab inuicem: et barnabas
quidez assumpto marco nauigaret cy-
prum. Paulus vero electo syla p̄fect⁹
est traditus gratie dei a fratribus. Per
ambulabat autem syriam et ciliciā cō
firmāis ecclesias: p̄cipiēs custodire pre
cepta apostoloꝝ et seniorum.

¶ C. S. Paulus sūcetus timotheo p̄di
cat in macedonia in ciuitate philippi:
et exinde oritur eius persecutio p̄pter
phytonissaz a demonio liberatam: qui
ceū mittuntur in carcerem et liberan-
tur. Capitulum. xvj.

A Peruenit aūt in derbē et ly-
strā. Et ecce discipul⁹ q̄dā
erat ibi nōie timothe⁹ fili⁹
mulieris vidue fidelis pa-
tre gentili. Huic testimo-
niū bonū reddebāt q̄ in lystris erant et
iconio fratres. Hūc voluit paul⁹ secū
proficisci: τ assumēs circūcidit eū pro-
pter iudeos q̄ erāt in illis locis. Scie-
bant em̄ oēs q̄ pater eius erat gētilis.
Cum autē ptransirent ciuitates: trade-
bant eis custodire dogmata q̄ erant de-
creta ab apostolis et senioribus q̄ erāt
B hierosolymis. Et ecclesie quidem cōfir
mabant̄ fide: et abūdabāt numero quo
tidie. Transeūtes aūt phrigiā et gala-
thie regionem vetati sunt a sp̄ūsctō lo
qui verbū dei in asia. Cū venissent autē
in mysiā: tentabāt ire in bithyniā τ nō
permisit eos sp̄ūs Jesu. Cum autē per-
transissent mysiā descenderunt troadē
et visio per noctē paulo ostensa est. Vir
macedo q̄dā erat stans τ deprecans eū
et dicēs. Transiēs in macedoniā adiu-
ua nos. Vt aūt visum vidit statim que-
siuimus p̄ficisci in macedoniā certi fa
cti q̄ vocasset nos de⁹ euāgelizare eis.
Nauigātes aūt a troade recto cursu ve
nim⁹ samothraciā: τ sequēti die neapo
lim: et inde philippis q̄ est p̄ma partis
C macedonie ciuitas colonia. Eram⁹ aūt
in hac vrbe dieb⁹ aliquot ↄsistētes. Die
aūt sabbatoꝝ egressi sum⁹ foras portā
iuxta flumē vbi videbat̄ orō eē. Et sedē
tes loq̄bamur mulierib⁹ q̄ ↄuenerant:
τ quedā mulier nōie lydia purpuraria
ciuitatis thyathirenoꝝ colēs deū audi
uit cuius dn̄s aperuit cor intēdere his
q̄ dicebant̄ a paulo. Cū aūt baptizata
D esset τ dom⁹ eius: dep̄cata est dicēs. Si
iudicastis me fidelē dn̄o esse introite in
domū meā τ manete. Et coegit nos. Fa
ctum est aūt euntibus nobis ad oratio
nem puellā quandā habentē sp̄m phy
tonē obuiare nobis: q̄ questum magnū
p̄stabat dn̄is suis diuinādo. Hec subse
cuta paulū τ nos clamabat dicēs. Isti
hoīes serui dei excelsi sunt q̄ annūciāt
vobis viā salutis: hoc autem faciebat
multis dieb⁹. Dolēs aūt paulus τ con
uersus sp̄ūi dixit. Precipio tibi in nōie
iesu xp̄i exire ab ea. Et exijt eadē hora.
Vidētes aūt dn̄i ei⁹ q̄ exiuit spes que-
stus eoꝝ: apprehendentes paulū τ sylā
perduxerūt in forū ad principes: τ offe
E rentes eos magistratibus dixerūt. Hi
hoīes cōturbāt ciuitatē nostrā cū sint
iudei τ annunciant morem quē non li-
cet nobis suscipere neq̄ facere cū sim⁹
romani. Et cucurrit plebs aduersus
eos τ magistrat⁹ scissis tunicis eorum
iusserūt eos virgis cedi. Et cū multas
plagas eis iposuissent miserunt eos in
carcerē p̄cipiētes custodi: vt diligenter
custodiret eos. Qui cū tale p̄ceptū acce
pisset misit eos i interiorē carcerē: τ pe
des eoꝝ strixit ligno. Media aūt nocte
paul⁹ τ sylas adorātes laudabāt deū: τ

Paulus circumcidit propter iudeos qui ibi erant.

audiebāt eos q̄ i custodia erāt. Subi-
to vero terremot⁹ fact⁹ ē magn⁹: ita vt
ū.5.d.⁊.12.e. mouerent fūdamēta carceris. Et statī
apta sunt oīa ostia: ⁊ vniuersoꝝ vīcula
soluta sunt. Expgefact⁹ aūt custos car
ceris et vidēs ianuas apertas carceris
euaginato gladio volebat se iterficere:
estimās fugisse vinctos. Clamauit aūt
paul⁹ voce magna dicēs. Nihil mali ti
bi feceris. Uniuersi eīm hic sum⁹. Peti-
toq̄ lumine itrogressus ē: ⁊ tremefact⁹
pcidit paulo ⁊ syle ad pedes: ⁊ produ
cens eos foras: ait. Dñi qd me oportet
facere vt saln⁹ fiā? At illi dixerūt. Cre
de i dñm iesum: ⁊ saln⁹ eris tu ⁊ dom⁹
tua. Et locuti sūt ei vbū dñicū cū oīb⁹
G q̄ erāt i domo ei⁹. Et tollēs eos in illa
hora noct̄ lauit plagas eoꝝ. Et bapti-
zat⁹ ē ipe ⁊ oīs dom⁹ ei⁹ ɔtinuo. Cūq̄
pduxisset eos i domū suā apposuit eis
mēsam ⁊ letat⁹ est cū oī domo sua cre-
dēs deo. Et cū dies fact⁹ esset: miserūt
magistrat⁹ lictores dicētes. Dimitte ho
mines illos. Nūciauit aūt custos carce
ris vba hec paulo: q: miserūt magistra
tus vt dimittamini. Nūc igit̄ exeuntes
ite i pace. Paulus aūt dixit eis. Cesos
nos publice idēnatos hoīes romanos
miserūt in carcerē: ⁊ nunc occulte nos
eijciunt. Non ita: sed veniāt et ipsi nos
eijciāt. Nūciauerūt aūt magistratib⁹ li
ctores verba hec. Timueruntq̄ audito
qđ romani essent: ⁊ venientes deprecati
sunt eos: ⁊ educētes rogabāt vt egrede
rentur de vrbe. Exeūtes aūt de carcere
introierūt ad lydiam: ⁊ visis fratribus
consolati sunt eos et profecti sunt.

¶ C. S. Ponitur pauli predicatio in
thessalonica ac beroe: interposita eius
persecutiōe: et peruenit athenas predi-
cans ibi christum. Capitulum. xvij.

A Cum aūt perambulassent am
phipolim ⁊ apolloniā venerūt
thessalonicā: vbi erat synago
ga iudeoꝝ. Scđm cōsuetudi
nē autē paulus introiuit ad
eos: et p sabbata tria disserebat eis de
scripturis adaperiēs ⁊ isinuās q: xpm
Lu.24.g. oportuit pati ⁊ resurgere a mortuis: et
q: hic est iesus xps quē ego annūcio vo
bis. Et qdā ex eis crediderūt: ⁊ adiūcti
sunt paulo ⁊ syle: ⁊ de colētibus gētili
B busq̄ multitudo magna: et mulieres
nobiles nō pauce. Zelantes autē iudei
assumentesq̄ de vulgo viros quosdam
malos ⁊ turba facta concitauerūt ciui
tatē: ⁊ assistētes domui iasonis q̄rebāt
eos pducere in populū. Et cū nō inue-
nissent eos trahebant iasonē ⁊ quosdā
fratres ad principes ciuitatis clamam
tes: qm hi q̄ vrbē cōcitant: ⁊ huc vene-
rūt quos suscepit iason: ⁊ hi oēs cōtra
decreta cesaris faciūt regē alium: dicē
tes esse iesum. Concitauerūt aūt plebē Joā.18.d.
et principes ciuitatis audiētes hec. Et
accepta satisfactione a iasone ⁊ a cete-
ris: dimiserūt eos. Fratres vero confe-
stim per noctē dimiserūt paulū et sylā
in beroā. Qui cū venissent i synagogā C
iudeoꝝ introierūt. Hi aūt erāt nobilio
res eoꝝ q̄ sunt thessalonice qui suscepe
rūt verbū cū omni auiditate: quotidie
scrutātes scripturas: si hec ita se habe-
rēt. Et multi qdē crediderūt ex eis: et
mulierū gentiliū honestarū: ⁊ viri non
pauci. Cū aūt cognouissent in thessalo
nica iudei q: ⁊ beroe pdicatū est a pau
lo verbū dei venerūt ⁊ illuc cōmouen-
tes ⁊ turbātes multitudinē. Statimq̄
tūc paulum dimiserunt fratres: vt iret
vsq̄ ad mare. Sylas aūt ⁊ timotheus
remāserūt ibi. Qui aūt deducebāt pau D
lū pduxerūt eū vsq̄ athenis: ⁊ accepto
mandato ab eo ad sylā ⁊ timotheū: vt
q̄ celeriter venirent ad illum profecti
sunt. Paulus aūt cū athenis eos expe
ctaret: incitabatur spūs eius in ipso vi
dens idolatrie deditā ciuitatē. Dispu-
tabat igit̄ in synagoga cū iudeis ⁊ co-
lentib⁹: et in foro p oēs dies ad eos q̄
audierant. Quidā aūt epicurei ⁊ stoici
philosophi disserebant cū eo: ⁊ qdā di
cebāt. Quid vult seminiuerb⁹ hic dice
re? Alij vero nouoꝝ demonioꝝ videtur E
annūciator esse: q: iesum ⁊ resurrectio-
nē annūciabat eis. Et apphēsum eū
ad ariopagū duxerūt dicentes. Possu-
mus scire q̄ est hec noua que a te dr do
ctrina. Noua eīm qdā infers aurib⁹ no
stris. Uolum⁹ ergo scire qdnā velint
hec esse. Athenīēses aūt oēs et aduene
hospites ad nihil aliud vacabant: nisi
aut dicere aut audire aliqd noui. Stās
autē paul⁹ in medio ariopagi ait. Uiri
athenīēses p oīa q̄si supsticiosos vos vi
deo ✠. Preteriens eīm: et vidēs simula- F
cra vestra inueni ⁊ arā in qua scriptū ali⁊.ignoto
erat. Ignoto deo. Qđ ergo ignorantes
colitis: hoc ego annūcio vobis. De⁹ q̄ ū.14.c.
fecit mundū: ⁊ oīa q̄ in eo sunt: hic celi
et terre cum sit dñs non in manufactis
templis habitat: nec manibus huma-
nis colitur indigens aliquo cū ipse det
omnibus vitā ⁊ inspirationē ⁊ omnia:

26.q.7.ca. nō obseruatio. in fine. Arati poete dictum.

fecitq; ex vno oē gen⁹ hoim inhabitare
sup vniuersaȝ faciē terre: definiēs statu
ta tpa ꝛ terminos habitatiōis eoꝝ: q̄re
re deū si forte attrectēt eū aut inueniāt:
q̄uis nō lōge sit ab vnoq̄ȝ nr̄m. In ipo
G eñ viuim⁹ ꝛ mouemur ꝛ sum⁹: sicut et
q̄dā vr̄oꝝ poetarū dixerūt. Ipsi⁹ eñ et
genus sum⁹. Genus ergo cū simus dei:
nō debem⁹ estimare auro ꝛ argēto aut
lapidi sculpture artis et cogitationis
hois diuinū esse sile. Et tpa q̄dē huius
ignorātie despiciēs de⁹ nūc annunciat
hoibus vt oēs vbiq; pniam agāt eo q̄
statuit diē in quo iudicatur⁹ est orbē in
eq̄tate in viro in quo statuit fidē p̄bēs
oib⁹ suscitās eū a mortuis. Cū audis-
sent aūt resurrectionem mortuoꝝ: q̄dā
q̄dē irridebāt: q̄dā ꝟo dixerūt. Audia
mus te de hoc iteꝝ. Sic paul⁹ exiuit de
medio eoꝝ. Quidā ꝟo viri adherētes
ei crediderūt in q̄b⁹ ꝛ dionysi⁹ ariopagi
ta ꝛ mulier noie damaris: ꝛ alij cū eis.

¶ C.S. Pauli predicatio in corintho
ponitur: cum insurrectiōe aduersario-
rum: atq; de aduentu eius in ephesum:
et adiūgitur de apolline. Capl̄m. xviij.



A Ost hec egress⁹ ab athenis
venit corinthū. Et inueniēs
quendā iudeū noie aquilā
ponticū gñe q̄ nup venerat
ab italia et priscillā vxorē
ei⁹ eo q̄ p̄cepisset claudi⁹
discedere oēs iudeos a roma: accessit
ad eos: ꝛ q̄ eiusdē erat artis: manebat
apud eos ꝛ opabat̄. Erāt aūt scenofa-
B ctorie artis. Et disputabat ✝ i synago
✝ Ista ca. Et disputabat. vsq; grecis. sumpta est ë grecis exēplarib⁹.
ga p oē sabbatū: iterponēs nomē dñi
Iesu: suadebatq; iudeis ꝛ grecis. Cū ve
nissent aūt de macedonia silas ꝛ timo
theus instabat ꝟbo paul⁹ testificās iu
deis esse xp̄m Iesum. Cōtradicētibus
aūt eis ꝛ blasphemātib⁹: excutiēs vesti
mēta sua dixit ad eos. Sanguis vester
sup caput vr̄m. Mūdus ego ex hoc ad
gētes vadā. Et migrās inde intrauit in
domum cuiusdā noie titi iusti colētis
deū: cui⁹ dom⁹ erat cōiūcta synagoge.
C Crispus aūt archisynagogus credidit
dño cū oī domo sua: ꝛ multi corinthioꝝ
audiētes credebāt et baptizabant̄. Di-
xit aūt dñs nocte p visionē paulo. No-
li timere sȝ loq̄re ꝛ ne taceas. Propter
q̄ ego sum tecū ꝛ nemo apponet̄ tibi:
vt noceat te: qm̄ pp̄ls est mihi mult⁹ in
hac ciuitate. Sedit aūt ibi annū et sex
D mēses docēs apud eos verbū dei. Gal-
lione aūt p̄cōsule achaie: insurrexerūt

vno aio iudei in paulū: et adduxerunt
eū ad tribunal: dicentes: q̄ ꝯtra legem
hic psuadet hoib⁹ colere deū. Incipiē-
te autē paulo apire os: dixit gallio ad
iudeos. Si q̄dē esset iniquū aliq̄d aut
facin⁹ pessimū o viri iudei: recte vos su
stinerē: si vero q̄stiōes sunt de verbo et
noib⁹ legis vestre: vosipsi videritis iu-
dex ego hoꝝ nolo esse: et minauit eos
a tribunali. Apprehēdētes aūt oēs so-
sthenē p̄ncipē synagoge: pcutiebāt eū
ante tribunal et nihil eoꝝ gallioni cure
erat. Paulus ꝟo cū adhuc sustinuisset E
dies multos fratribus valefaciēs naui-
gauit i syriā: ꝛ cū eo priscilla et aq̄la q̄
sibi totonderat in cēchris caput. Ha-
bebat eñ votū. Deuenitq; ephesum et
illos ibi reliq̄t. Ipe vero ingressus sy-
nagogā disputabat cū iudeis. Rogāti
bus autē eis vt ampliori tpe maneret:
nō ꝯsensit sȝ valefaciēs ꝛ dicēs iterū re
uertar ad vos deo volēte: pfect⁹ est ab
ephesō. Et descendēs cesareā ascēdit ꝛ F
salutauit ecclesiā: et descēdit in antio-
chiā. Et facto ibi aliquāto tpe pfect⁹
est perambulās ex ordine galathiā re-
gionē ꝛ phrigiā cōfirmās oēs discipu-
los. Iudeus aūt quidā apollo noie ale
xādrinus genere: vir eloquens deuenit
ephesum potēs in scripturis. Hic erat
edoct⁹ viā dñi: ꝛ feruēs spiritu loque-
bat̄: ꝛ docebat diligenter ea q̄ sunt Ie- G
su sciēs tm̄ baptisma ioānis. Hic ergo
cepit fiducialiter agere in synagoga.
Quem cuȝ audissent priscilla ꝛ aquila
assumpserunt eum: ꝛ diligentius expo
suerūt ei viam domini. Cum auteȝ vel-
let ire achaiam: exhortati fratres scri-
pserunt discipulis vt susciperent eum.
Qui cum venisset: cōtulit multum his
qui crediderunt. Vehementer enim iu-
deos reuincebat publice: ostendēs per
scripturas esse christum Iesum.

¶ C.S. Predicat paulus in reditu ei⁹
ad ephesuȝ: de veritate baptismi ꝛ euā
gelij: et describit̄ inspiratio: regressus
eius in hierusalem cum sedatiōe popu
li ephesiorum. Capitulum. xix.



Actum est aūt cum apol- A
lo esset corinthi vt paulus
peragratis superiorib⁹ par-
tib⁹ veniret ephesum et in
ueniret quosdā de discipu
lis. Dixitq; ad eos. Si spi
ritū sanctū accepistis credētes. At illi
dixerūt ad eū. Sed neq; si spūs sanct⁹
est audiuim⁹. Ille ꝟo ait. In quo ergo

baptizati estis. Qui dixerunt. In ioan
ī.i.a.z.ii.b nis baptismate. Dixit aūt paul⁹. Joan
nes baptizauit baptismo penitētie po
pulū: dicēs in eū qui vēturus esset post
ipm: vt crederent: hoc est in iesum. His
auditis baptizati sunt ĩ noĩe dñi iesu.
Et cū imposuisset illis manus paulus
venit sp̄ūsc̄tūs sup eos: ⁊ loquebātur
ī.2.a.z.4.f linguis ⁊ pphetabāt. Erāt aūt oēs vi
ri fere duodecim. Introgressus aūt sy
nagogā cū fiducia loq̄bat̄ p tres mēses
B disputās et suadēs de regno dei. Cum
aūt q̄dā indurarent̄ ⁊ nō crederēt: ma
ledicētes viā dñi corā multitudine di
scedens ab eis segregauit discipulos
quotidie disputās in schola tyrāni cu
iusdā. Hoc aūt factū est p biennīū: ita
vt oēs q̄ habitabāt in asia audirēt ver
bum dñi: iudei atq̄ gētiles. Virtutesq̄
nō modicas q̄slibet faciebat de⁹ p ma
nū pauli: ita vt etiā sup lāguidos defer
rent̄ a corpe ei⁹ sudaria ⁊ semicinctia:
⁊ recedebāt ab eis lāguores: ⁊ spiritus
C neq̄ egrediebant̄. Tētauerūt autē q̄dā
⁊ de circūeūtib⁹ iudeis exorcistis inuo
care super eos q̄ habebāt sp̄ūs malos
nomē dñi iesu dicētes. Adiuro vos p ie
sum quē paulus p̄dicat. Erant aūt cu
als ✝ cuidā iusdā ✝ iudei noīe sceue principis sacer
dotū septē filij q̄ hoc faciebāt. R̄ñdēs
aūt sp̄ūs neq̄ dixit eis. Jesum noui et
paulū scio. Vos aūt q̄ estis? Et insiliēs
hō in eos in quo erat demoniū pessimū
et dñatus ambor̄ inualuit ꝯ eos: ita vt
nudi ⁊ vulnerati effugerēt de domo il
D la. Hoc aūt notū factū est oīb⁹ iudeis
atq̄ gētilib⁹ q̄ habitabāt ephesi. Et ce
cidit timor sup oēs illos: ⁊ magnifica
bat̄ nomē dñi iesu. Multiq̄ credentiū
veniebant confitentes et annunciātes
De pe.dis.i. actus suos. Multi autē ex eis qui fue
c.voluissēt. rant curiosa sectati cōtulerūt libros ⁊
§.huic. combusserūt eos coram omnibus: ⁊ cō
putatis precijs illorum inuenerunt pe
cuniam denariorum quinquaginta mi
lium. Ita fortiter crescebat verbū dei
et confirmabat̄. His aūt expletis pro
posuit paulus ĩ sp̄ū trāsita macedonia
et achaia ire hierosolymā dicens. Qm̄
postq̄ fuero ibi: oportet me ⁊ romā vi
E dere. Mittēs aūt in macedoniā duos
ex ministrātib⁹ sibi timotheū ⁊ erastū:
ipse remāsit ad tp̄s in asia. Facta est aūt
illo tp̄e turbatio non minima de via
dñi. Demetri⁹ eīn q̄dā noīe argētarius
faciēs edes argēteas diane p̄stabat ar
tificib⁹ nō modicū questū quos cōuo
cās ⁊ eos q̄ eiusmodi erāt opifices di
xit. Viri scitis: q̄ de hoc artificio ē no
bis acq̄sitio: ⁊ videtis: ⁊ auditis: q̄ nō
solū ephesi: s; pene totius asie paulus
hic suadēs auertit multā turbā: dicēs.
Qm̄ nō sunt dij q̄ manib⁹ fiunt. Nō so
lū aūt hec piclitabit̄ nobis pars in re
dargutionē venire: sed et magne diane
tēplū in nihilū reputabit̄: s; et destrui
incipiet maiestas eius quā tota asia et
orbis colit. His auditis repleti sūt ira
et exclamauerūt dicētes. Magna dia
na ephesiorū. Et ipleta est ciuitas tota ī.eodem.b.
ꝯfusiōe: et impetū fecerunt vno animo F
in theatrū rapto gaio ⁊ aristarcho ma
cedonib⁹ comitib⁹ pauli. Paulo autē
volente intrare in pplm: nō pmiserunt
discipuli. Quidam autē et de asie prin
cipib⁹ qui erāt amici eius: miserunt ad
eū rogātes ne se daret in theatrū. Alij
aūt aliud clamabāt. Erat eīn ecclia cō
fusa ⁊ plures nesciebāt q̄ ex causa cōue
nissent. De turba aūt detraxerūt alexā
drum ppellentib⁹ eū iudeis. Alexāder
aūt manu silētio postulato volebat red
dere rationē pplo. Quē vt cognouerūt
iudeū esse vox facta est vna oīm q̄si per
horas duas clamantiū. Magna diana ī.eodem.c.
ephesiorū. Et cū sedasset scriba turbas G
dixit. Viri ephesij quis eīn est hoīm qui
nesciat ephesiorū ciuitatē cultricē esse
magne diane: iouisq̄ prolis. Cū ergo
his cōtradici nō possit oportet vos se
datos esse et nihil temere agere. Addu
xistis enim homines istos: neq̄ sacrile
gos: neq̄ blasphemantes deam vestrā.
Quod si demetrius: et qui cum eo sunt
artifices habent aduersus aliquē cau
sam cōuentus forenses aguntur: ⁊ pro
cōsules sunt accusent inuicem. Si q̄d
autem alterius rei queritis in legitima
ecclesia poterit absolui. Nam et pericli
tamur argui seditionis hodierne: cum
nullus obnoxi⁹ sit de quo possum⁹ red
dere rationem concursus istius. Et cū
hec dixisset dimisit ecclesiam.

¶ Capituli Summariū. Remotis in
fidijs iudeor̄: ponitur processus pauli
per viam ad hierusalem per diuersa lo
ca in quib⁹ predicauit. Capitulum. xx.

Postq̄ autem cessauit: tu A
multus: vocatis paulus di
scipulis: et exhortatus eos
valedixit: et pfectus est vt
iret in macedoniam. Cum
autem perambulasset par
tes illas: ⁊ exhortatus eos fuisset mul

vo sermone venit ad greciã: vbi cũ fuis-
set mẽses tres facte sunt illi insidie a iu
deis nauigaturo in syriã: habuitq; cõsi
liũ vt reuerteret̃ p macedoniã. Comita
tus est aũt eũ sosipater pyrhi beroẽsis:
thessalonicẽsiũ ꝟo aristarchus ꝛ secũs
et gaius derbeus ꝛ timotheus: asiani
B ꝟo tychicus ꝛ trophim⁹. Hi cũ ꝓcessis
sent: sustinuerũt nos troade: nos vero
nauigauimus post dies azymoꝝ a phi-
lippis: ꝛ venimus ad eos troadẽ in die
bus q̃nq;: vbi demorati sumus diebus
septẽ. Una aũt sabbati cũ cõuenissem⁹
ad frãgẽdũ panẽ: paul⁹ disputabat cũ
eis ꝓfecturꝰ in crastinũ ꝓtraxitq; ser-
monẽ vsq; in mediã noctẽ. Erãt aũt lã
pades copiose in cenaculo vbi eramus
cõgregati. Sedẽs aũt q̃dã adolescens
noĩe eutich⁹ sup fenestrã: cũ mergeret̃
somno graui disputãte diu paulo du-
ctus somno cecidit de tertio cenaculo
deorsum: ꝛ sublat⁹ est mortu⁹: ad quẽ
cũ descẽdisset paul⁹ incubuit sup eũ: ꝛ cõ
plexus dixit. Nolite turbari. Aĩa enim
C ipsius cũ ipo est. Ascẽdẽs aũt frãgẽsq;
panẽ ꝛ gustãs satisq; allocut⁹ est vsq; i
3. reg. 17. d. lucẽ: ꝛ sic ꝓfectus est. Adduxerũt autem
4. reg. 4. f. pueꝝ viuẽtẽ ꝛ ꝯsolati sunt nõ minime.
Nos aũt ascẽdẽtes nauẽ nauigauim⁹ i
asson: inde suscepturi paulũ. Sic eñ di-
sposuerat ipe p terrã iter facturus. Cũ
aũt ꝯuenissemus in asson assumpto eo
venim⁹ mytilenẽ. Et inde nauigãtes se
quẽti die venim⁹ ꝯ chiũ: ꝛ alia die ap-
plicuim⁹ samũ: ꝛ seq̃nti die venim⁹ my
letũ. Proposuerat eñ paul⁹ trãsnaui-
gare ephesũ: ne q̃ mora illi fieret i asia.
Festinabat eñ si possibile sibi eẽt vt diẽ
pentecosten faceret hierosolymis. A
D myleto aũtẽ mittens ephesum vocauit
maiores natu ecclesie. Qui cũuenissent
ad eũ ꝛ siĩr essent: dixit eis. Uos scitis a
ꝑma die q̃ igressus sum in asiã: q̃liť vo
biscũ p oẽ tps fuerim seruiẽs dño cũ oĩ
humilitate ꝛ lachrymis ꝛ tẽtatiõib⁹ q̃
mihi acciderũt ex insidiis iudeoꝝ: quõ
nihil subtraxerim vobis vtiliũ q̃min⁹
annũciarẽ vobis ꝛ docerẽ vos publice
ꝛ p domos testificãs iudeis atq; gẽtib⁹
in deũ penitẽtiã ꝛ fidẽ in dñm nrm iesũ
E xpm. Et nũc ecce ego alligat⁹ spũ vado
in hierlm q̃ in ea vẽtura sunt mihi igno
rãs: nisi q꞉ spũssctũs per oẽs ciuitates
mihi ꝓtestat̃ dicẽs. Qm̃ vincula ꝛ tri-
bulationes hierosolymis me manent.
Sed nihil hoꝝ vereor: nec facio aĩam
meã preciosiorẽ q̃ me dũmõ ego ꝯsumẽ

cursuz meũ ꝛ ministeriũ ꝟbi qd̃ accepi
a dño iesu testificari euangeliũ grẽ dei.
Et nũc ecce ego scio: q꞉ amplius nõ vi-
debitis faciem meã vos oẽs per quos
trãsiui ꝑdicãs regnũ dei. Quapropter
cõtestor vos hodierna die: q꞉ mundus
sum a sanguine oim. Nõ eñ subterfugi 1. reg. 3. f.
quominus annunciarem oẽ cõsiliũ dei Dan. 13. c.
vobis. Attẽdite vob̃ ꝛ vniuerso gregi: Dist. [illegible]
i quo vos spũssctũs posuit epõs regere c. eccl.
ecclesiã dei quã acq̃siuit sanguine suo. 7. q. 1. c. sug
Ego scio qm̃ intrabũt post discessionẽ gestum.
meã lupi rapaces in vos nõ parcentes
F gregi. Et ex vobisipsis exurgẽt viri lo-
quentes puersa vt abducãt discipulos
post se. Propter qd̃ vigilate memoria
retinẽtes: qm̃ p trienniũ nocte ꝛ die non
cessaui cũ lachrymis monẽs vnũquẽq;
vestrum. Et nunc commẽdo vos deo et
verbo gratie ipsius qui potens est edi-
ficare ꝛ dare hereditatẽ in sanctificatis
oĩbus. Argẽtum ꝛ aurum aut vestẽ nul
lius cõcupiui sicut ipsi scitis: qm̃ ad ea 16. q. 1. capl.
que mihi op⁹ erãt ꝛ his qui mecũ sunt predicator.
G ministrauerunt manus iste. Oĩa ostẽdi
vobis: qm̃ sic laborãtes. Opꝫ suscipere De cõse. di.
infirmos: ac meminisse verbi dñi iesu: 5. c. nunq̃.
qm̃ ipe dixit. Beati⁹ est magis dare q̃
accipere. Et cũ hec dixisset positis geni
bus suis orauit cũ oĩb⁹ illis. Magnus
aũt fletus factus est oim: ꝛ ꝓcũbentes
super collũ pauli: osculabãtur eum: do
lentes maxime in verbo qd̃ dixerat: qm̃
amplius faciem eius non essent visuri.
Et deducebant eum ad nauem.

¶ C. S. Ponit̃ aductus pauli in tyrũ
ꝛ cesareã: ꝛ benigna ei⁹ receptio in hie
rusalẽ a xpianis: ꝛ a iudeis interfectio
pauli querit̃: ac ab eisdẽ eripit̃. Ca. xxi.



A Um autẽ factũ esset vt naui
garemus abstracti ab eis re
cto cursu venimus choũ: et
sequẽti die rhodum: ꝛ inde
patharã. Et cũ inuenissem⁹
nauẽ trãsfretãtẽ in phenicẽ: ascẽdẽtes
nauigauimus. Cum apparuissem⁹ aũt
cypro relinquẽtes eam ad sinistrã: naui
gauimus in syriã: ꝛ venimus tyrũ. Ibi
eñ nauis expositura erat onus. Inuen
tis aũt discipulis: mãsimus ibi diebus
septẽ. Qui paulo dicebãt p spm̃: ne a-
scẽderet hierosolymã: ꝛ expletis diebus
ꝓfecti ibamus deducẽtib⁹ nos oĩb⁹ cũ
vxorib⁹ ꝛ filiis vsq; foras ciuitatẽ: ꝛ po
sitis genib⁹ i littore orauim⁹. Et cũ vale
B fecissem⁹ iuicẽ: ascẽdim⁹ i nauẽ: illi aũt
redierũt ad sua. Nos vero nauigatiõe ex

pleta a tyro descẽdim⁹ ptolomaidã: et
salutatis fratrib⁹ mãsim⁹ die vna apud
illos. Alia aũt die pfecti venimus cesa
reã. Et intrãtes domũ philippi euãge
liste: q̃ erat vn⁹ de septẽ: mãsim⁹ apud
eũ. Huic aũt erãt q̃tuor filie v̄gines p
s.11.b. phetãtes. Et cũ moraremur p dies ali
quot: supuenit q̃dã vir a iudea ppheta
noie agabus. Is cũ venisset ad nos: tu
lit zonam pauli: ⁊ alligãs sibi pedes ⁊
man⁹ dixit. Hec dicit spũssctũs. Virũ
C cui⁹ est zona hec: sic alligabũt i hierl'm
iudei ⁊ tradẽt in manus gẽtiũ. Qđ cũ
audissem⁹: rogabam⁹ nos ⁊ q̃ loci illi⁹
erãt ne ascẽderet hierosolymã. Tũc rñ
dit paul⁹ ⁊ dixit. Quid facitis flẽtes et
affligẽtes cor meũ. Ego autẽ no solum
alligari: sz ⁊ mori in hierl'm parat⁹ sũ
ppter nomen dñi iesu. Et cũ ei suadere
nõ possem⁹: q̃euim⁹ dicẽtes. Dñi volũ
tas fiat. Post dies autẽ istos preparati
ascẽdebam⁹ in hierl'm. Venerũt aũt q̃
dã ex discipulis a cesarea nobiscũ: ad
ducẽtes hũc apud quẽ hospitaremur:
iasonẽ quẽdã cypriũ antiquũ discipu
lũ. Et cũ venissemus hierosolymã libẽ
D ter exceperũt nos fratres. Seq̃nti aũt
die introibat paul⁹ nobiscũ ad iacobũ
oẽsq; collecti sunt seniores. Quos cũ
salutasset narrabat p singula q̃ de⁹ fe
cisset in gẽtib⁹ p ministeriũ illi⁹. At il
li cũ audissent: magnificabãt deũ: dixe
rũtq; ei. Vides frater qđ milia sunt in
iudeis q̃ crediderũt: ⁊ oẽs emulatores
sunt legis. Audierunt aũt de te: q2 di
scessionẽ doceas a moyse eoꝝ q̃ p gẽtes
sunt iudeoꝝ: dicẽs nõ debere eos circũ
cidere filios suos: neq; ƀm ɔsuetudinẽ
ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet
cõuenire multitudinẽ. Audiẽt em̃ te su
peruenisse. Hoc ergo fac qđ tibi dicim⁹.
Sunt nobis viri quatuor votũ haben
tes super se. His assumptis sanctifica
te cũ illis: ⁊ impẽde in illis vt radãt ca
pita: ⁊ sciẽt oẽs: q2 q̃ de te audierũt fal
sa sunt: sz ambulãs ⁊ ipse custodiẽs le
gẽ. De his aũt q̃ crediderunt ex gẽtib⁹
nos scripsimus iudicãtes: vt abstineãt
se ab idolis immolato ⁊ sanguine ⁊ suf
focato ⁊ fornicatiõe. Tũc paulus assũ
ptis viris postera die purificatus cum
illis intrauit in templũ: annũcians ex
pletionem dierũ purificationis donec
offerret p vnoquoq; eoꝝ oblatio. Dũ
aũt septe dies cõsummarent: hi qui de
asia erãt iudei cũ vidissent eũ in tẽplo:
cõcitauerũt oẽm populũ ⁊ iniecerũt ei
manus clamãtes. Viri israelite adiuua
te. Hic est hõ q̃ aduersus ppl'm ⁊ legẽ ⁊
locũ hunc oẽs vbiq; docẽs: insup ⁊ gẽ
tiles induxit in tẽplũ: ⁊ violauit sctm̃
locũ istũ. Viderãt em̃ trophimũ ephe
sium in ciuitate cũ ipso: quẽ estimaue
rũt: qm̃ in tẽplũ introduxisset paulus.
Cõmotaq; est ciuitas tota: ⁊ facta est
cõcursio ppl'i. Et apprehẽdẽtes paulũ
trahebãt eũ extra tẽplũ: ⁊ statim clau 23.q.2.ca.
se sunt ianue. Querẽtibus aũt eũ occi maximia
dere nunciatũ est tribuno cohortis q2 nus.
tota cõfunditur hierl'm. Qui statim as
sumptis militibus ⁊ cẽturionibus de
currit ad illos. Qui cũ vidissent tribu
nũ ⁊ milites cessauerũt pcutere paulũ.
Tunc accedẽs tribunus apprehẽdit eũ
⁊ iussit eum alligari cathenis duabus:
⁊ interrogabat quis esset ⁊ q̃d fecisset.
Alij aũt aliud clamabant in turba. Et
cũ non posset certũ cognoscere pre tu
multũ: iussit duci eũ in castra. Et cũ ve
nisset ad gradus cõtigit vt portaret a
militibus ppter vim ppl'i. Sequebat
em̃ multitudo populi clamãs tolle eũ.
Et cum cepisset duci in castra paulus
dixit tribuno. Si l3 mihi loq̃ aliq̃d ad
te. Qui dixit ei grece nosti. Nõne tu es
egyptius q̃ ante hos dies tumultũ cõ
citasti: ⁊ eduxisti i desertũ q̃tuor milia
viroꝝ sicarioꝝ. Et dixit ad eũ paulus.
Ego hõ sum: q̃dẽ iude⁹ a tharso cilicie
non ignote ciuitatis municeps. Rogo
aũt te pmitte mihi loq̃ ad ppl'm. Et cũ
ille pmisisset: paulus stãs in gradibus
annuit manu ad plebẽ: ⁊ magno silẽtio
facto: allocut⁹ est lingua hebrea dicẽs.
¶ C. S. Alloquit paul⁹ ppl'm iudaicũ
de sua apud iudeos cõuersatiõe: ac cõ
uersione ad xp̃m cum visione sibi facta
in hierl'm: qui a iudeis cesus dicit se fo
re romanum. Capi. xxij.



Iri fr̃es ⁊ pr̃es audite quã B
ad vos nũc reddo rõnem.
Cum audissent aũt q2 he
brea lingua loqueret ad il
los: magis p̃stiterũt silẽtiũ.
Et dixit. Ego sum vir iu
deus nat⁹ tharso cilicie: nutrit⁹ aũt in
ista ciuitate sec⁹ pedes gamalielis: eru
ditus iuxta veritatẽ paterne legis: emu
lator legis sicut ⁊ vos oẽs estis hodie:
qui hanc viam persecutus sum vsq; ad D
mortẽ: alligãs ⁊ tradens in custodias
viros ac mulieres: sicut princeps sacer
dotum mihi testimonium reddit ⁊ oẽs
maiores natu a quibus ⁊ ep̃las acci

pisto ad fratres damascum pgebam vt
adducerē inde vinctos in hierlm vt pu
nirent. Factū est aūt eunte me ⁊ appro
pinquante damasco: media die subito
de celo circūfulsit me lux copiosa: ⁊ de
cidens in terrā audiui vocē dicētē mi
s.9.a. bi. Saule saule quid me persequeris.
1.cor.15.b. Ego autē rndi. Quis es dñe? Dixitq̃
Gal.5.c. ad me. Ego sum iesus nazaren⁹ quē tu
persequeris. Et qui mecū erāt lumen q̇
dē viderūt: vocē aūt nō audierūt eius
C q̇ loquebat̄ mecū. Et dixi. Quid faciā
dñe? Dñs aūt dixit ad me. Surgēs va
de damascū: ⁊ ibi tibi dicet̄ de oībus q̇
te oporteat facere. Et cū nō viderē pre
claritate luminis illius ad manū dedu
ctus a comitibus veni damascū. Ana
nias aūt quidā vir sm legē testimoniū
habēs ab oībus cohabitātibus iudeis
veniēs ad me ⁊ stās dixit mihi. Saule
frater respice. Et ego eadē hora respexi
D in eum. At ille dixit. Deus patrum no
stroꝝ pordinauit te: vt cognosceres vo
luntatē eius ⁊ videres iustū: ⁊ audires
vocē ex ore eius: qꝛ eris testis illius ad
oēs hoīes eoꝝ que vidisti ⁊ audisti. Et
nūc quid moraris? Exurge ⁊ baptiza
re ⁊ ablue pctā tua inuocato noīe ipsi⁹.
Factū est aūt reuertēti mihi in hierusa
lem ⁊ orāti in tēplo fieri me in stupore
mētis ⁊ videre illū dicētē mihi. Festina
⁊ exi velociter ex hierlm: qm nō recipiēt
E testimoniū tuū de me. Et ego dixi. Dñe
Dist.50.c.si ipsi sciūt qꝛ ego erā cōcludēs in carce
post. §.⁊ vt re ⁊ cedēs per synagogas eos qui cre
ptercam⁹. debāt in te. Et cū funderet̄ sanguis ste
s.7.g. phani testis tui: ego astabā ⁊ cōsentie
bā ⁊ custodiebā vestimēta interficiētiū
illū. Et dixit ad me. Vade: qm ego in na
tiones lōge mittā te. Audiebāt aūt eū
vsq̃ ad hoc verbū: ⁊ leuauerūt vocem
suā: dicētes. Tolle de terra huiuscemo
F di. Non em̄ fas est eū viuere. Vociferā
tibus autē eis ⁊ proiicientibus vestimē
ta sua ⁊ puluerem iactantibus in aerē:
iussit tribunus induci eum in castra: et
flagellis cedi ⁊ torqueri eum vt sciret
pter quam causam sic acclamarēt ei.
Et cum astrinxisset eū loris: astāti sibi
centurioni paulus dixit. Si hominem
romanū ⁊ indēnatum lz vobis flagel
G lare? Quo audito centurio accessit ad
tribunū ⁊ nūciauit ei dicēs. Quid actu
rus es? Hic em̄ hō ciuis romanus est.
Accedēs autē tribun⁹ dixit illi. Dic mi
hi si tu romanus es. At ille dixit. Etiā.
Et rndit tribunus. Ego multa summa
ciuilitatē hanc cōsecutus sum. Et pau
lus ait. Ego autē ⁊ natus sum. Protī
nus ergo discesserunt ab illo q̇ eū tor
turi erat. Tribunus quoq̃ timuit post
q̃ resciuit qꝛ ciuis romanus esset: ⁊ qꝛ
alligasset eum. Postera autē die volēs
scire diligētius qua ex causa accusare
tur a iudeis soluit eum: ⁊ iussit sacerdo
tes conuenire ⁊ oē concilium: ⁊ produ
cens paulum statuit inter illos.

¶ C.S. Tribunus vocat pauli accusa
tores: inter quos dissensio procuratur:
ac oritur cōtra paulum noua machina
tio atq̃ eiusdem frustratio. Cap.xxiij.

Intendēs autē in cōcilium A
paul⁹ ait. Viri fratres ego
oī ɔsciētia bona ɔuersat⁹
sum ante deū vsq̃ in hodi
ernum diē. Princeps autē
sacerdotum ananias pre
cepit astantibus sibi percutere os eius.
Tunc paulus dixit ad eum. Percutiet 23.q.1.ca.
te deus paries dealbate. Et tu sedens paratus.
iudicas me sm legē: ⁊ cōtra legē iubes
me percuti. Et qui astabant: dixerunt.
Summū sacerdotē dei maledicis? Di
xit autem paulus. Nesciebam fratres:
qꝛ princeps est sacerdotum. Scriptū
est em̄. Principem populi tui nō male Exo.22.d.
dices. Sciens autē paulus qꝛ vna pars B
esset saduceoꝝ ⁊ altera phariseoꝝ: excla philip.3.a.
mauit in cōcilio. Viri fratres: ego pha
riseus sum: filius pharisēoꝝ de spe et
resurrectione mortuoꝝ ego iudicor. Et mat.22.c.
cū hec dixisset: facta est dissensio inter
phariseos ⁊ saduceos ⁊ soluta est mul
titudo. Saducei autem dicunt nō esse
resurrectionem mortuorum: neq̃ ange
lum: neq̃ spm̄. Pharisei autem vtraq̃
confitentur. Factus est autem clamor
magnus. Et exurgentes quidam pha C
riseorum pugnabāt: dicētes. Nihil ma
li inuenimus in hoīe isto. Quid si spūs
locutus est ei: aut angelus? Et cum ma
gna dissensio facta esset timens tribu
nus ne discerperet̄ paulus ab ipsis: ius
sit milites descendere: ⁊ rapere eum de
medio eorū ac deducere eum in castra.
Sequenti autem nocte assistens ei do
minus: ait. Constans esto: sicut enim te s.27.d.
stificatus es de me in hierlm: sic te opor
tet ⁊ rome testificari. Facta autem die
collegerunt se quidam ex iudeis: ⁊ de
uouerunt se dicētes neq̃ manducatu
ros neq̃ bibituros donec occiderent
paulum. Erant autē plus q̃ quadragin
ta viri qui hanc coniurationē fecerāt. D

Qui accesserūt ad pncipē sacerdotū et
seniores: ꝛ dixerūt. Deuotione deuoui-
mus nos nihil gustaturos donec occi-
dam⁹ paulū. Nūc ergo vos nō tū facite tri
buno cū consilio: vt adducat illum ad
vos: tanq̄ aliqd certi⁹ cogniturī de eo.
Nos ꝟo p̄usq̄ appropiet: parati sum⁹
interficere illū. Qḋ cū audisset fili⁹ so-
roris pauli insidias: venit ꝛ intrauit i ca-
stra: nūciauitq̄ paulo. Uocās aūt pau-
lus ad se vnū ex cēturiōib⁹ ait. Adole-
C scētē hūc pduc ad tribunū: hȝ ei aliqd
indicare illi. Et ille qdē assumēs eū: du-
xit ad tribunū ꝛ ait. Uinct⁹ paul⁹ roga-
uit me hūc adolescentē perducere ad te
hn̄tē aliqd loq̄ tibi. Apphēdēs aūt tri
bun⁹ manū illi⁹: secessit cū eo seorsum
ꝛ interrogauit illū. Quid est qḋ habes
idicare mihi? Ille aūt dixit. Iudeis cō-
uenit rogare te: vt crastina die pducas
paulū i cōsiliū: q̄si aliqd certi⁹ inq̄situ-
ri sint de illo: tu ꝟo ne credideris illis.
Insidiant̄ eni ei ex eis viri āpli⁹ q̄ qua-
draginta: q̄ se deuouerūt nō mādu̇care
neq̄ bibere: donec iterficiāt eum: ꝛ nūc
parati sunt: expectātes pmissum tuū.
Tribunus igit̄ dimisit adolescētē: pci-
piens ei ne cui loq̄ret̄: q̄m hec nota sibi
F fecisset. Et vocatis duob⁹ cēturionib⁹
dixit illis. Parate milites ducētos: vt
eāt vsq̄ cesareā: ꝛ eq̄tes septuaginta: et
lācearios ducētos: a tertia hora noctis:
ꝛ iumēta p̄parate: vt iponētes paulū:
saluū pducerēt ad felicē p̄sidē. Timuit
eni ne forte raperēt eum iudei ꝛ occide-
rēt: ꝛ ipse postea calūniā sustineret: tāq̄
accepturus pecuniā: scribēs ei epistolā
cōtinētē hec. Claudi⁹ lysias optimo p̄
sidi felici salutē. Uirū hūc cōp̄hēsum a
iudeis ꝛ incipiētē iterfici ab eis: superue-
niēs cū exercitu eripui: cognito q̄ ro-
D man⁹ ē: volēsq̄ scire cāz quā obiiciebāt
illi: deduxi eū in cōciliū eoꝝ. Quē inueni
accusari de q̄stionib⁹ legis ipsoꝝ: nihil ꝟo
dignū morte aut vinculis habētē crimē.
Et cū mihi platū esset de insidiis quas
parauerāt illi: misi eū ad te: denūciās ꝛ
accusatoribus vt dicant apud te. Uale.
Milites ꝟo s̄m p̄ceptū sibi assumētes
paulū: duxerūt p noctē in antipatridē:
ꝛ postera die dimissis eq̄tib⁹ vt cum eo
irēt: reuersi sunt ad castra. Qui cum ve-
nissent cesareā: ꝛ tradidissent ep̄lam p̄-
sidi statuerūt an̄ illū ꝛ paulū. Cū legis-
set aūt ꝛ iterrogasset de q̄ puincia eēt:
ꝛ cognoscēs: q̄ de cilicia. Audiā te in-
q̄t: cū accusatores tui venerit. Iussitq̄

in pretorio herodis custodiri eum.
¶ C. S. Accusatur paulus apud cesa-
ream: post cuius respōsionem differtur
sententia iudicis. Capi. xxiiii.
Postq̄ aūt dies descendit B
pnceps sacerdotuȝ ananias
cū senioribus q̄busdā ꝛ ter-
tullo q̄dā oratore q̄ adierūt
preside aduersus paulū. Et
citato paulo: cepit accusare tertull⁹: di-
cēs. Cū in multa pace agamus per te ꝛ
multa corrigant̄ p tuā puidētiā semp
ꝛ vbiq̄ suscipimus optime felix cū omi
grarum actiōe. Ne diutius aūt te ptra-
hā oro breuiter audias nos p tua cle-
mētia. Inuenim⁹ hunc hoiem pestiferū D
ꝛ cōcitāte seditiōes oibus iudeis i vni-
uerso orbe: ꝛ autorē seditiōis secte na-
zarenoꝝ: q̄ etiā tēpluȝ violare conatus
est. Quē ꝛ app̄hēsum voluim⁹ s̄m legē
nostrā iudicare: superueniēs aūt tribun⁹
lysias: cū vi magna eripuit eū de mani-
bus nr̄is: iubēs accusatores ei⁹ ad te ve-
nire: a q̄ poteris ipe iudicans de oibus
istis cognoscere: de q̄b⁹ nos accusam⁹
eū. Adiecerunt aūt ꝛ iudei: dicētes hec E
ita se habere. Rn̄dit aūt paul⁹ annuēte
sibi p̄side dicere. Ex multis ānis te esse
iudicē gēti huic sciens: bono aio p me
satisfaciā. Potes eni cognoscere q̄ nō
plus sunt mihi dies q̄ duodecim: ex q̄
ascēdi adorare in hierlm: ꝛ neq̄ in tem-
plo inuener̄t me cū aliq̄ disputātē aut
cōcursum faciētē turbe: neq̄ in synago-
gis: neq̄ i ciuitate: neq̄ pbare possunt
tibi de q̄bus me nūc accusant. Confiteor D
aūt hoc tibi: q̄ s̄m sectā quā dicūt here-
sim: sic deseruio p̄ri ꝛ deo meo credens
oibus q̄ in lege ꝛ pphetis scripta sunt:
spē habēs in deū quā ꝛ hiipsi expectāt
resurrectionē futurā iustoꝝ ꝛ iniquoꝝ.
In hoc ꝛ ipse studeo sine offendiculo
cōsciētiā habere ad deū ꝛ ad hoies sem-
per. Post annos āt plures elemosynas
factur⁹ in gētē meā veni: ꝛ oblatiōes ꝛ
vota: in q̄bus inuenerūt me purificatū
in tēplo nō cū turba neq̄ cū tumultu.
Et apprehēder̄t me: clamātes ꝛ dicen- E
tes. Tolle inimicū nr̄m. Quidā autem
ex asia iudei quos oportebat apud te p̄
sto esse: ꝛ accusare: si qd haberēt aduer-
sum me. Aut hiipsi dicāt si qd inuene-
rūt in me iniq̄tatis cū stē in cōcilio: nisi
de vna hac solūmō voce q̄ clamaui in-
ter eos stās: q̄m d̄ resurrectiōe mortuo- F
rū ego iudicor hodie a vobis. Distulit
autē illos felix: certissime sciens de via

hac: dicēs. Cū tribun⁹ lysias descēderit
audiā vos. Iussitqꝫ cēturioni custodire
eū ꝛ hr̄e req̄e: nec quēq̄ de suis ꝓhibe
re ministrare ei. Post aliq̄t aūt dies ve
niēs felix cū drusilla vxore sua: q̄ erat iu
dea vocauit paulū: ꝛ audiuit ab eo fidē
G q̄ est i xp̄m iesum. Disputāte aūt illo de
iusticia et castitate et de iudicio futuro
tremefact⁹ felix: rn̄dit. Qđ nūc attinet
vade: tp̄e aūt oportuno accersiā te sibi ꝛ
sperās q̄ pecunia ei daref a paulo: ꝓ
pter qđ ꝛ frequēter accersiēs eū: loq̄baf
cū eo. Biēnio āt expleto accepit succes
sorē felix porciū festū. Volēs aūt gr̄az
ꝑstare iudeis felix: reliq̄t paulū vinctū.
¶ C. S. Accusatur paulus apud festū
a quo romā propter appellationē in
terpositā mittitur: ac indicat festus re
gi agrippe de paulo. Capitulum. xxv.



Estus ergo cū venisset i pro
uinciā post triduū ascendit
hierosolymā a cesarea. Ad
ierūtqꝫ eū ꝑncipes sacerdo
tū et ꝑmi iudeoꝝ aduersus
paulū et rogabāt eū postulātes gratiā
aduersus eum: vt iuberet perduci eū in
hierl'm insidias tendentes: vt interfice
rēt eum in via. Festus autē rn̄dit serua
ri q̄dē paulum in cesarea: se aūt matu
B rius ꝓfecturū. Qui ergo i vobis ait po
tentes sunt: descendētes simul si qđ est
in viro crimē accusent eū. Demoratus
autē inter eos dies nō amplius q̄ octo
aut decē: descendit cesareā: ꝛ altera die
sedit pro tribunali: ꝛ iussit paulū addu
ci. Qui cū ꝑductus esset circumsteterāt
eū q̄ ab hierosolyma descēderāt iudei
multas ꝛ graues cās obiiciētes: q̄s nō
poterant ꝓbare: paulo rōnē reddente:
qm̄ neqꝫ in legē iudeoꝝ: neqꝫ in tēplū:
C neqꝫ in cesarē q̄cq̄ peccaui. Festus aūt
volēs gr̄az ꝑstare iudeis: rn̄dēs paulo
dixit. Uis hierosolymā ascēdere: ꝛ ibi
de his iudicari apud me. Dixit aūt pau
lus. Ad tribunal cesaris sto: ibi me opꝫ
iudicari. Iudeis nō nocui: sicut tu me
lius nosti. Si em̄ nocui: aut dignū mor
te aliq̄d feci: nō recuso mori. Si xō ni
hil est eoꝝ q̄ hi accusant me: nemo pōt
me illis donare. Cesarē appello. Tunc
D festus cū cōsilio locutus rn̄dit. Cesarē
appellasti: ad cesarē ibis. Et cum dies
aliquot transacti essent: agrippa rex et
bernice descenderūt cesareā ad salutā
dū festū. Et cū dies plures ibi morarē
tur: fest⁹ regi indicauit de paulo: dicēs.
Uir q̄dā est derelict⁹ a felice vinct⁹ de q̄

cū essez hierosolymis: adierūt me ꝑnci
pes sacerdotū ꝛ seniores iudeoꝝ postu
lātes aduersus illū ꝺ̄natione. Ad q̄s E
rn̄di q2 nō ē romanis ꝯsuetudo ꝺ̄nare
aliquē hoīem ꝑusq̄ is q̄ accusaf p̄ntes
habeat accusatores: locūqꝫ defendendi
accipiat ad abluēda crīa q̄ ei obiiciun
tur. Cū ergo huc ꝯuenissent sine vlla di
latiōe: in sequēti die sedēs ꝓ tribunali
iussi adduci virū. De quo cum stetissent
accusatores nullā cām deferebāt de q̄
bus ego suspicabar malū. Questiones
vero quasdā de sua supsticiōe habebāt
aduersus eū: ꝛ de quodā iesu defuncto
quē affirmabat paulus viuere. F Hesitās
autem ego de hmōi questione: dicebā: si
vellet ire hierosolymā: ꝛ ibi iudicari de
istis. Paulo aūt appellāte: vt seruaref
augusti cognitiōi: iussi seruari eum do
nec mittā eum ad cesarē. Agrippa aūt
dixit ad festū. Volebā ꝛ ipse hoīem au
dire. Cras inq̄t audies eū. Altera aūt
die cū venisset agrippa et bernice cum
multa ambitiōe ꝛ introissent i audito
riū cū tribunis ꝛ viris ꝑncipalib⁹ ciui
tatis iubente festo adduct⁹ est paulus.
Et dixit festus. Agrippa rex ꝛ oēs q̄ si G
mul adestis nobiscū viri: videtis hunc
hoīem de q̄ ōis multitudo iudeoꝝ iter
pellauit me hierosolymis: petētes ꝛ ac
clamātes nō oportet eū viuere āplius.
Ego vero cōperi nihil dignū eum mor
te admisisse. Ipo aūt hoc appellāte: ad
augustum iudicaui mittere. De quo q̄d
certū scribā dn̄o: non habeo: ꝓpter qđ
perduxi eū ad vos et maxime ad te rex
agrippa: vt interrogatiōe facta: habeā
q̄d scribā. Sine rōne em̄ mihi vr̄ mit
tere vinctū: ꝛ causaz ei⁹ nō significare.
¶ C. S. Respondet paulus agrippe ac
festo presidi: de cuius responsiōe habe
tur collatio. Capitulum. xxvi.



Grippa vero ad paulū ait. A
Permittif tibi loqui ꝓ te
metipso. Tūc paul⁹ extēta
manu cepit rōnē reddere.
De oīb⁹ q̄bus accusor a iu
deis rex agrippa estimo me
beatū apud te: cū sim defensur⁹ me ho
die maxime te sciēte oīa q̄ apud iudeos
sunt cōsuetudines et questiones: ꝓpter
quod obsecro patienter me audias. Et B
quidem vitam meam a iuuentute que
ab initio fuit in gēte mea in hierosoly
mis nouerunt omnes iudei presciētes
me ab initio: si velint testimonium phi
bere: qm̄ ſm certissimā sectā nostre re

Cesarē appellasti ad cesarem ibis.

ligiõis nrē pharise⁹. Et nūc in spe q̄ ad
pr̄es nr̄os repromissiõis fctā est a deo
sto iudicio subiect⁹: i q̄ duodeciz trib⁹
nr̄e nocte ac die suiētes sperāt deueni-
E re. De q̄ spe accusor a iudeis rex: q̄d icre
dibile iudicat̄ apd̄ vos: si de⁹ mortuos
suscitat. Et ego q̄dē estimaueram me ad
uersus nomē iesu nazareni debere mul
ta ɔtria agere: qd̄ et feci hierosolymis.
Et multos sctōꝝ ego i carcerib⁹ icluſi:
a pncipib⁹ sacerdotū ptāte accepta. et
cū occiderent̄ detuli sniaz. Et p oēs sy
nagogas frequēter puniēs eos: cōpelle
bā blasphemare: ⁊ ā plī⁹ insaniēs i eos
psequebar vsq; in exteras ciuitates. In
D q̄b⁹ dū irē damascū cū ptāte et pmissu
pncipū sacerdotū: die media i via vidi
rex de celo supra splēdorē solis circū-
fulsisse me lumē et eos q̄ simul mecum
erāt: oēsq; nobis cū decidissem⁹ in terrā
audiui vocē loquētē mihi hebraica lin
E.9.a.t.22. gua. Saule saule q̄d me psequēris. Durū
D. est tibi ɔtra stimulū calcitrare. Ego aūt di
xi. Quis es dn̄e. Dn̄s autē dixit. Ego
sum iesus nazaren⁹ quē tu psequēris. Sꝫ
E exurge ⁊ sta supra pedes tuos. Ad hoc
em̄ apparui tibi: vt cōstituā te ministrū
⁊ testē eoꝝ q̄ vidisti: ⁊ eoꝝ q̄b⁹ appare-
bo tibi: eripiēs te de pplis ⁊ gētib⁹: in
q̄s nūc ego mitto te aperire oculos eoꝝ
vt ɔuertant̄ a tenebris ad lucē: ⁊ de po
testate sathane ad deum vt accipiāt re-
missionē pctōꝝ ⁊ sortē inter sctōs p fi-
dē q̄ est i me. Un̄ rex agrippa nō fui icre
dul⁹ celesti visiōi: sꝫ his q̄ sunt damasci
pmū ⁊ hierosolymis: ⁊ in oēm regionē
F iudee ⁊ gētib⁹ annūciabā: vt penitētiā
agerēt: ⁊ ɔuerterent̄ ad deū digna pnīe
opa faciētes. Hac ex causa me iudei cū
essem i tēplo ɔprehēsum tētabāt: volē-
tes me iterficere. Auxilio aūt adiutus
dei: vsq; in hodiernū diē sto testificans
minori atq; maiori nihil extra dicens
q̄ā ea q̄ pphete locuti sunt futura esse
⁊ moyses si passibilis xp̄s: si primus ex
resurrectiōe mortuoꝝ lumē annūciatu
rus est pplo et gētibus. Hec loquēte eo
⁊ rationē reddēte: festus magna voce di
E.12.C. xit. Insanis paule: multe te litere ad isa
niā ɔuertūt. Et paul⁹. Nō insanio inq̄t
vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo peccatum nō facit: q̄m semen ipsius in eo manet: ⁊ non potest peccare: quoniā ex deo + natus est. In hoc manifesti sunt filij dei ⁊ filij diaboli. Omnis qui non est iustus: non est ex deo: ⁊ q̄ non diligit fratrē suū. Q̄m hec est annunciatio quā audistis ab initio: vt diligatis alterutrū. Nō sicut cain q̄ ex maligno erat: ⁊ occidit fratrē suū. Et propter quid occidit eū. Q̄m opera eius maligna erāt: fratris autem eius iusta. Nolite mirari fratres si odit vos mundus. Nos scimus quoniā translati sumus de morte ad vitā: q̄m diligimus fratres. Qui nō diligit manet i morte. Oīs qui odit fratrē suū: homicida est. Et scitis quoniā oīs homicida non habet vitā eternā in se manētē. In hoc cognouimus charitatē dei: q̄m ille aīam suā ꝓ nobis posuit: et nos debemus ꝓ fratrib⁹ aīas + ponere. Qui habuerit substātiā huius mūdi et viderit fratrē suū necesse habere + ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet i eo. Filioli mei nō diligam⁹ verbo neq3 lingua: sed opere ⁊ veritate. In hoc cognoscimus q̄m ex veritate sumus: ⁊ in conspectu eius suadebimus corda nostra. Q̄m si rep̄henderit nos cor nostrū: maior est de⁹ corde nostro: ⁊ nouit omnia. Charissimi si cor nostrum nō reprehenderit nos: fiduciā habemus ad deum: et quicquid petierim⁹: accipiemus ab eo: quoniā mandata eius custodimus: et ea que sunt placita corā eo facimus. Et hoc est mandatum eius: vt credamus in nomine filij eius iesu xp̄i: ⁊ diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mādata ei⁹: in illo manet ⁊ ip̄e in eo. Et in hoc scimus: quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis.

Als + ipse
Gen. 4. b.
Joā. 15. c.
E
De pe. dist. 1. ca. porro. §. cū ergo. 6. q. 1. c. sūma.
De pe. dist. 1. c. homicidiorum.
Leui. 19. b. ā. 2. b.
Gen. 15. b.
Als + nostras.
Al + necessitatem patientem.
D
Joā. 27. b.
Joā. 16. f.
Joā. 15. c. 1. 4. c.

¶ C.S. Ap̄ls de verbi incarnatiōe: adiungens de falsis prophetis ⁊ antichristo: ⁊ describit perfectionē charitatis: ac hortatur ad eandem. Cap̄m. iiij.

B



Harissimi: nolite oī spiritui credere: s3 ꝓbate sp̄us si ex deo sint: quoniā multi pseudo ꝓphete exierūt in mūdū. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis sp̄us qui confitetur iesum xp̄m in carne venisse: ex deo est. Et oīs spiritus qui soluit iesum: ex deo non est: et hic est antichristus de quo audistis: quoniam ve

Joā. 8. f. nit: et nūc iam in mūdo est. Vos ex deo
estis filioli: et vicistis eū: qm̄ maior est
Joā. 8. f. q̄ in vobis est q̄ q̄ in mūdo. Ipsi de mū
do sunt: idō de mūdo loquunt: ⁊ mūdus
B eos audit. Nos ex deo sumꝰ. Qui nouit
deū audit nos: q̄ non est ex deo non au-
dit nos. In hoc cognoscimꝰ spm̄ verita
tis ⁊ spm̄ erroris. Charissimi diligamꝰ
nos inuicē: q2 charitas ex deo ē. Et oīs
qui diligit fratrē suū: ex deo natꝰ est: et
21. q. 3. cap. cognoscit deum. Qui nō diligit: nō no
abiit. uit deū: qm̄ deꝰ charitas est. In hoc ap-
paruit charitas dei in nobis: qm̄ filiū
suū vnigenitum misit deus in mūdum
Joā. 3. b. vt viuamus p eum. In hoc est charitas:
C nō q̄si nos dilexerimꝰ deū: sz qm̄ ipse pꝛioꝛ
dilexit nos: ⁊ misit filiū suū ꝓpiciato-
rē pro pctis nr̄is. Charissimi si deꝰ di-
De ꝯse. dis. lexit nos: ⁊ nos debemꝰ alterutrū dili-
2. c. iterat. gere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligi
Joā. 1. b. mus inuicē: deꝰ in nobis manet: ⁊ cha-
1. Tim. 6. c. ritas eius in nobis perfecta est. In hoc
cognoscimus quoniam in eo manemꝰ
et ipse in nobis: qm̄ de spū sancto suo
dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ testifi-
camur: qm̄ pr̄ misit filiū suū saluatorē
mūdi. Quisquis cōfessus fuerit qm̄ ie-
sus est filius dei: deꝰ in eo manet ⁊ ipse
in deo. Et nos cognouimus ⁊ credimꝰ
charitati quā hz deus in nobis. Deus
charitas est: et qui manet in charitate
in deo manet et deus in eo. In hoc pfe-
cta est charitas dei nobiscū: vt fiduciā
habeamus in die iudicij: q2 sicut ille est
D et nos sumus in hoc mūdo. Timor nō
est in charitate: sed pfecta charitas fo-
ras mittit timorē: quoniā timor penā
habet. Qui autem timet: non est perfe-
ctus in charitate. Nos ergo diligamus
deum: quoniā deus prior dilexit nos.
F. 2. a. 7. b. Si quis dixerit qm̄ diligo deum: ⁊ fra
Joā. 13. d. trem suum oderit: mendax est. Qui eñ
nō diligit fratrē suum quē videt: deum
quē nō videt quō pōt diligere? Et hoc
mandatum habemus a deo: vt qui di-
ligit deū diligat ⁊ fratrem suum.
¶ C. S. Cōtinuādo d̄ dilectiōe ꝓximi
agit de emanatiōe ꝓbi ⁊ de eiꝰ manife-
statiōe: ac de fiducia hñda in deū. C. v.
A Omnis q̄ credit qm̄ iesus est
xp̄us: ex deo natus est. Et oīs
qui diligit eū q̄ genuit: dili-
git et eum q̄ natus est ex eo.
In hoc cognoscimꝰ qm̄ dili-
gimus natos dei cū deum diligamus: et
mandata eius faciamus. Hec est enim
charitas dei vt mādata eius custodia-

mus: ⁊ mandata eius grauia non sunt.
Qm̄ oē qd̄ natū est ex deo vincit mūdū. 2. Cor. 15. b
Et hec ē victoria q̄ vincit mūdū: fides B
nostra. Quis ē aūt q̄ vincit mūdū: nisi
q̄ credit qm̄ iesus est filiꝰ dei? Hic est q̄
venit p aquā ⁊ sanguinē iesus xp̄s. Nō
in aqua solū: sz in aqua ⁊ sanguine. Et De summa
spūs est q̄ testificat qm̄ xp̄s est veritas. trinitate.
Qm̄ tres sunt q̄ testimoniū dant in ce- c. dānamꝰ.
lo: pater: verbū ⁊ spūs sctūs. Et hi tres
vnū sunt. Et tres sunt q̄ testimonium
dāt in terra: spūs: aq̄ et sanguis. Et hi De celebra.
tres vnū sunt. Si testimoniū hoīm ac mis. cap. in
cipimꝰ: testimoniū dei maius ē. Qm̄ hoc quadam.
est testimoniū dei qd̄ maiꝰ est: q2 testifi Joā. 3. b.
catꝰ est de filio suo. Qui credit in filiū
dei: hz testimonium dei in se. Qui vero
nō credit filio: mēdacē facit eū: q2 non
credit i testimoniū qd̄ testificatꝰ ē deꝰ
de filio suo. Et hoc est testimonium: qm̄ C
vitā eternā dedit nobis deꝰ: ⁊ hec vita
in filio eius est. Qui hz filiū dei: hz vi-
tā: q̄ nō hz filiū dei: vitā nō hz. Hec scri
bo vobis: vt sciatis: qm̄ vitam habetis
eternā q̄ creditis i noīe filij dei. Et hec
est fiducia quā habemus ad deū: q2 qd̄-
cūq3 petierimus s̄m voluntatē eius au
dit nos. Et scimus q2 audit nos quic-
q̄d petierimus. Scimus qm̄ habemus
petitiones quas postulamꝰ ab eo. Qui De pe. dist.
scit fratrem suum peccare peccatū non 1. c. si sacer-
ad mortē petat: ⁊ dabit ei vita peccan- dos. §. pos-
ti non ad mortē. Est peccatum ad mor test etiam.
tem: non pro illo dico vt roget q̄s. Oīs D
iniq̄tas pctm̄ est: et est pctm̄ ad mortē. De pe. dist.
Scimus qm̄ oīs q̄ natus est ex deo nō 3. c. ille rex
peccat: sed generatio dei ꝯseruat eū: et tantus.
malignus nō tāget eū. Scimus qm̄ ex De pe. dist.
deo sumus: ⁊ mūdus totus in maligno 2. c. si enim.
positꝰ est. Et scimus qm̄ filiꝰ dei venit: in pn. et §.
et dedit nobis sensum vt cognoscamus precedēti.
deum verum: ⁊ simus in vero filio eius.
Hic est verus deus et vita eterna. Filio
li custodite vos a simulacris.

¶ Epl'a btī Joānis apl'i pma explicit.

¶ Argumentū in ep'lam secundā eius-
dem incipit.

Vsq3 adeo ad sanctā feminā scri-
bit: vt eādē dñam nō dubitet lite
ris appellare: eiusdēq3 filijs testimoniū
q̄ ambulent in veritate perhibet.
¶ Argumentum explicit.

¶ Epistola beati Joannis
apostoli secunda incipit.

¶ C. S. Hortatur ioannes electam ad bonum prosequendũ et malũ precauendum: ac ponit cauẽdi modum cũ excusatione de breuitate. Capitulum .j.

A

Senior electe domine et natis eius quos ego diligo in veritate: et nõ ego solus: sed et oẽs qui cognouerunt veritatem propter veritatem que permanet in vobis: et vobiscum erit in eternum. Sit vobiscum gratia: misericordia: pax a deo patre et a xpo iesu filio patris in veritate et charitate.
B Gauisus sum valde: quoniã inueni de filijs tuis ambulantes in veritate sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina: nõ tanq̃ mãdatum nouum scribens tibi: sed quod habuimus ab initio: vt diligamus alterutrum. Et hec est charitas vt ambulemus ſm mandata eius. Hoc est enim mandatum: vt quemadmodũ audistis ab initio in eo ambuletis: quoniã multi seductores exierunt in mũdum: qui non confitentur iesum christum venisse
C in carne. Hic est seductor et antichrist⁹. Uidete vosmetipsos ne perdatis que operati estis: sed vt mercedẽ plenã accipiatis. Ois qui recedit et nõ permanet in doctrina christi: deum nõ habet. (24. q. 1. ca. Quis.) Qui permanet in doctrina: hic et patrẽ et filium habet. Si quis venit ad vos: et hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum: nec aue ei dixe-
D ritis. Qui enim dicit illi aue: communicat operib⁹ eius malignis. Ecce predixi vobis: vt in die domini non cõfundamini. Plura habens vobis scribere: nolui per chartam et atramentum. (Joã. 16. f. Joã. 1. b.) Spero enim me futurum apud vos: et os ad os loqui: vt gaudium vestrũ plenum sit. Salutãt te filij sororis tue electe. Gratia tecum. Amen.

¶ Explicit epistola beati Joannis apostoli secunda.


¶ Argumentum in epistolam eiusdem tertiam incipit.


Gaium pietatis cã extollit: atq̃ vt in ipsa pietate maneat: exhortatur diotrepem impietatis et supbie cã obiurgat: demetrio autẽ bonum testimoniũ perhibet: cum fratribus vniuersis.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epistola beati ioannis apostoli tertia incipit.

¶ Ca. S. Monet gaium apostolus vt in pietate permaneat: vt a malo declinet cum adiuncta salutatione. Capitulum .j.


Senior gaio charissimo quem ego diligo in veritate. (A Distin. 93. c. legimus.) Charissime: de omnibus orationem facio prospere te igredi et valere: sicut prospere agit anima tua. (B) Gauisus sum valde venientibus fratrib⁹: et testimonium perhibẽtibus veritati tue: sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam: quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Charissime: fideliter facis quicqd operaris in fratres: et hoc in peregrinos qui testimonium reddiderunt charitati tue in cõspectu ecclesie: (C) quos bene facies deducens digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt: nihil accipiẽtes a gẽtilib⁹. Nos ergo debemus suscipere huiuscemodi: vt cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesie: sed is qui amat primatũ gerere in eis diotrepes: non recipit nos. Propter hoc si venero commoneam eius opera que facit verbis malignis garriens in nos. Et quasi nõ ei ista sufficiãt: neq; ipse suscipit fratres: et eos qui suscipiunt prohibet: et de ecclesia eijcit. (D) Charissime: noli imitari malum: sed quod bonum est. Qui bene facit ex deo est: qui autẽ male facit non videt deum. Demetrio testimoniũ redditur ab omnibus: et ab ipsa veritate: sed et nos testimonium perhibemus: et nosti quoniam testimonium nostrũ verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum et calamũ scribere tibi. Spero autem protinus te videre: et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici: saluta tu amicos nominatim.

¶ Epistola beati Joannis apostoli tertia explicit.

¶ Prologus in epistolam canonicam iude.


Udas frater iacobi: de se-
prē canonicis vnam paruã
eplaz reliqt. Et qz de libro
enoch q apochriphus est in
ea sumpsit testioniũ: repu-
diat a qbusdã: reuincit tñ
autoritate et vetustate et vsu: meruit
inter sanctas scripturas computari.

¶ Argumentũ in eplam beati
Jude apostoli incipit.

IUdas aplus fratres de corrupto-
rib⁹ vie veritatis ita informat: vt
illicitũ esse differtet de sub iugo semel
erutos seruitutis denuo operam suam
officijs nouare seruilibus.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epla canonica Jude apli incipit.

¶ C. S. Cõfirmat apostolus iudas fi-
deles contra hereticorum deceptiões:
per scripturas figurales: τ similitudi-
nes naturales: atqz fideles in veritate
confirmat. Capitulum. j.

A 
Udas iesu christi
seruus: frater autem iaco-
bi: his qui sunt in deo pa-
tre dilectis: τ xpo iesu con
seruatis τ vocatis. Mise-
ricordia vobis τ pax τ charitas adim-
pleatur. Charissimi: omnẽ sollicitudi
nem faciens scribẽdi vobis de commu
ni vestra salute: necesse habui scribere
vobis: deprecãs supercertari semel tradi
B te sctis fidei. Subintroierunt enĩ qui-
daz homines qui olim prescripti sunt
in hoc iudicium impij: dñi nri gratiaz
transferentes in luxuriam: τ solum do-
minatorem τ dominum nostrum iesuz
christum negantes. Commonere autez
vos volo scientes semel omnia: quonia
iesus populum de terra egypti saluãs:
secundo eos qui non crediderũt: per-
didit. Angelos vero q nõ seruauerunt
suum principatum: sed dereliquerunt
suũ domicilium: in iudiciũ magni dei
vinculis eternis sub caligine reserua-
uit. Sicut sodoma τ gomorra τ finiti
me ciuitates simili modo exfornicate:
et abeũtes post carnẽ alterã: facti sunt
exemplum ignis eterni penam sustinẽ
C tes. Similiter et hi qui carnem quidẽ
maculant: dominationem autem sper-
nunt: maiestatem autem blasphemãt.
Cũ michael archangelus cum diabolo
disputans: altercaret de moysi corpo-
re: nõ ẽ ausus iudiciũ inferre blasphe-
mie: sed dixit. Imperet tibi de⁹. Hi au
tem quecunqz quidẽ ignorant: blasphe
mant: quecũqz autem naturaliter tan-
q muta animalia norũt: in his corrum
pũtur. Ue illis qui in via cain abierũt.
Et i errore balaã mercede effusi sunt: D
et in contradictione chore perierunt.
Hi sunt in epulis suis macule cõuiuã- 2. Pet. 2. b.
tes: sine timore semetipsos pascentes:
nubes sine aqua: que a vẽtis circũferũ-
tur: arbores autumnales infructuose:
bis mortue: eradicate: fluctus feri ma-
ris: despumãtes suas confusiões: syde-
re errãtia: quibus procella tenebrarũ
conseruata est in eternum. Propheta-
uit autẽ de his septimus ab adã enoch
dicẽs. Ecce veniet dominus in sanctis E
milibus suis facere iudiciũ contra om
nes: τ arguere oẽs impios de omnibus
operibus impietatis eorum: quib⁹ im-
pie egerũt: τ de omnibus duris que lo-
cuti sunt contra deum peccatores im-
pij. Hi sunt murmuratores querulosi:
sm desideria sua ambulantes: τ os eo-
rum loquitur superbiã: mirantes per-
sonas questus causa. Vos autem cha- F
rissimi memores estote verborum que 1. Tim. 4. a.
predicta sunt ab apostolis domini no 2. Tim. 3. a.
stri iesu christi: qui dicebat vobis. Quo 2. Pet. 3. a.
niam in nouissimis tẽporibus venient 24. q. 3. ca.
illusores sm desideria sua ambulãtes de illis.
in impietatibus. Hi sunt qui segregãt
semetipsos animales spiritum non ha
bentes. Vos autẽ charissimi superedi-
ficantes vosmetipsos sanctissime no-
stre fidei: in spiritusancto orãtes: vos-
metipsos in dilectione dei seruate: ex-
pectantes misericordiã domini nostri
iesu christi in vitam eternam. Et hos G
quidem arguite iudicatos: illos vero
saluate de igne rapientes. Alijs autem
misereminí in timore dei: odientes
eam que carnalis est maculatam tuni-
cam. Ei autem qui potens est vos con-
seruare sine peccato: τ constituere ante
conspectum glorie sue immaculatos in
exultatione: in aduentu domini nostri
iesu christi: soli deo saluatori nostro p
iesum christum dominum nostrum: glo
ria et magnificentia: imperium τ pote
stas ante omnia secula: et nũc et in om-
nia secula seculorum. Amen.

¶ Explicit epla beati Jude apostoli.

¶ Prologus in apocalypsim beati Jo-
annis apostoli incipit.



Mnes q̄ pie volunt viuere
in xp̄o: sicut ait apl's: psecu
tionem patientur: iuxta il
2 Tim. 3. a. lud. Fili accedēs ad serui
Ecclesi. 2. a tutē dei: sta in iustitia τ ti
more: et p̄para animā tuā
ad tentationem. Tentatio nanq̄ est vi
ta hominis super terrā. Ne autem fide
les deficiāt in his: consolatur eos dn̄s
Mat. 28. f. atq̄ confirmat dicens. Uobiscum sum
vsq̄ ad cōsummationem seculi: τ noli
te timere pusillus grex. Propterea vi
dens de⁹ pater tribulatiōes quas pas
sura erat ecclesia ab apostolis fundata
supra petrā christum vt minus timean
tur: disposuit vna cum filio τ spiritu
sancto eas reuelare. Reuelauit aūt to
ta trinitas christo s̄m humanitatē: chri
stus vero ioanni per angelū: ioānes ec
clesie: de qua reuelatiōe hūc librū com
posuit. Unde et liber iste apocalypsis
dicitur: id est reuelatio: q2 hic cōtinen
tur q̄ de⁹ reuelauit ioanni τ ioānes ec
clesie: quanta scilicet ecclesia passa sit
in t̄pe primitiuo: τ nūc patiat̄: τ in no
uissimis t̄pibus antichristi passura sit:
q̄n tanta erit tribulatio vt si fieri pōt
etiā moueant̄ electi. Et q̄ p̄ his τ nunc
et in futuro premia sit susceptura: vt
quos denūciata supplicia terrēt: pro
missa p̄mia letificēt. Ideo iste liber in
ter reliquas scripturas noui testamēti
p̄phetie noīe censet̄: q̄ aliis est excellen
tior p̄phetiis. Sicut enim nouū testa
mentū prestat veteri: euāgeliū legi: ita
hec p̄phetia p̄phetiis veteris testamē
ti: q2 de xp̄o τ eccl'ia magna ex parte iā
adimpleta sacramenta denunciat. Uel
etiā ideo: q2 cū aliis vnifaria: isti trifa
ria data ē p̄phetia simul: scz de p̄teri
to τ p̄senti τ futuro. Ad cuius ꝯfirmā
dam autoritatē: occurrit etiam autori
tas mittētis: deferentis: τ accipiētis.
Mittētis: scz trinitatis: deferētis: scz
angeli: et accipiētis: scz ioannis. Cum
autem ioanni hec in visione fuerunt re
uelata: et sint tria genera visionū: sub
quo genere ꝯtineat̄: videndū est. Uisio
eīm alia corporalis: q̄n videlicet corpora
libus oculis aliquid videmus. Alia spi
ritualis seu imaginaria: cū vez dormiē
tes vel etiā vigilātes imagines rerum
cernimus: quib⁹ aliq̄d aliud significa
tur: sicut vidit pharao spicas: τ moyses
rubū ardere: ille dormiens: iste vigilās.
Alia intellectualis: q̄n vez sp̄ūsctō reue
lāte intellectui mentis veritatē myste
riorum sicut est: capim⁹: quō vidit ioānes
q̄ in hoc libro referunt̄. Nō eīm figuras
tm̄ sp̄ū vidit: sz τ earū significata mēte
intellexit. Uidit aūt ioānes τ scripsit i
pathmos insula relegat⁹ a domitiano
in exilio p̄ncipe imp̄ijssimo. Hac cū ad
scribēdū ꝯpellēte cā: q2 dū exul teneret
a domitiano in pathmos insula: i eccle
siis quib⁹ preerat multa pullulauerūt
atq̄ inoleuerūt vitia: atq̄ diuerse here
ses. Erāt eīm quidā heretici ibi: dicētes
xp̄m nō fuisse aū mariā: q2 t̄palr de ea
natus erat: quos ioānes i p̄ncipio euā
gelij sui redarguit: dicēs. In principio Joā. 1. a.
erat verbū. Et in hoc libro cū dicit: al
pha et o: id est principium τ finis. Dice
bāt etiā quidā ecclesiā pōdere tribula
tionū ante finē seculi defiturā: τ p̄ labo
re nō p̄miū eternū suscepturā. Horum
ergo errores volēs destruere ioannes:
ostēdit xp̄m principiū esse τ finē. Unde
esaias. Ante me nō est formatus de⁹: et Esa. 43. b.
post me nō erit. Et ecclesiā p̄ exercitiū
tribulationū nō desinere: sz p̄ficere: et
p̄ his brauiū eternū recipere. Scribit
aūt ioānes septē ecclesijs asie: τ earum
septē ep̄is de p̄dictis instruct̄: et in eis
per eā totā generalē ecclesiam docēs.
Est itaq̄ materia ioānis in hoc op̄e sta
tus specialr̄ asiane ecclesie: necnō τ to
tius vez q̄ in p̄senti patiat̄: τ in futuro
receptura sit. Intentio vero ei⁹ est mo
nere ad patiētiā q̄ seruāda ē: tū q2 bre
uis labor: tum q2 premiū magnū. Mo
dus tractādi talis. Primo p̄mittit p̄lo
gū et salutationē: vbi reddit auditores
benignos τ attentos: quo p̄misso acce Apoc. 22. a.
dit ad narrationē. In narrationē vero
ostēdit xp̄m esse ab eterno sine p̄ncipio
τ fine. Inducens ipsum loquentē. Ego
sum alpha et o: id est principium et fi
nis. Postea accedens ad narrationē di
stinguit septem visiones: quib⁹ termi Apoc. 1. a.
natis iste liber consummatur. Premit
tit autem prologum: dicens. Apocaly
psis Iesu christi: subaudis: hec est: sicut
in aliis. Uisio esaie hec est. Et parabo
le salomonis he sunt.

¶ Item alius prologus in
Apocalypsim.

Joannes apl'us et euāgelista a xp̄o Joā. 13. f.
electus atq̄ dilectus: in tāto amo Ibidē. 19. e.
re dilectiōis vberior habitus est: vt in Joā. 2. a.
cena supra pect⁹ ei⁹ recūberet: τ ad cru
cē astanti soli matrē p̄priā ꝯmēdasset:

vt quem nubere volentē ad amplexum
virginitatis asciuerat: ipsi etiā custo-
diendā virginē tradidisset. Hic itaq
cum propter verbū dei & testimonium
Jesu xpi in pathmos insulā sortiretur
exiliū: illic ab eodē apocalypsis ostē-
sa describit: vt sicut in principio cano
nis: id est libri geneseos: incorruptibile
principiū pnotat: ita etiā incorrupti-
bilis finis p virginē in apocalypsi red
Apoc. 22. c deret: dicētis. Ego sum alpha & o: ini-
tiū & finis. Hic est ioānes q sciēs sup-
uenisse sibi diem egressiōis de corpore
cōuocatis i ephoso discipulis: descēdit
in defossum sepulture sue locū: oratio-
neq cōpleta reddidit spm: tā a dolore
mortis fact⁹ extraneus: q̄ a corruptio
ne carnis noscit alienus. Cuius tn̄ scri
ptur e dispositio vel libri ordinatio:
ideo a nobis p singula non exponit: vt
nescientibus inquirēdi desideriū col-
locet: et querentibus laboris fructus:
et deo magisterij doctrina seruetur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum in Apocaly-
psim beati Joannis apostoli.



Apocalypsis ioānis tot habet
sacramēta quot verba. Parū
dixi: & pro merito voluminis
laus omnis inferior ē. In ver
bis singulis multiplices la-
tent intelligentie.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit liber Apocalypsis
beati Joannis apostoli.

¶ C. S. Joannes scripsit septem eccle
sijs in asia: de testimonio de his q opor
tet fieri cito: qui vidit septem candela
bra aurea: ac in medio candelabrorum
similē filio hominis: ac ponitur ioan-
nis trepidatio. Capitulum. j.

B



Apocalypsis
Jesu christi: quā dedit
illis deus palā facere
seruis suis: q oportet
fieri cito: et significa-
uit: mittens p angelū
suū seruo suo Joanni
q testimoniū phibuit
j. 22. c. verbo dei: et testimo-
niū iesu xpi quecunq vidit. Beatus q le-
git & audit verba pphetie huius: & ser-
uat ea q in ea scripta sunt. Tēpus eīn j. 22. c.
ppe est. Joannes septē ecclesijs q sunt
in asia. Gratia vobis & pax ab eo q est: B
et q erat: & qui vēturus est: et a septem Dist. 29. ca
spiritibus q in conspectu throni eius pi. necesse.
sunt: & a iesu xpo q est testis fidelis pri
mogenitus mortuorū & princeps regū
terre. Qui dilexit nos et lauit nos a pec Hebr. 19. c.
catis nrīs in sanguine suo: et fecit nos 1. Joan. 1. d.
regnum & sacerdotes deo et patri suo.
Ipsi gloria et imperium in secula secu-
lorum: amē. Ecce venit cum nubib⁹: et Esaie. 3. c.
videbit eum ois oculus: & qui eum pu- Idē. 4. b. &
pugerunt. Et plangēt se sup eū oēs tri 44. a. &
bus terre: etiā amē. Ego sum alpha et 48. b.
o: principiū et finis: dicit dn̄s de⁹: qui mat. 24. d.
est: & q erat: & q venturus est ops. Ego Judicū. 1. c.
ioānes frater vester: & particeps in tri j. 22. c.
bulatiōe & regno & patientia in xpo Je C
su: fui in insula q appellat pathmos:
ppter verbū dei & testimoniū iesu xpi. j. 4. a.
Fui in spū in dn̄ica die. Et audiui post
me vocē magnā tāq tube: dicētis. Qd
vides: scribe in libro: & mitte septē ec-
clesijs q sunt in asia: ephoso: & smyrne:
et pgamo: & thiatyre: & sardis: & phila
delphie: & laodicie. Et cōuersus sum vt
viderē vocē q loquebat mecū. Et cōuer
sus vidi septem cādelabra aurea: et in j. 2. c. &. 19. c.
medio septē cādelabrorū aureorū simi- D
lem filio hois vestitū podere: & precin
ctum ad māmillas zona aurea. Caput
aūt ei⁹ & capilli erāt cādidi: velut lana
alba: & tāq nix. Et oculi ei⁹ tāq flam
ma ignis: & pedes ei⁹ similes auricbal-
co: sicut in camino ardēti. Et vox illi⁹
tanq vox aquarū multarū: et habebat
in dextera sua stellas septē. Et de ore
ei⁹ gladi⁹ + vtraq parte acut⁹ exibat: als. + ex
et facies ei⁹ sicut sol lucet in virtute sua. j. 19. c.
Et cū vidissem eū cecidi ad pedes eius mat. 17. a.
tanq mortu⁹. Et posuit dexterā suam Esa. 44. a.
super me: dicēs. Noli timere: ego sum j. 22. c.
primus & nouissim⁹ et viuus: & fui mor Esaie. 22. f
tuus: & ecce sum viuēs in secula seculo- Job. 12. c.
rū. Et habeo claues mortis et inferni. j. 3. b.
Scribe ergo q vidisti: & q sunt: & q opor
tet + fieri post hec. Sacramētū + septē Als. + cito.
stellarū quas vidisti in dextera mea: et Al. + myste
septē cādelabra aurea: septē stelle an- rium.
geli sunt septem ecclesiarum: & cādela
bra septem: septem ecclesie sunt.

¶ Ca. S. Informat apostolus ecclesiā
ephesinam ac ecclesiam smyrnensem: &
deinde ecclesiā pergamensem: atq ec-
clesiam thiatyrensem: ac ponitur dis-
cretio bonorum a malis. Caplm. ij.

B 
T angelo ephesi eccl'ie scri
be. Hec dicit q̄ tenet septē
stellas in dextera sua: q̄ am
bulat in medio septē cāde
labrorum aureorum. Scio opa
tua ꝛ laborē ꝛ patiētiā tuā: ꝛ q2 nō po
tes sustinere malos: ꝛ tentasti eos q̄ se
dicunt aplos esse ꝛ nō sunt: ꝛ inuenisti
Di.50.c. q2 scitas tua. et. c. dn̄o. eos mēdaces. Et patiētiā habes: ꝛ su
stinuisti ꝓpter nomē meū: ꝛ nō defeci
sti. Sz habeo aduersū te pauca: ꝙ cha
B ritatē tuā primā reliqsti. Memor esto
J.3.a. itaq̃ vnde excideris: ꝛ age pniam: ꝛ p
Lucc.13.a. ma opa fac. Sin aūt venio tibi ꝛ moue
De pe.di.1. bo candelabrū tuū de loco suo: nisi pe
c. sunt qui nitētiam egeris. Sz hoc habes: q2 odi
arbitrant. sti facta nicolaitarū: q̄ et ego odi. Qui
3.c. miror. habet aurē audiat: q̄d spūs dicat eccle
C sijs. Vincēti dabo edere de ligno vite:
qd̄ est in paradiso dei mei. Et angelo
smyrne ecclesie scribe. Hec dicit primus
et nouissimus: q̄ fuit mortuus ꝛ viuit.
Scio tribulationē tuā ꝛ paupertatē
tuā: sz diues es ꝛ blasphemaris ab his
q̄ se dicūt iudeos esse ꝛ nō sunt: sz sunt
synagoge sathane. Nihil horum timeas q̄
passurus es. Ecce missurus est diabo
lus aliquos ex vobis in carcerē vt tēte
mini: ꝛ habebitis tribulationē diebus
decē. Esto fidelis vsq̃ ad mortē: ꝛ da
bo tibi coronā vite. Qui hȝ aurem au
D diat: q̄d spūs dicat ecclesijs. Qui vice
J.3.a. rit: nō ledetur a morte scd̄a. Et angelo
pergami ecclesie scribe. Hec dicit q̄ hȝ
romphea ex vtraq̃ parte acutā. Scio
vbi habitas: vbi sedes est sathane: ꝛ te
nes nomē meum: ꝛ nō negasti fidē meā.
Et in diebus illis antiphas testis me⁹
fidelis: qui occisus est apud vos: vbi sa
thanas habitat. Sz habeo aduersus te
pauca: q2 habes illic tenētes doctrinā
balaā: qui docebat balac mittere scan
dalū corā filijs israel edere ꝛ fornicari:
E ita habes ꝛ tu tenētes doctrinā nicolai
tarū. Similr̄ penitētiam age si quomi
nus: veniam tibi cito ꝛ pugnabo cum
illis in gladio oris mei. Qui hȝ aurem
audiat: quid spūs dicat ecclesijs. Vin
centi dabo manna absconditum: ꝛ dabo
illi calculū candidū: ꝛ in calculo nomē
nouū scriptum qd̄ nemo scit nisi q̄ acci
pit. Et angelo thiatyre ecclesie scribe.
3.1.c. Hec dicit filius dei q̄ hȝ oculos tanq̄
J.19.c. flammā ignis: ꝛ pedes eius similes au
richalco. Noui opera tua ꝛ fidē ꝛ cha
ritatē tuā ꝛ ministeriū et patiētiā tuā:
et opera tua nouissima plura priorib⁹.

Sed habeo aduersus te pauca: q2 per
mittis mulierē hiezabel q̄ se dicit pro F
phetē + docere: ꝛ seducere ꝯuos meos Als + pro
fornicari et māducare de idolothitis. phetam.
Et dedi illi tp̄s vt penitētiā ageret: et Job.24.d.
nō vult penitere a fornicatiōe sua. Ec
ce ego mitto eā in lectū: ꝛ q̄ mechātur
cū ea in tribulatione maxima erūt: nisi
penitētiā ab operibus suis egerint: et
filios eius interficiā in mortē: ꝛ scient
oēs ecclesie: q2 ego sum scrutās renes ꝛ
corda: ꝛ dabo vnicuiq̃ vr̄m ꝯm opera
sua. Vobis aūt dico: ꝛ ceteris qui thia Hier.17.b
tyre estis: quicunq̃ nō habēt doctrinā G
hāc: ꝛ q̄ nō cognouerūt altitudinē sa
thane: quēadmodū dicūt: nō mittā su
per vos aliud pōdus: tn̄ id qd̄ habetis
tenete donec veniā. Et q̄ vicerit ꝛ custo Ps.2.
dierit vsq̃ in finē opera mea: dabo illi J.19.b.
potestatē sup gētes: ꝛ reget eas in vir
ga ferrea: ꝛ tanq̄ vas figuli cōfringent:
sicut et ego accepi a patre meo: ꝛ dabo
illi stellā matutinam. Qui habet aurē
audiat: quid spiritus dicat ecclesijs.
¶ C. S. Instruit aplūs angelum ecclesie
sardine: ac angelum philadelphie: et
angelum laodicie. Cap. iij.


T angelo eccl'ie sardis scri B
be. Hec dicit qui hȝ septē
spūs dei: ꝛ septem stellas.
Scio opera tua: q2 nomen
habes ꝙ viuas et mortuus
es. Esto vigilās: ꝛ cōfirma Al. + reliq̄.
cetera + que moritura erāt. Nō ei inueni Als + mor
opera tua plena corā deo meo. In mēte tua.
ergo habe qualr̄ acceperis ꝛ audieris ꝛ
serua: ꝛ pniam age. Si ergo nō vigila
ueris veniā ad te tanq̄ fur: et nescies q̄ 1.thes.5.a.
hora veniam ad te. Sed habes pauca 2.Pe.3.c.
noia in sardis qui nō inquinauerūt ve De pe.di.1.
stimenta sua: ꝛ ambulabunt mecum in c. si enim.
albis: q2 digni sunt. Qui vicerit sic ve 3.2.c.
stietur vestimētis albis: ꝛ nō delebo no
men eius de libro vite: ꝛ confitebor no
men eius corā patre meo ꝛ corā ange
lis ei⁹. Qui hȝ aurē audiat: quid spūs
dicat ecclesijs. Et angelo philadelphie D
ecclesie scribe. Hec dicit sctūs et verus 3.1.d.
qui hȝ clauē dauid: qui aperit et nemo Esa.22.f.
claudit: claudit et nemo aperit. Scio Job.12.c.
opera tua. Ecce dedi corā te ostiū aper
tum qd̄ nemo potest claudere: q2 modi
cam habes virtutē. Et seruasti verbum
meū: ꝛ nō negasti nomē meum. Ecce da
bo de synagoga sathane: qui dicunt se
iudeos esse ꝛ non sunt: sed mētiuntur.
Ecce faciam illos vt veniant: ꝛ adorēt

ante pedes tuos: ⁊ sciēt q2 ego dilexi
te. Qm̄ seruasti verbū patiētie mee: et
C ego seruabo te ab hora tētationis que
ventura est in orbē vniuersum tētare ha
bitātes in terra. Ecce venio cito. Tene
quod habes: vt nemo accipiat coronā
tuā. Qui vicerit: faciā illū colūnā in tē
plo dei mei: ⁊ foras nō egredietꝰ āpliꝰ.
Et scribā sup eū nomē dei mei: ⁊ nomē
ciuitatis dei mei noue hierl'm: q̄ descē
dit de celo a deo meo ⁊ nomē meū no
uū. Qui hꝫ aurē audiat: q̄d spūs dicat
ecclesijs. Et āgelo laodicie ecclesie scri
be. Hec dicit amē testis fidelis ⁊ verus
qui ē pncipiū creature dei. Scio opa
tua: q2 neq3 frigidus es: neq3 calidus.
Utinā frigidus esses: aut calidus: sꝫ q2
tepidus es: ⁊ nec frigidus: nec calidꝰ:
incipiā te euomere ex ore meo: q2 dicis
q2 diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nullius
egeo: ⁊ nescis: q2 tu es miser: ⁊ misera
bilis: ⁊ pauper: ⁊ cecus: ⁊ nudus. Sua
D deo tibi emere a me aurū ignitū pba
tū: vt locuples fias: ⁊ vestimētis albis
induaris: vt nō appareat ɔfusio nudi
tatis tue: ⁊ collyrio inūge oculos tuos
vt videas. Ego quos amo arguo: et ca
stigo. Emulare ergo: ⁊ penitentiā age.
Puerb. 3.b Ecce sto ad ostium ⁊ pulso. Si q̄s au
Heb. 12.b. dierit vocē meā: et aperuerit mihi ia
nuā: intrabo ad illū: ⁊ cenabo cū illo:
⁊ ipse mecum. Qui vicerit dabo ei ede
re de ligno vite: ⁊ sedere mecū in thro
no meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cū patre
meo in throno eius. Qui habet aurem
audiat: quid spiritus dicat ecclesijs.

¶ C. S. Uidit ioannes ostiū apertum
in celo ac sedem positam in cuius cir
cuitu fuerāt sedilia vigintiquatuor:
cū quatuor animalibus dantibus glo
riam deo die ac nocte. Capi. iiij.

B POst hec vidi: ⁊ ecce ostium
apertū in celo. Et vox pria
quā audiui tāq̄ tube loq̄n
tis mecum dicēs. Ascende
huc ⁊ ostēdā tibi q̄ oportet
S.1.c. fieri cito. Post hec statī fui
in spū. Et ecce sedes posita erat i celo:
et supra sedē sedens. Et qui sedebat si
milis erat aspectui lapidis iaspidis ⁊
Al' + sardi sardinis +: ⁊ iris erat i circuitu sedis
B similis visioni smaragdine. Et in cir
cuitu sedis sedilia vigintiquatuor: et
sup thronos vigintiquatuor seniores:
sedētes circūamicti stolis albis: ⁊ i ca
De elect. c. pitibꝰ eoꝝ coronas aureas. Et de thro
scriptum. no pcedebant fulgura ⁊ voces et toni
trua: ⁊ septē lampades ardentes ante
thronū: que sunt septē spūs dei. Et in
cōspectu sedis tanq̄ mare vitreū simi
le crystallo: ⁊ in medio sedis: et in cir
cuitu sedis quatuor aialia plena oculis
ante ⁊ retro. Et animal pmum simile C
leoni: ⁊ scd'm aial simile vitulo: ⁊ tertiū
animal habens faciē quasi hominis: et
quartū animal simile aquile volanti.
Et quatuor animalia singula eorū ha
bebant alas senas: ⁊ in circuitu ⁊ intus
plena sunt oculis. Et requiem non ha
bebant die ac nocte dicētia. Sanctus:
sanctus: sanctus dñs deus oīpotens: q̄
erat: et qui est: ⁊ qui venturus est. Et cū Esa. 6.b.
darēt illa animalia gloriā et honorē ⁊ D
benedictionē sedenti super thronū vi
uenti in secula seculoꝝ: pcidebāt vigin
tiquatuor seniores ante sedētē in thro
no: ⁊ adorabāt viuētē in secula seculoꝝ:
et mittebāt coronas suas ante thronū
dicētes. Dignus es dñe deus noster ac
cipere gloriam ⁊ honorem ⁊ virtutem:
quia tu creasti omnia: ⁊ propter volū
tatem tuam erāt: et creata sunt.

¶ Ca. Sū. Post fletum beati ioannis:
agnus occisus aperit librū cuius digni
tatem approbāt vigintiquatuor senio
res ac angeloꝝ milia milium. Ca. v.

ET vidi in dextera sedentis A
sup thronū librū scriptum
intus et foris signatum si
gillis septē. Et vidi ange Eze. 2.d.
lum fortē: predicantē voce
magna. Quis est dignꝰ ape
rire librū et soluere signacula eius? Et
nemo poterat neq3 i celo: neq3 i terra:
neq3 subtus terrā aperire librum: neq3
respicere illū. Et ego flebā multū: qm̄ B
nemo dignus inuētus est aperire librū
nec videre eum. Et vnus de senioribus
dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo
de tribu iuda: radix dauid aperire li
brum: ⁊ soluere septē signacula eiꝰ. Et
vidi: ⁊ ecce in medio throni ⁊ quatuor
animaliū: ⁊ in medio senioꝝ agnū stan
tem tanq̄ occisum: habētem cornua se
ptem ⁊ oculos septē: q̄ sunt septē spūs I. 6. a.
dei missi in oēm terrā. Et venit: ⁊ acce C
pit de dextera sedētis in throno librū.
Et cū aperuisset librū: quatuor aialia
et vigintiquatuor seniores ceciderunt
corā agno habentes singuli citharas ⁊
phialas aureas plenas odoramētoꝝ:
que sunt orōnes sctōꝝ: ⁊ cantabāt can
ticum nouum dicentes. Dignus es dñe
aperire librū ⁊ soluere signacula eius:

qm̄ occisus es ꝛ redemisti nos deus in
sanguine tuo ex oī tribu ꝛ lingua ꝛ po
I.7.d. pulo ꝛ natione. Et fecisti nos deo nr̄o
regnū ꝛ sacerdotes: ꝛ regnabimus sup
D terrā. Et vidi et audiui vocē angeloꝝ
Dan.7.c. multoꝝ in circuitu throni ꝛ aīalium ꝛ
seniorū: ꝛ erat numerus eoꝝ milia mi
lium: dicētium voce magna. Dignus est
agnus q̄ occisus est accipere virtutē et
diuinitatē ꝛ sapiētiā ꝛ fortitudinē et
honorē ꝛ gloriā ꝛ bn̄dictionē. Et oēm
creaturā que in celo ē ꝛ que sup terrā ꝛ
subtus terram ꝛ mare: ꝛ que in eo sunt
oēs audiui: dicētes sedenti in throno ꝛ
agno. Bn̄dictio ꝛ honor ꝛ glīa et ptās
in secula seculoꝝ. Et quatuor aīalia di
cebant: amē. Et vigintiquatuor senio-
res ceciderunt in facies suas: ꝛ adora-
uerunt viuentem in secula seculoꝝ.
¶ C. S. Post apertionem quinq̄ sigil
lorum diuersi effectus futuri signātur:
et in apertione sexti sigilli ponitur de
extremo iudicio. Capi.vi.

A 
T vidi qd̄ aperuisset agnus
vnū d̄ septē sigillis: ꝛ audi
ui vnū de quatuor aīalib⁹
dicēs tanq̄ vocem tonitrui.
Ueni ꝛ vide. Et vidi: ꝛ ecce
equ⁹ albus: ꝛ q̄ sedebat sup
eū habebat arcū: ꝛ data est ei corona: ꝛ
exiuit vincēs vt vinceret. Et cū apuis-
set sigillū scḋz: audiui scḋz aīal: dicēs.
Ueni ꝛ vide. Et exiuit ali⁹ equ⁹ rufus:
et q̄ sedebat sup illū datū est ei vt sume
A.1.b. ret pacē de terra: ꝛ vt inuicē se interfi-
B ciāt: ꝛ datus est ei gladius magn⁹. Et
cū aperuisset sigillū tertiū: audiui ter-
tium aīal dicens. Ueni ꝛ vide. Et ecce
equus niger: ꝛ q̄ sedebat sup illū habe-
bat statherā in manu sua. Et audiui tā
q̄ vocē in medio quatuor aīaliū dicen
tiū. Bilibris tritici denario vno: ꝛ tres
bilibres hordei denario vno: ꝛ vinū et
oleū ne leseris. Et cū aperuisset sigillū
quartū audiui vocē quarti aīalis dicē
tis. Ueni ꝛ vide. Et ecce equ⁹ pallid⁹:
et q̄ sedebat sup eū nomē illi mors: et
infernus sequebat eū. Et data ē illi po
testas sup quatuor partes terre: interfi
cere gladio fame ꝛ morte ꝛ bestijs ter-
re. Et cū aperuisset sigillū quintū vidi
subtus altare aīas interfectoꝝ ꝑpter
verbū dei: ꝛ ꝑpter testimoniū qd̄ habe
C bant. Et clamabāt voce magna dicen-
Al'+ vs īte tes. Usquequo dn̄e scūs et verus + nō
rā vsq̄quo iudicas: ꝛ nō vindicas sanguinem nr̄m
de his q̄ habitāt in terra? Et date sunt
illis singule stole albe: et dictū est illis
vt requiescerent adhuc tp̄s modicum:
donec cōpleantur + cōserui eoꝝ: ꝛ fra- Als + com
tres eoꝝ: qui interficiendi sunt sicut et pleat nūe-
illi. Et vidi cū aperuisset sigillū sextū: rus ꝯseruo
et ecce terremotus magnus factus est: rum suoꝝ.
sol factus est niger tanq̄ saccus cilicin⁹: Mat.27.f
et luna tota facta ē sicut sanguis: ꝛ stel D
le de celo ceciderūt super terram: sicut
ficus emittit grossos suos cum a vēto
magno mouetur. Et celuz recessit sicut
liber inuolutus: ꝛ omnis mons ꝛ insu-
le de locis suis mote sunt ꝛ reges terre
et principes ꝛ tribuni ꝛ diuites ꝛ for-
tes: ꝛ oīs seruus ꝛ liber: abscōderūt se Esa.2.d.
in speluncis ꝛ in petris montium. Et di Osee.10.c
cunt montibus ꝛ petris. Cadite super Luce.23.c
nos: ꝛ abscōdite nos a facie sedētis su
ꝑ thronū: ꝛ ab ira agni: qm̄ venit dies
magnus ire ipsoꝝ. Et q̄s poterit stare?
¶ C. S. Uidit aplūs signatos signo dei
viui ex oī tribu isrl' gentibus ꝛ pplīs q̄
venerunt ex magna tribulatione quos
agnus reget: abstergens oēm lachrymā
ab oculis eorum. Capi.vij.


Ost hec vidi quatuor ange B
los stantes super quatuor
angulos terre: tenētes qua
tuor ventos terre ne flarēt
super terram: neq̄ sup ma
re: neq̄ in vllā arborē. Et vi
di alterum angelum ascēdentē ab ortu
solis habentem signum dei viui: et cla-
mauit voce magna quatuor angelis: q̄-
bus datum est nocere terre: ꝛ mari: di-
cens. Nolite nocere terre et mari neq̄ I.9.c
arboribus quoadusq̄ signemus seruos
dei nostri in frontibus eorum. Et audi
ui numerum signatorum centumqua-
dragintaquatuor milia signati ex oīni
tribu filioꝝ israel. Ex tribu iuda: duo-
decim milia signati. Ex tribu ruben:
duodecim milia signati. Ex tribu gad: D
duodecim milia signati. Ex tribu aser:
duodecim milia signati. Ex tribu ne-
ptalim: duodecim milia signati. Ex tri
bu manasse: duodecim milia signati.
Ex tribu symeō: duodecim milia signa
ti. Ex tribu leui: duodecim milia signa
ti. Ex tribu isachar: duodecim milia si
gnati. Ex tribu zabulon: duodecim mi
lia signati. Ex tribu ioseph: duodecim
milia signati. Ex tribu beniamin: duo-
decim milia signati. Post hec vidi tur-
bam magnam quam dinumerare nemo
poterat: ex omnibus gentibus ꝛ tribu-
bus et populis et linguis stantes ante

thronū: ⁊ in ꝯspectu agni amicti stolis
C albis ⁊ palme in manib⁹ eoꝝ: ⁊ clama-
bant voce magna: dicētes. Salus deo
nr̄o q̄ sedet sup thronū ⁊ agno. Et oēs
angeli stabāt in circūitu throni ⁊ senio
rum ⁊ quatuor aīaliū: ⁊ ceciderūt in cō
spectu throni in facies suas: ⁊ adoraue
runt deū dicētes. Amē. Benedictio et
claritas ⁊ sapiētia ⁊ grāꝝ actio: honor
et virtus ⁊ fortitudo deo nr̄o: in secula
seculoꝝ amē. Et rn̄dit vn⁹ de seniori-
bus: ⁊ dixit mihi. Hi q̄ amicti sunt sto-
lis albis: q̄ sunt ⁊ vn̄ venerūt. Et dixi il-
D li. Dn̄e mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sūt
q̄ venerūt de tribulatione magna: ⁊ la-
uerunt stolas suas ⁊ dealbauerunt eas
in sanguine agni. Jdō sunt an̄ thronum
I.5.c. dei: ⁊ seruiunt ei die ac nocte in tēplo
Als ✝ habi- ei⁹: ⁊ q̄ sedet i throno habitabit ✝ sup
tat illos. Nō esuriēt neq; sitiēt ā̄plius: nec
Esa.25.c. cadet sup illos sol: neq; vllus estus: qm̄
I.21.a. agn⁹ q̄ i medio throni ē: reget illos: et
deducet eos ad vite fōtes aq̄ꝝ: ⁊ abster
get deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ.
¶ C. S. Fit silētiū in celo in apertione
sigilli septimi: ac recepit angelus icēsa
mixta: ⁊ fiūt tonitrua ⁊ voces: ⁊ p̄parāt
se ad canēdum septē angeli: ac ponitur
de cantu quatuor angelorum. Ca. viij.

A Et cū apuisset sigillū septi-
mū: factū est silētiū in celo
q̄si media hora. Et vidi se-
ptē angelos stātes in ꝯspe-
ctu dei: ⁊ date sunt illis se-
ptē tube. Et ali⁹ angel⁹ ve-
nit ⁊ stetit an̄ altare hn̄s thuribulū au-
reū: ⁊ data sunt illi incēsa multa: vt da
ret de orōnib⁹ sctōꝝ oīm sup altare au
B reū qđ est an̄ thronū dei. Et ascēdit fu-
mus icēsoꝝ de orōnib⁹ sctōꝝ de manu
angeli corā deo. Et accepit angel⁹ thu-
ribulū aureū: ⁊ ipleuit illud de igne al
taris ⁊ misit in terrā. Et facta sunt to
nitrua ⁊ voces ⁊ fulgura: ⁊ terremotus
magn⁹: ⁊ septē angeli q̄ habebāt septē
C tubas p̄parauerūt se vt tuba canerēt. Et
p̄mus angelus tuba cecinit. Et facta est
grādo ⁊ ignis mixta i sanguie: ⁊ missū
est in terrā. Et tertia ps terre cōbusta
est: ⁊ tertia ps arboꝝ ꝯcremata ē: ⁊ oē
fenū viride cōbustū ē. Et scđs angelus
tuba cecinit: et tāq̄ mōs magnus igne
ardēs missus ē in mare. Et facta ē ter-
tia ps maris sanguis: ⁊ mortua est ter-
tia ps creature eoꝝ q̄ habebant alas in
mari: ⁊ tertia ps nauiū interijt. Et ter-
tius angelus tuba cecinit: ⁊ cecidit de
celo stella magna ardēs tāq̄ facula. Et
cecidit i tertiā ptē fluminū ⁊ in fontes
aq̄rū: ⁊ nomē stelle dr̄ absinthiū. Et fa-
cta est tertia ps aquarū in absinthiū: et D
multi hoīz mortui sunt de aq̄s: q2 ama
re facte sunt. Et q̄rt⁹ angel⁹ tuba ceci-
nit: ⁊ pcussa est tertia ps solis: ⁊ tertia
ps lune: ⁊ tertia ps stellaꝝ: ita vt obscu
raret tertia pars eoꝝ: ⁊ diei nō luceret
tertia ps ⁊ noctis silr. Et vidi ⁊ audiui
vocē vni⁹ aquile volātis p mediū celi
dicentis voce magna. Ve: ve: ve: habitā
tibus in terra. De ceteris vocibus triū
angelorum qui erant tuba canituri.
¶ Ca. S. In cantu quinti angeli cadit
stellā de celo: et precipit locustis ne le-
dant terrenascentia: et in cantu sexti
angeli soluunt alligati angeli i flumio
magno euphrate. Capi. ix.

Et quintus āgelus tuba ce- A
cinit: et vidi stellā de celo I.20.a.
cecidisse in terrā: ⁊ data est I.14.c.⁊
ei clauis putei abyssi. Et 19.a.
aperuit puteū abyssi. Et
ascēdit fum⁹ putei: sicut fu-
mus fornacis magne: ⁊ obscurat⁹ ē sol
et aer de fumo putei. Et de fumo putei
exierūt locuste in terrā: ⁊ data est illis
ptās: sicut hn̄t ptātē scorpiones terre.
Et preceptum est illis ne lederēt fenū
terre: neq; oē viride: neq; oēm arborē
nisi tātū hoīes q̄ nō hn̄t signum dei in S.7.a.
frōtib⁹ suis. Et dictū est illis ne occide
rēt eos: sꝫ vt cruciarent mēsibus q̄nq;.
Et cruciat⁹ eoꝝ vt cruciat⁹ scorpij: cū
percutit hoiem. Et in diebus illis que
rēt hoīes mortē: ⁊ nō inueniēt eā: ⁊ desi
derabūt mori: ⁊ fugiet mors ab eis. Et B
similitudines locustarū similes eq̄s pa S.5.c.
ratis in preliū: ⁊ sup capita earū tāq̄ co Esa.2.d.
rone similes auro: ⁊ facies earū tāq̄ fa Osee.10.c.
cies hoīm. Et habebant capillos sicut Luce.23.c.
capillos mulierū: et dētes earum sicut Sap.16.b.
dentes leonū erāt. Et habebāt loricas
sicut loricas ferreas: ⁊ vox alarū earū
sicut vox curruū equoꝝ multoꝝ currē-
tium in bellū. Et habebāt caudas silēs
scorpionum: ⁊ aculei erāt i caudis eaꝝ:
et ptās eaꝝ nocere hoīb⁹ mēsib⁹ q̄nq;.
Et habebant sup se regē angelū abyssi:
cui nomē hebraice abaddō ✝: grece au- Als ✝ aba-
tem apollion: et latine habens nomen don.
exterminans. Ve vnum abijt: et ecce ve C
niunt adhuc duo ve post hec. Et sextus
angelus tuba cecinit: et audiui vocem
vnam ex quatuor cornibus altaris au-
rei quod est ante oculos dei: dicen-
tem sexto

tem sexto āgelo q̄ habebat tubā. Sol-
ue quattuor angelos q̄ alligati sunt in
flumine magno euphrate. Et soluti sunt
quattuor angeli q̄ parati erāt in horā ⁊
diē ⁊ mēsem ⁊ annū: vt occiderēt tertiā
partē hoim. Et numerus equestris exer
citus vicies millies dena milia. Et audi
ui numerū eoꝝ. Et ita vidi equos in vi
sione: ⁊ qui sedebāt super eos habebāt
loricas igneas ⁊ hyacinthinas ⁊ sulphu
reas. Et capita equoꝝ erāt tanq̄ capi-
ta leonū: ⁊ de ore ipsoꝝ ꝓcedebat ignis
D ⁊ fumus ⁊ sulphur. Et ab his trib⁹ pla
gis occisa est tertia pars hoim de igne
⁊ de fumo ⁊ sulphure: que ꝓcedebāt ex
ore ipsoꝝ. Potestas em̄ equorum in ore
eoꝝ est: ⁊ in caudis eoꝝ. Nā caude eoꝝ
siles serpētibus hñtes capita: ⁊ in his
nocēt. Et ceteri hoies q̄ nō sunt occisi
in his plagis neq̄ penitētiā egerūt de
operibus manuū suaꝝ: vt nō adorarēt
demonia: ⁊ simulacra aurea ⁊ argētea
⁊ erea ⁊ lapidea ⁊ lignea: que neq̄ vide
re possunt neq̄ audire neq̄ ambulare:
⁊ nō egerunt penitentiā ab homicidijs
suis: neq̄ a veneficijs suis: neq̄ a forni
catione sua: neq̄ a furtis suis.

¶ C. S. Uidit Ioānes angelū descēden
tem de celo: habentem in manu sua li-
bellum apertum: atq̄ iurauit angelus
nō fore tps amplius: ac precipitur Ioā-
ni deuorare librum. Capi. x.

A ET vidi aliū angelū fortem
descendētē de celo amictum
nube: ⁊ iris in capite eius. Et
facies eius erat vt sol: ⁊ pe-
des eius tanq̄ colūna ignis.
Et habebat in manu sua libellū aptū:
⁊ posuit pedē suū dextrū sup mare: sini
strum autem super terrā: ⁊ clamauit vo
ce magna quēadmodū cum leo rugit.
B Et cum clamasset: locuta sunt septē to
Dan. 12. c. nitrua voces suas. Et cum locuta fuis
sent septem tonitrua voces suas: ⁊ ego
scripturus erā. Et audiui vocē de celo
dicētem mihi. Signa que locuta sunt
C septē tonitrua: ⁊ noli ea scribere. Et an
gelus quē vidi stantē supra mare ⁊ su-
pra terrā leuauit manū suā ad celum: ⁊
De foretur. iurauit ꝑ viuētē in secula seculoꝝ: qui
a ⁊ si xp̄o. creauit celū ⁊ ea q̄ in illo sunt: ⁊ terrā
⁊ ea in q̄ in ea sunt: ⁊ mare ⁊ oia q̄ in eo
sunt: q2 tps nō erit amplius: sz in die-
bus vocis septimi āgeli cū ceperit tuba
canere cōsummabit mysteriū dei: sicut
euāgelizauit ꝑ seruos suos ꝓphetas. Et
audiui vocē de celo iterū loquētē mecū
et dicentē. Uade ⁊ accipe librū apertum
de manu angeli stātis supra mare ⁊ sup
terrā. Et abij ad angelū dicēs ei vt da- D
ret mihi librū. Et dixit mihi. Accipe li
brū ⁊ deuora illū: ⁊ faciet amaricari vē Ezech. 3. a.
trem tuū: sed in ore tuo erit dulce tanq̄
mel. Et accepi librum de manu angeli:
⁊ deuoraui illum: ⁊ erat in ore meo tan
q̄ mel dulce. Et cū deuorassem eū ama
ricatus est venter meus. Et dixit mihi.
Oportet te iterū ꝓphetare gentibus: ⁊
populis ⁊ linguis: ⁊ regibus multis.

¶ C. S. Prophetat Ioānes de templo
calcādo ac duobus testibus: ⁊ de bestia
ascendēte de mari que occidit testes: ⁊
ponitur de tuba septimi angeli. Ca. xi.

ET datus est mihi calamus A
similis virge: ⁊ dictū est mihi.
Surge ⁊ metire tēplū dei
⁊ altare: ⁊ adorātes in eo.
Atriū aūt qd̄ est foris tem
plū ejice foras: ⁊ ne metia-
ris illud: qm̄ datum est gētibus: ⁊ ciui-
tatē sanctā calcabunt mēsib⁹ quadra-
gintaduobus: ⁊ dabo duobus testibus
meis: ⁊ ꝓphetabunt dieb⁹ mille ducē-
tis sexagita amicti saccis. Hi sunt due B
oliue ⁊ duo cādelabra lucētia in cōspe-
ctu dñi terre stātes. Et si quis voluerit
eos nocere: ignis exiet de ore eoꝝ: ⁊ de-
uorabit inimicos eoꝝ. Et si q̄s voluerit Dan. 7. b.
eos ledere: sic oportet eū occidi. Hi ha
bēt potestatē claudēdi celum ne pluat
diebus ꝓphetie illoꝝ: ⁊ potestatē hñt
super aquas cōuertendi eas in sangui-
nē: ⁊ percutere terrā oī plaga quotiēscū-
q̄ voluerint. Et cū finierint testimoniū
suū bestia que ascēdit de abysso faciet
aduersus eos bellum: ⁊ vincet illos et
occidet eos. Et corpora eoꝝ iacebūt in
plateis ciuitatis magne que vocat spi-
ritualiter sodoma ⁊ egyptus: vbi ⁊ do-
minus eoꝝ crucifixus est. Et videbunt
de tribubus ⁊ populis ⁊ linguis ⁊ gen
tibus corpora eoꝝ per tres dies ⁊ dimi
dium: ⁊ corpora eorum non sinent po-
ni in monumētis. Et ihabitātes terrā
gaudebunt super illos ⁊ iocundabun-
tur: ⁊ munera mittent inuicem: quoniā
hi duo prophete cruciauerunt eos qui
habitant super terram. Et post dies
tres ⁊ dimidium spiritus vite a deo in-
trauit in eos. Et steterunt super pedes C
suos: ⁊ timor magnus cecidit sup eos
qui viderunt eos. Et audierunt vocem
magnam de celo dicentem eis. Ascendi
te huc. Et ascenderunt in celū in nube:

et viderūt illos inimici eoꝝ. Et in illa
hora factus est terremot⁹ magn⁹: ⁊ de
cima pars ciuitatis cecidit. Et occisa
sunt in terremotu noīa hoīm septē mi-
lia: ⁊ reliqui in timorē sunt missi: ⁊ de-
derūt gloriā deo celi. Ue scdm abijt: et
ecce ve tertiū veniet cito. Et septimus
angelus tuba cecinit ⁊ facte sunt voces
magne in celo dicētes. Factū est regnū
huius mūdi dñi nostri ⁊ xp̄i eius: ⁊ re-
B gnabit in secula seculoꝝ amē. Et vigin
tiquatuor seniores q̄ in cōspectu dei se
dēt in sedibus suis ceciderūt in facies
suas: ⁊ adorauerunt deū dicentes. Gra
tias agim⁹ tibi dñe de⁹ noster oīps: qui
es: ⁊ qui eras: ⁊ qui vēturus es: q: acce-
pisti virtutē tuā magnā ⁊ regnasti. Et
irate sunt gentes ⁊ aduenit ira tua ⁊ tē
pus mortuoꝝ iudicari ⁊ reddere merce
dem seruis tuis ꝓphetis ⁊ sanctis ⁊ ti-
mētibus nomē tuū pusillis ⁊ magnis ⁊
exterminādi eos qui corruperūt terrā.
Et apertum est templum dei in celo: et
visa est arca testamenti eius in templo
eius: ⁊ facta sunt fulgura ⁊ voces ⁊ to-
nitrua ⁊ terremotus: ⁊ grādo magna.
¶ Ca. B. Uidetur templum dei in celo
cum arca testamenti: ac mulier amicta
sole cum dracone magno: ⁊ factum est
prelium magnum in celo michaelis cū
dracone. Capitulum. xij.



A Et signū magnū apparuit
in celo. Mulier amicta so
le ⁊ luna sub pedibus ei⁹:
⁊ in capite eius corona stel
laꝝ duodecim. Et in vtero
habēs ⁊ clamabat partu-
riens ⁊ cruciatur vt pariat. Et visuꝫ est
aliud signum in celo: ⁊ ecce draco ma-
gnus rufus habens capita septē ⁊ cor-
nua decē: ⁊ in capitibus suis septē dia-
demata: ⁊ cauda eius trahebat tertiā
partem stellaꝝ celi: ⁊ misit eas in terrā
⁊ draco stetit ante mulierē que erat pa-
ritura vt cū peperisset filiū eius deuora
B ret. Et peperit filium masculum qui re
cturus erat omnes gentes in virga fer-
rea: ⁊ raptus est filius eius ad deū ⁊ ad
thronum eius: ⁊ mulier fugit in solitu
dinem vbi habebat locum paratum a
deo: vt ibi pascat eam diebus mille du
centis sexaginta. Et factum est preliuꝫ
Als ✝ non habet magnum. magnum ✝ in celo. Michael et angeli
eius preliabantur cum dracone ⁊ dra-
co pugnabat ⁊ angeli eius ⁊ nō value-
runt neq̄ locus inuentus est eoꝝ am-
De pe. di. plius in celo. Et proiectus est draco ille
magnus: serpēs antiquus qui vocatur 2. c. si cuius in si.
diabolus et sathanas: qui seducit vni
uersum orbem: et proiectus est in terrā
et angeli eius cū illo missi sunt. Et au- C
diui vocem magnam in celo dicentem.
Nunc facta est salus et virtus ⁊ regnū
dei nostri ⁊ potestas christi eius: q: ꝓie
ctus est accusator fratrum nostroꝝ qui
accusabat illos ante conspectū dei no
stri die ac nocte: ⁊ ipsi vicerunt eum ꝓ-
pter sanguinem agni: et propter verbū
testimonij sui: et nō dilexerunt animas
suas vsq̄ ad mortem. Propterea leta-
mini celi: et qui habitatis in eis. Ue ter
re ⁊ mari: quia descendit diabolus ad
vos habēs iram magnam sciens quod
modicum tempus habet. Et postq̄ vi- D
dit draco q̄ proiectus esset in terram
persecutus est mulierem que peperit
masculū. Et date sunt mulieri ale due
aquile magne: vt volaret in desertum
in locum suum vbi alitur per tempus ⁊
tempora et dimidium temporis a facie
serpentis. Et misit serpens ex ore suo
post mulierem aquam tanq̄ flumen vt
eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit
terra mulierem: ⁊ aperuit terra os suū:
et absorbuit flumen quod misit draco
de ore suo. Et iratus est draco in mulie
rem ⁊ abijt facere preliū cum reliquis
de semine eius: qui custodiunt manda-
ta dei: ⁊ habent testimonium iesu chri-
sti. Et stetit super arenam maris.
¶ Ca. B. Describitur bestia ascendens
de mari cum septem capitibus: ⁊ decē
cornibus: ⁊ decem diadematibus: que
blasphemauit nomen domini: atq̄ vi-
detur alia bestia habens cornua duo si
milia agni. Capitu. xiij.

Et vidi de mari bestiā ascē A
dentem habentem capita
septem ⁊ cornua decem: et
super cornua eius decē dia
demata: ⁊ super capita ei⁹
nomina blasphemie. Et be
stia quam vidi similis erat pardo: ⁊ pe
des eius sicut pedes vrsi: ⁊ os eius sicut
os leonis. Et dedit illi draco virtutem
suam et potestatem magnam. Et vidi
vnum de capitibus suis quasi occisum
Jamna: mare vl' dextera: siue marinus aut vbi est signum.
Jamne: idem.
Jamnes: marin⁹ vl' vbi est signū.
Jannia: dextra dñi vel vbi est signū.
Jannite: virtutes dñi vel in quibus est signum.
Jannor: amaricans lumen vel dextera iracundie.
Jamran: mare eorum pelliceum vel mare eorum in capite.
Janres: mare pelliceum vel mare in capite.
Jansuph: mare rubrum vel dies in capite.
Jamuel: dies eius deus vel dies eius dei.
Jamuelite: dies eorum deus: vel dies eorum dei.
Janai: gubernator me⁹ vl' gubernatio mea.
Janni: ppparator meus vel preparatio mea.
Janoa: gubernator vel gubernatio.
Janoe: expectans: cōmotionē vel expectatio requietionis.
Janoe: gubernatio vel gubernaculum.
Janon: dormitās merore vel gubernator doloris.
Janua: requies vel requietio.
Janū dormitās vel dormitatio.
Jaod: confitens vel glorificans: siue cuius est frater: aut cuius est fraternitas.
Jaoe: factura fratris vel frater dñi: siue vbi est frater aut vbi est fraternitas.
Jara: deficiens vel defectio.
Jaraia: timēs dominū vel timor dñi: seu deficiens dño aut deficiens dominus.
Jaramoth: timens mortē vel defectio mortis.
Jare: luna vel defectio.
Jarre: idem.
Jared: roborans vel roboratus: siue descēdens aut cōtinentia.
Jareden: descensio eorum vel visio iudicis.
Jaree: silua vel saltus.
Jarphael: dimisit deus vel dimissio dei.
Jarphel: idem.
Jarid: vitio vel dijudicans: siue vlciscens aut dijudicatio.
Jaram: saltuum vel siluarū: siue mons saltuū aut mons siluarum.
Jas dñs vel dominator.
Jasa: factura mādati vel factus in mandato: siue factum mādatum: aut inhabitatio eius.
Jasia: dimidium vel dimidiatio: seu factū mandatū aut factum in mandato.
Jasaph: habitator vel habitatio siue sedens aut confidentia.
Jasabel dimidium dei vel dimidiauit deus.
Jasen: domitor vel domatio.
Jasi: equalitas vel desiderium.
Jasiel: equalis deo vel desideriū dei.
Jaso factura mandati vel factus in mandato.
Jason: desiderans vel qui mādatum fecerit.
Jasu: conuertens vel conuersio.
Jasub: reuertens vel reuersio: siue reuocans aut reuocatio.
Jasubite: reuertentes vel reuersi seu reuocantes: aut reuocati.
Jatbaba: peccantes in ea vel peccatum in eis.
Jatban: domini perfectus vel domino consummatus: siue domini perfectio: aut domini consummatio.

Iathan: dñs humilis vel dei respon-
sio: seu expectans humilitatem
aut expectatio responsionis.
Iathanael: expectãs humilē deũ
vel rñdens humilitati dei.
Ianadiath: columba deficiens
tempore vel colũbaris deficiēs
peccato.
Ianathi: columba vel est. Syrũz
est et non hebreum.
Iaur: expectans incendium vel
expectatio luminis.
Iaus: expectans consiliũ: vel ex-
pectatio festinantis.
Iazer: adiutus vel adiutorium:
sive auxilians aut auxiliator.
Iazias: audiēs dñm vel ausculta
tio domini.
Iaziel: audiens deum vel auscul-
tatio dei.

¶ Hic. b. et. c. post. i.

Ibaar: mons fortis vel vir
suscitator.
Iachiman: ve requiescēti: vel trãs-
lata est requietio.
Ichaboth: cecidit glīa vel trãsla
ta est gloriatio.
Ichainan: durum habitaculum
vel consolatio inhabitantis.
Ichonium: dura vel vocata ubi
est thalamus aut pparatio con
solationis.
Ichuthiel: spes dei vel sperans
in deum.

¶ Hic. d. post. i.

Idaia: dilectus domini vel
amabilis.
Idaias: dilectus domini vel ama
bilis domino.
Idida: dilectus domini propter
dominum vel amabilis domi-
no propter dominum.
Ipse est salomon q̄ dilectus dñi
ppter dñm vel amabilis dño p
pter dñm & propter suã miam
id est gratuitã qua eum diligere
dignatus est: cũ utriq̃ dilectiōe
et mia indignus existeret quem
cõstabat manzer esse: et quem re
prehendit scriptura divina pro
peccato idolatrie et immodera-
to amore mulierum.
Ididia: dilectio dñi vel amabili-
tas eius.
Idithũ: saliēs vel transiens eos.
Idor: dilectus voluntarie: vel a-
mabilis violentia.
Idumea: rufa vel rubea seu ter-
rena: aut sanguinea.
Idumei: rufi vel rubei: sive terre-
ni aut sanguinei.

¶ Hic. e. post. i.

Ieabarim: lapides trãseun
tes vel acervi lapidũ trans-
euntium.
Iebaar: mons fortis vel electio
suscitata.
Iebanias: sapiens dño vel intel-
ligentia domini.
Iebet: presepium vel exiccatio.
Iebar: imitans fontem vel expe-
ctatio putei.
Iebethon: vallis mestitie: vel col
lis merentium.
Iebgar: eligens vel electio.
Iebaan: absorptꝰ vel absorptio:
seu absorbēs populum aut po-
pulus despiciens.
Iebnael: edificans deo vel edifi-
catio dei.
Ieboch: arena vel luctatio.
Iebus: presepe vel calcata: sive
conculcans aut conculcatio.
Iebusi: presepe meum vel cõcul
catio mea.
Iebusei presepia vel conculcata.
Iecha: torcular vel oppressio: si-
ve opprimens aut oppressa.
Iechaa: torcular eius vel oppri-
mens eum.
Iechaa: luctans ei vel arena eiꝰ.
Iechda: magnificus vel magni-
ficentia.
Iechdaliam: magnificus domi-
no est vel magnificentia dñi est.
Iechdon: incubãs populus: vel
incubatio populi.
Iechelia: torcular laboris vel op
pressio laboriosa.
Iechenias: preparãs dño vel pre
paratio domini.
Iechimã: possedit pplm vel pos-
sessio populi.
Iechimam: vindicans populum
vel vindicatio populi.
Iechiman: acquirens populum
vel acquisitio populi.
Iechinaan: possidens populum
vel vindicatio populi.
Iechinan: possidens populũ vel
preparatio populi.
Iechonian: idem.
Iechonias: sic factus vł prepara
tor: seu preparans dñs aut pre
paratio domini.
Iechan: extensio vel inclinatio:
seu merces aut mercimonium.
Iechel: cetus dei vł auxiliãs deũ.
Iechze: torcular lupi vel oppri-
mens lupum.
Iedala: manus maledicta vł ma
nus maledictionis.
Iedebos: manus maledicta tri-
bulans vel manus maledictio-
nis angustiantis.
Iedeia: sciēs dñz vł cognitio dñi.
Iedi sciēs me vel cognitio mea.
Iediel: sciens deum vel magnifi
cus deo.
Iediad: manũ tollēs vel manum
ad os: seu manus sublevãs aut
manuũ sublevatio.
Ieddoa: sciēs eũ vł cognitio eiꝰ.
Iedebã: parvulus vł minoratio.
Iedri: accedēs vel applicãs: sive
accessus aut applicatio.
Ieddu: accinctus vel tentatio.
Ieddua: tentans eum aut accin-
ctio eius.
Iedula: manus maledicta vł ma
nus maledictionis.
Iephdaia: innuens dño vel aper
tio domini.
Iephebel: apertio dei: vł aperiet
deus.
Iephlad: exclusio peccati vel ap
tio delectionis.
Iephlem: excludēs peccatũ meũ
vel apertio delectionis mee.
Iephon: dñs mirabilis vel dñs
vivificatorum.
Iephone: nutus vel innuens.
Iephõne: annuens vel innuitio.
Iegal: ppinquus vel redimens:
seu ppinquitas aut redēptio.
Iegali: propinquus mihi vel re-
demptio mea.
Iegiam: despiciēs vel despectus
sive contemptus.
Iehel: vivens deo vel postulatio
dei: sive mutatus deo aut expe-
ctatio dei.
Iehelt: vivens deo meo vel postu
latio dei mei: sive mutatus deo
meo aut expectatio dei mei.
Iehi: vita vel exordiũ: sive reqẽs
aut postulatio mea.
Iehiel: vita dei vel exordium dei

sive requiescens deo aut postulatio dei.
Jelada: cognoscens dominũ vel cognitio domini.
Jeleph: manum tollens: vel manum ad os sive manus sublevans aut manuũ sublevatio.
Jemda: plenitudo vel circũcisio.
Jemel: deus meus vel robur meum.
Jemias: numerus domini vel numerabilis dño.
Jemin: robur meum vel dextera mea.
Jemla: parcẽs maledicto vel cõmovens accipientem.
Jemlech: numerus vite vel amaritudo pavoris.
Jemna: mare vel amara sive numerus aut numerabilis.
Jemnaite: maria vel amari: sive numerabiles aut marini.
Jemuhel: dies eiꝰ dei: vel dies eiꝰ deus.
Jepsem: apertum nomẽ vel aperta auditio.
Jepta: aperiens vel apertio.
Jeptahel: aperiẽs deo vel apertio dei.
Jepthe: aperiẽs vel apertus: sive aperuit aut apertio.
Jepthon: aperiens dolorem.
Jera: timens vel timor: sive misericors aut misericordia.
Jeraa: timens eum vel misericordia eius.
Jeracho: aurugo vel demolitio.
Jerameleth: timẽs deum vel misericordia dei.
Jeramehel: idem.
Jeramihel: idem.
Jerameli: timẽs deũ meũ: vel misericordia dei mei.
Jeramiel: idem.
Jeramieli: idem.
Jeraon: timores vel timebũt seu timens iniquitatem: aut misericors merentibus.
Jerapolis: iudiciũ superius vel sive timore misericors civitas.
Jerebaan: aurugo populi vel demoliens populum.
Jerebehel: iudicium dei vel diiudicans superiora.
Jeremian: excelsus domino est: vel sublimitas dñi est.
Jeremias: excelsus dño vel sublimitas dñi.
Jeremihel: excelsus domino deo vel sublimitas dñi dei.
Jerian: timens inutile vel timor dñi est.
Jerias: timens dominum vel timor dñi.
Jerib: odor vel luna.
Jeribai: odor vulturis vel defectio devoratoris.
Jericho: luna vel odor eius.
Jerichontini: odorantes eum vel deficientes ei.
Jeribel: timens deum vel timor dei.
Jerimoth: timens mortẽ vel metuens altitudinem mortis.
Jerimuth: idem.
Jerioth: iurgiũ signi vel iudicij designatio.
Jermai: dominꝰ excelsus: seu dñi celsitudo.
Jeroan: timens populum vel iudicium populi.
Jerobaal: iurgium habẽs vel iudicium habentes: aut iudiciũ superioris.
Jeroboal: timor viri vel timor vetustatis: sive timens habentem aut timens devorationem.
Jeroboam: causa populi vel divisio populi sive discernẽs populum: aut superius diiudicans.
Jeroboseth: iudicãs ignominiã vel diiudicans confusionẽ.
Jerõ: timor vel peregrinatio: sive timidus aut peregrinus.
Jeronymꝰ: visio pulchritudinis vel diiudicans locutiões.
Jerosolyma: pacifica vel visio pacis.
Jerosolymite: pacifici vel pacem videntes.
Jersia: advena domini vel alienꝰ domino.
Jeruel: collis dñi vel vallis benedictionis.
Jerusa: ruminans vel ruminatio: sive incolatus aut peregrinatio.
Jerusalem: pacifica vel pacis visio sive timor perfectus aut timebit perfecte.
Jesa: vetustas vel planicies sive salvatio aut desiderium meũ.
Jessa: incensum vel sacrificium seu insule sacrificium: aut insule holocaustum.
Jessaar: incensum suscitans vel holocausti vigilia.
Jessaarite: incẽsa suscitãtes: vel holocaustorum vigilie.
Jessai: incensum meum vel sacrificium meum sive insule sacrificium aut insule holocaustum.
Jesamari: vetustas amara vel desiderij amaritudo.
Jesan: vetustas vel veteranus.
Jesana: vetustas eius vel inveterans eum.
Jesar: figmentum vel tribulatio sive insule sacrificium: aut insule oblatio.
Jessar: meridies vel unctio mea sive meridianꝰ: aut merhaphoricus olei.
Jesba: collaudans vel collaudatio.
Jesbaan: collaudans populũ vel collaudatio populi.
Jesbachasa: collaudãs summuz vel collaudatio principij.
Jesbi: est in me vel coequatꝰ mihi.
Jesbinedob: est in me spõtaneus vel coequatꝰ mihi spõtanee.
Jesboch: est cinis vel est tactus.
Jescha: tabernaculuz vel unctio eius.
Jesse: incendẽs vel incendium sive insule libamẽ: aut insule holocaustum.
Jesma: salus desiderij vel salvatio requiescentis.
Jeser: finxit vel plasmavit: sive fictio aut plasmatio.
Jeserite: fictores vł plasmatores
Jesesi: equalis salvator vel desiderium salvationis.
Jesem: desideriuz vel desideravi.
Jesu: equalis meꝰ vel equalitas mea.
Jespha: unctio vel tabernaculũ.
Jesphan: idem.
Jesse: qualitas vel tabernaculum.
Jessi: incensum mihi vel sacrificium meum.
Jesias: equalis domino vel salvatoris dñi.
Jesiel: incensus deo vel sacrificiũ dei.
Jesielite: incensi deo vel sacrificia dei.

Jesimmoth: desiderium dulce vel desiderata dulcedo.
Jesmachias: vetustas percutiens dominum: vel figmentum percussionis domini.
Jesmaras: salus desiderantis dominum vel salvatio requisitionis domini.
Jesrel: sacrificans deo vel liberatio dei.
Jesua: planities: vel est desiderium meum salus.
Jesue: salvatio vel desiderium.
Jesui: equalis mihi vel equalitas mea.
Jesui: desideravi vel desiderium.
Jessuite: desiderantes vel desideria.
Jesur: dolor vel est in dolore: sive salus luminis: aut equalitas ignea.
Jesuri: salus doloris mei vel salvatio in dolore meo: sive salus illuminans me: aut equalitas mea.
Jesus: salvator vel salutaris sive salus aut salutare.
Jetha: extensio vel inclinatio sive superfluens aut superfluitio.
Jethaam: superfluus populus aut superfluitas populi sive inclinans populum aut extensio eorum.
Jethaba: bonitas vel declinatio.
Jethabatha bonitas vel bonitates seu declinavit ut veniat: aut declinatio perventionis.
Jetham: merces vel mercimonium seu inclinans eos aut extensio eorum.
Jetheba: bonitas vel declinatio venientis.
Jethebatha: bonitas vel bonitates sive declinavit ut veniat aut declinatio perventionis.
Jethebet: bona domus vel declinatio venientis.
Jethela: inclinatio palme vel extensio iniquitatis.
Jether: modicum residuum: vel modica residuitas.
Jetheth: donans vel donatio.
Jethaan: possidens populum vel fluens populo.
Jethra superfluens vel honorabilis.
Jethraam: honor populi vel superfluens populo.
Jethrael: honor dei vel superfluens deo.
Jetrahi: honor meus: vel superfluens mihi.

Jethram honorans eos vel superfluus eorum.
Jethran: honor dei vel superfluitas gratie.
Jethri: superfluum vel honorabilis.
Jethrites: superfluus vel honorabilis.
Jethro: superfluens vel honorabilis.
Jethur: vius vel ordo sive ordinatus aut ordinatio.
Jethus: extensio vel sublimitas.
Jeu: parcens vel commotio seu maleficus aut maleficium.
Jeus: idem.
Jeusa: ipsa parcens ei vel ipsa commotio eius.
Jeubel: ipse parcens deus vel ipsa commotio eius.
Jezam: durus vel duricies.
Jezabel: est iter vel est fluxus sanguinis.
Jezabel: fluxus vanus vel fluens sanguine sive cohabitatrix aut sterquilinium.
Jezanias: vires eius vel aures eius sive audiens dominum aut auscultatio domini.
Jezar: fortitudo vel adiutorium.
Jezarite: fortes vel auxiliarii.
Jezecel: fortis dei vel apprehendens deum.
Jezechias: fortis domini vel apprehendens dominum sive confortavit eum dominus aut dominus confortatio eius.
Jezechiel: fortis dei vel apprehendens deum: sive deus confortavit eum: aut deus confortatio eius.
Jezer: fortitudo vel adiutorium.
Jezerite: fortes vel auxiliarii.
Jeziel: audiens deum vel auscultatio dei.
Jezilia: fortis labor vel adiutorium laborantis.
Jezonias: vires eius vel aures eius sive audiens dominum aut auscultatio domini.
Jezra: semen vel seminator.
Jezrael: semen dei vel seminavit deus.
Jezraelite: seminantes deo vel seminatores dei.
Jezaria: semen domini vel seminans domino.

¶ Dic. g. post. i.

IGaa: vir abiiciens: vel vir revelationis.

Igar: acervus vel involutio: syrum est non hebreum.
Igarsedutha: acervus testimonii vel involutio testimoniorum. hoc syrum est.
Igdalbanis: solenne mandatum: humile vel leta domus responsionis.

¶ Dic. l. post. i.

ILlricum: advena vel elementum sive subversus aut secunda subversio.

¶ Dic. n. post. i.

INdi: nutus dilucidus vel concessiones illuminationum.
India: nutus dilucidus vel concessio illuminans.
Infamie: nutus vel innuit sive innuens aut concessio.

¶ Dic. o. post. i.

IOa: retinens vel retentio.
Joaa: retinens eum vel retentio eius.
Joaz: retinens fortitudinem vel ubi est retinere: sive dominum videns aut domini fortitudo.
Joab: inimicus vel amicitia: sive est pater aut paternitas.
Joachaz: fortis aut robustus seu domino fortis aut domini fortitudo.
Joachim: ubi est preparatio vel cuius est preparatio: sive domino preparans aut domini resurrectio.
Joachaz: retinens fortitudinem vel ubi est retinere sive dominum videns: aut domini fortitudo.
Joahe: ipse cognoscens vel domini cognitio sive cognoscens scientiam aut cognoscens principium.
Joanan: domini decus vel domini pulchritudo.
Joarib: dominus suscitans montes vel dominus vigilans fortitudine.
Joarim: domino exaltatus vel domini exaltatio.
Joas: sperans vel tpalis: sive dominus sustollens: aut domini plasmatio.
Joatham: perfectus vel perfectio sive consummatus aut consummatio.
Joathan: idem.
Joathas: perfecte sustollens vel consummata plasmatio.
Joaz: dominum videns vel domini fortitudo: sive ubi est retinere eum aut ubi est reprehensio eius.
Job: dolor vel ociositas.
Job: magnus vel magna sive do

lens aut vlulans.

Ioba: distillans vel magno patre: seu magnus pater aut doloris aut vlulationis distillatio.

Iobal: delatꝰ vel delatio siue dimittens aut dimissio.

Iobama: magus donatꝰ dñi vel dolor gratie dei.

Iobel: magus dei vel dolēs deo.

Iocbabed: dñi germē vel dñi preparatio siue dñi libamē: aut domini intelligentia.

Iocbel: germen diuinum vel preparatio dei.

Ioceiam: comprimēs eos vel oppressio eorum.

Iod: scientia vel principium seu dominatio dei.

Iodae: ipse cognoscēs vel dñi cognitio siue cognoscens scientiā aut cognoscens principiū.

Iocd: domino seruiēs vel dominum testificans.

Ioezer: domini fortis vel domino separatus.

Iophe dñi os vel dñi disciplina siue dominus elegit aut dominus illuminauit.

Iogli: contēptus vel despiciēs.

Ioha: domino respondēs vel domini responsio siue dominans ei aut dominatio eius.

Iohana: dñi donū vel dñi grã.

Iohāna: dñs misericors siue domini misericordia seu dño gratus aut dñs gratia eius.

Iohānan: dñs gratus eis vel dominus misericordia eorum.

Iohāna: erat donans vel domini donum.

Iohannan: cuius est donum vel domini gratia.

Iohānen: domino donatus: vel domino gratificatus.

Iohannes: dñi gratia vel in quo est grã siue cui donatum est aut cui donatio a dño facta est.

Iohel dimittens vel mutatꝰ seu defluens aut decipiens.

Iohel: fuit dei vel incipienti deo siue est deus aut est dñs deus.

Ioachim: qui est consurgens vel dñi resurrectio siue dñs suscitans aut dño suscitāte.

Iolada: dominum cognoscens aut domini cognitio.

Ioiadae: dñi cognitio vel ipso domino cognoscente.

Ioiaden: dñs cognoscens fontē vel dñs cognoscens oculum.

Ioiarib: domini vltio vel domini iudicium.

Ioiarim: dñm exaltans vel dñi exaltatio siue dñs saluū.

Iomna: matutina vel dextera eiꝰ.

Iona: columba vel donatus siue vbi donatus est aut vbi est donatio.

Ionadab: domino obediens vel dñi spontaneus.

Ionadab: columba precipua vel donatio patruelis.

Ionas: donans vel donatus siue cui est donatio aut qui donatꝰ est deo.

Ionathan: colūba veniēs vel columbe donum siue colūba dñs aut domini donatio.

Ioni: columba mea vel donans mihi: siue donum meum: aut donatio mea.

Ioppe: pulchra vel pulchritudo.

Ioppite: pulchri vel decori.

Ior: riuus vel fluuius.

Iora: riuus eius vel fluuius eius seu manus sublimium aut domini celsitudo.

Ioraberh: domus excelsa vel domus sublimium.

Iorarei: riuus spinarū vel fluuiꝰ compunctionis.

Ioran: qui est excelsus vel vbi est excelsus siue dominus excelsus aut domini sublimitas.

Ioran: riuus doni vel fluuiꝰ grẽ.

Iordanis: riuus iudicij vel fluuiꝰ iudicantis siue descensio eorū aut apprehensio eorum.

Iore: riuus excelsus vel fluuij exaltatio.

Iorim: riuus eorum vel fluuius eorū siue excelsus riuus aut fluuius exaltatus.

Iora: factura mandati vel domini saluatio.

Iosabeseth: vbi est saturitas germinis vel vbi est saturitas resurrectionis.

Iosabeth: domini saturitas vel domini iuramentum.

Iosabia: vbi est incēsum dñi vel in quo est iuramentū.

Iosaph: dñi speculū vel domino vinculatus siue dñi labium aut domino angustiatus.

Iosaphat: ipse iudicans vel ipse iudicat siue domini iudiciū aut dominus iudicabit.

Ioseph: domini iustus vel domini iustificatus.

Iosedech: idem.

Ioseph: augmētū vel appositio.

Iosephus: augens cōsilio vel apponens festinationem.

Iosphias: ipse liber dño vel ipsa libertas domini.

Iosias: vbi est incensum domini vel in quo est sacrificiū.

Iosophonias: domino abscōditus vel domini speculator.

Iosoias: vbi est salus dñi vel in quo est saluator dominus.

Iosue: salus vel saluatio: siue saluator aut saluaturus.

Ioth: scientia vel principiū siue dominator aut dominatio.

Iotha: est perfectus vel est perfectio siue est domini perfectus aut est dñi perfectio.

Iothan: dñi perfectio vel domini cōsummatio siue perfectio eorū aut consummatio eorum.

Iotham: sciētia domini vel principium gratie.

Iouis: inimicus hic vel dñs ille.

Iozabaad: domino dotatus vel domini dotatio.

Iozbad: domini fluēs torris vel domino torris fluitio.

Iozabad: domini dotatus vel q̄ est dotatus a dño.

Iozaberh: domini dos vel q̄ est dotata a domino.

Iozachar: domini vltio vel domini iudicium.

Iozaded: domini fortis seruus: vel dñm fortē testificās.

Iozarib: domini vltio vel domini dijudicatio.

Ioziam: dñi ductio est vel domini oliua est.

¶ Hic .r. post .i.

IRat ciuitas descendens vel ciuitatis descensio: siue vigilans seruus aut suscitans testimonium.

Iras: frater meus vidēs vel fratris mei visio: seu vigilantem:

fustollens aut vigilans plasma tioni.

¶ Hic.s.post.i.

IS: vir vel assumptus.
Issa mulier vel assumptio.
Isaac: risus vel gaudium.
Isaar: vir vigilans vel vir suscitator.
Isaarite: viri vigilantes vel viri suscitatores.
Isachar: qui est memor vel dnm memorans seu vir mercedis: aut est merces mea.
Isacharite: qui sunt memores vel dominum memorantes seu viri mercedum aut sunt merces mee.
Isai: salus mea vel dni salutare seu vir deuorator aut vir assumens.
Isaias: dni salus vel domini salutare.
Isar: vir paruulus vel vir innuitus: seu vir vigilans aut vir suscitator.
Isari: vir paruulus mihi: vel vir minorationis mee: seu vir suscitans me aut vir vigiliarum mearum.
Isbaal: vir vetustus vel vir deuorator.
Isboam: vir deuorans populum vel assumptus in fortitudine populi.
Isboseth: vir cofusionis: vel assumpta confusio.
Iscarioth: vir memorie: vel est merces eius seu memoria mortis eius aut memoriale dni.
Ismath: desertus vel assumens dissipationem.
Ismael: vir auditus dei vel assumens exauditionem dei.
Ismaelite: viri auditi deo vel assumentes exauditiones dei.
Israel: mens videns deum vel est videre deum.
Israel: vir videns deum vel princeps cum deo siue dei visio est aut fortis directus dei.
Israela: mens videns deum suum vel princeps cum deo suo siue est videre deu eius aut directio dni sui.
Israelite: viri videntes deum vel assumpti principes cum deo.
Isuar: vir paruulus vel vir innuitus: siue vir salutis: aut assumptio salutaris.
Isui: vir loquens vel assumptio salutis mee.
Istob: vir bonus vel assumptio bonitatis.

¶ Hic.t.post.i.

ITalia: mens excedens vel mentis excessus.
Italica: mente excedens vel mentis excessio.
Italici: mentiu excessus vel mente excedetes.
Ithamar: insule palma vel insule amaritudo: siue vbi est amarus: aut vbi est commotio.
Ituea: motana vel sublimis. syrum est non hebreum.
Iturei: montani vel sublimes.
Ithus: mons excelsus vel mons sublimitatis.

¶ Hic.u.post.i.

IUbileus: annus remissus vel annus remissionis.
Iubal: potentia vel fortitudo.
Iubadam: potestas opprimens eos vel fortis oppressio eoru.
Iudaia: confitens dnm vel glorificatio dni.
Iudaismus: laus vel confessio.
Iudaite: confitentes vel glorificantes.
Iudas confitens vel glorificas.
Iudea: cofessio vel glorificatio.
Iudei: laudates vel confitentes.
Iudi: laudans vel confitens.
Iudith: confides vel glorificas.
Iulius: incipies vel principium.
Iulia: idem.
Iunius: incipies vel principium.
Iunia: idem.
Iupiter: inimicus separans vel dns separator.
Iustus: elatus vel elatio siue parcens aut ipse eleuatus.
Iuth: principium vel dominatio.

¶ Sequitur de incipientibus a litera. Z.

ZAbaddon: apollion grece exterminans vel exterminator latine.
Zaabim: densi vel inflammates seu densio aut inflamatio.
Zaada: flama iudicii vel densio iudicantis.
Zaadon: perdens vel interficies.
Zaamas: iniquitas vel iniquitatem.
Zabaddon: perdens vel interficiens siue solitarius aut solitudo eorum.
Zaban: albu vel albedo siue candidus aut candidatio.
Zabana: dealbans eum vel candidatio eius.
Zabaoth: venientes vel egredietes.
Zabeth: acceptans vel acceptabilis.
Zabem: candor vel candidum siue cor eorum aut cor filio meo.
Zabum: densi vel inflammates siue densio aut inflammatio.
Zabo: ingressus vel ingressio seu venientes aut ingredietes.
Zaboth idem.
Zacedemonia: cosurgens silentium vel consurrectio sanguinea.
Zacedemones: cosurgetes silentio vel cosurgentes sanguinei.
Zachis: interest vel sibimet vir.
Zacho: osurges vel cosurrectio.
Zachum: cosurrectio vel ad consurgendum.
Zabed: ipse sibimet vir vel ipsemet vir suus.
Zapidoth: lampas quasi os culitri. ab ore no ab osse.
Zabel: in deo vel in deum.
Zais: leo vel filius leonis siue ipse sibimet vir aut sibimet vir suus.
Zaisa: leena vel in salute: seu preda leonis aut filia leene.
Zamathara: signum vel codictio: siue ad signum aut codictum.
Zammaazabathani: vt quid dereliquisti me vel vt quid derelictio mea.
Zamaazophtani: ide.
Zamech: quando est nomen litere suitura vel adiutorium siue erectio ad firmametum.
Zamech: qu est nomen hominis percuties vel percussio: siue humilis aut humiliatus.
Zamuel: cum quo est deus: vel in quo est benedictio.
Zaodicia: fuit in vomitu vel ma

tinitas expectata: siue tribus amata a dño aut tribus amabilis domini.
Laodicenses: sunt in vomitibus vel natiuitates expectate: seu tribus amate a dño aut tribus amabiles domini.
Laonimim: trib⁹ vel matres: seu phylarchi multarũ tribuũ aut principes multoꝝ populorum.
Lapidoth: fulgor vel fulgur: siue fulgurans aut fulguratio.
Larma: sublimitas vel consurrectio.
Lasa: saluus vel saluatio: siue in salutem aut in saluationem.
Lasabi: sperauit in me vel in domino spes eius.
Lasthenis: saluus donata vel saluator a domino.
Latusim: fabri vel malleatores.
Lazarus: adiutus dñi vel auxiliatus a domino.

¶ Dic.e.post.l.

Leba: albedo vł cãdidatio.
Lebem: candidũ vel candidatio.
Lebeus: corculũ vel quasi cor.
Lebna: later vel cementum.
Lebni: lateres vel cementa.
Lebnitith: laterici vł cemẽtarij.
Lebona: albedo vel candidatio.
Lecha: gena eius vł maxilla ei⁹.
Lechi: gena mea: vel maxilla mea.
Lechis: gena viri vel maxilla assumpta.
Lechum: consurgens vel consurrectio.
Ledam: flãma indicans vel exurgens.
Ledibel: flãmam indicans deo: vel exurgens indicium dei.
Ledam: flamma indicans vel exurgens iudicium.
Lemas: iniquitas vel ad iniquitatem.
Leeth: flamma vite vel exustio pauoris.
Leghara: ignis vel incendium.
Lem: panis vel refectio.
Lemazabathani: vt qd dereliquisti me vel vt qd derelictio mea.
Len: additio vel frequens bona operatio.
Lesa: saluus vel saluatio: siue in salutem aut in saluationem.
Lesem: ad nomen iudicij vel ad auditionem.
Lesemdan: ad nomen iudicij vel ad auditionem indicantis.
Lenaboth: venientes vel edificãtes.
Leui additus vel appositus: siue assumptus aut applicatus.
Leuite: additi vł appositi: siue assumpti aut applicati.
Leuites: adiectio vel appositio: siue applicatio aut profecatio.
Leuiathan: prosequens eos vel additamentum eorum.

¶ Dic.i.post.l.

Lia: laborans vł laboriosa.
Libanus: albus vel candidus: siue cãdor aut candidatio.
Libertini: factura palee vel faciẽtes paleas.
Libya: veniens vel introiens.
Licaonia: suscitans vel suscitatio: siue ad suscitãdum: aut ad suscitationem.
Licaonij: suscitantes vel ad suscitandum.
Lici: consurgens vel lachrymas fundens.
Licia: lachrymas fundens ei vel consurrectio eius.
Licius: consurgens vel ipse suscitans: siue lachrymas fundens aut lachrymarum effusio.
Licij consurgentes vel ipsi suscitantes: siue lachrymas fundentes aut lachrymarũ effusiones.
Liconia: suscitãs aut suscitatio.
Liconienses: suscitantes vel suscitati.
Lidi: geniti vel edificati.
Lidia: nati ei vel edificatio eius.
Lidij nati vel edificantes.
Lidda: vtilis vel edificata.
Liddij: nati vel edificantes.
Linus: tibicem vel candidatus.
Lisama: nata tentatio vel natiuitas tentationis.
Lisias: generans vel generatus.
Lisimachus: generans percussionem: vel generationis percussio.
Listra: genus decorum vel generans decorem.
Listris: vtilitas angustie vel vtilis tribulatio.
Licostratos: sublimitas vel precinum: seu generãs latitudinẽ aut vtilitas seruitutis.

¶ Dic.o.post.l.

Lobna: alba vł cãdida: siue albor aut candidatio.
Lobeni: albus vel candidatus: siue cor mihi aut cor filij mei.
Lobni: albus vel candidus: siue albor aut candidatio.
Lobnitici: albi vel cãdidi: siue albedines: aut candidatores.
Loboni: albus vel candidus: siue cor mihi aut cor filio meo.
Lod: vinculum vel declinatio.
Lodabar: ipsi verbum vel ipsi sermocinatio.
Lodadid: ipsi seruitus vel ipsi testificatio.
Lodadia: ipsi eã: vel ipsi indiciũ.
Loide: consecutio vtilitatis vel q̃ consecuta est vtilitatem.
Lomna: lateres candidati vel laterum candidatio.
Loomnum: phylarchi multarum tribuum vel princeps multorũ populorum.
Loth: vacans vel declinans: seu vinctus aut ipse conclusus.
Lothan: ipse cõcludens eos vel ipsi vinculum eorum.
Lothan: vinculum vel conclusio seu declinans donum aut vacans gratie.
Lothe: vinculum eius vel ipsa cõclusio.

¶ Dic.u.post.l.

Lucas: ipse eleuans vel ipse consurgens.
Lucius: idem.
Lud: vinctus vel declinans: siue vtinã natus: aut vtinã vtilis.
Ludin: vinculati vel declinãtes: siue fortiter prosunt: aut vtinã proficientes.
Luith: gene vel maxille.
Luza: nux vel amigdalum.

¶ Sequitur de incipientibus a litera M.

Maabeel: congregauit deus vel congregatio dei.
Maacha: mollities vel confractio.
Maachathi: fracta est mihi:

vel confracti sunt mihi: seu vẽter cesus aut vẽtris percussio.
Maadi: mẽsura servi mei vel q̃ sufficiens testimoniũ meum.
Maahi: cõgregatus mihi vel cõgregatio mea.
Maalu: chorus vel infirmitas.
Maalaph: de mille vel de doctrina.
Maalath: chorus peccatorũ vel infirmitas temporalis.
Maalehel: laudans deũ vel laudatio dei.
Maalmeon: de habitatione: vel habuerunt habitationem.
Maalon: de fenestra vel a principio: seu consummatus aut securitas.
Maalon: idem.
Maama: congregatus pp̃lus ei vel congregatio populi eius.
Maamite: cõgregati pp̃li ei vel congregationes populoꝝ eius.
Maamad: desideriumvel deside rabilis.
Maanath: reqescens vl̃ reqetio.
Maaria: amara vel dom⁹ mea: sive ex visione aut ex iussione.
Maaroth: fonte vel spelunce.
Maasias: onus dñõ vel assumptio domini.
Maath: desiderium vel desiderabilis.
Mabar: munitum suscitans: vel munimen vigilie.
Mabdibel: munitus deo vel munitio dei.
Mabdibelite: muniti deo vl̃ munitiones dei.
Mabsan: munitus vel ꝓtegens sive munimen aut protectio.
Mabsar: muniens vel munitio.
Macha: ingeniũ vel percussio.
Machabeus: ꝓtegens vel protectio: sive ꝑcutiẽs aut ĩgenios⁹.
Machabei: protegentes vel protectiones: sive percutientes aut ingeniosi.
Machati: subact⁹ mihi vel mollities mea.
Maceda: ꝯtustio vel orientalis: sive prius aut in antecessum.
Macedan: exurens vel exustio: sive oriens aut antecedens.
Macedonia: cõbusta vel combustio: sive antecedens aut oriens talis.
Macedones: cõburentes vel cõbusti: sive antecedentes aut orientales.
Maceloth: cetus vl̃ ecclesie: sive congregati aut cõgregationes.
Maceloth: idem.
Macema: exurgẽs dominus vel orientalis domini.
Maces: finis vel diffinitio.
Maces: idem.
Maceth: oriens vita vel antecedens.
Machi: q̃d est vel q: est: sive rex meus aut regnum meum.
Machiel: rex meus deus vel regnum meum dei.
Machimat: quid est donum vel quid est donatio.
Machir vendidabit vel restituet sive videns aut de infirmitate.
Machirite: vendidabunt vel restituent: seu videntes aut de infirmitatibus.
Machinas: humilitas vel attrectatio.
Machinathat: humilis vel attrectata: sive tangens aut vtilitas tributorum.
Machosis: cõcupiscẽtia vel concupiscibilis.
Mada: mensura vel q̃ sufficienter.
Madabas: mensurã venientem sustollẽs vel sufficiẽtie venientis plasmatio.
Madabena: a saltu eius vel a nemore eius: sive saltus eorũ aut nemus eorum.
Madai: mensura mea vel q̃ sufficienter mihi.
Madaliel: turris mea deus vel defensio mea deus meus.
Madan: contradictio vel habitaculum: seu mensura doni aut sufficientia gratie.
Madbares: heremus vel solitudo.
Madia: mẽsura domini vel sufficiens domino.
Madian: de causa vel de iudicio sive in causam aut in iudicium.
Madian: rñdens vel dñudicãs: sive iniqtas aut contradictio.
Madianei: respondentes vel diiudicantes: seu iniqui aut contradicentes.
Madianite: idem.
Madid: turris testium vel mensura servitutis.
Madim: iudicium vel dñudicatio.
Madmena: mensura viscerũ vel q̃ sufficienter ex ipsis.
Madon: contradictio vel habitaculum: sive inhabitatio aut inhabitantes.
Mapha: speculator vel speculatio: sive de speculo aut de speculatione.
Magal: colonia vel transmigratio.
Magala: transmigrans eum vel colonia eius.
Magalim: colonie vel transmigrationes.
Magbena: defendens filiũ sibi vel defensio filii eius.
Magdal: magnitudo vel turris seu premuniens aut ꝓmunitio.
Magdael: turris dei vel magnificavit me deus.
Magdalon: magnitudo vel turris: seu defendens eos aut premunitio eorum.
Magdalene: magnifica vel premunita: sive turriensis aut defensibilis.
Magdabel: turris dei vel magnificans deum: sive multum accepit a deo: aut magnificavit me deus.
Magdalgad: turris pirate vel defendens accinctum latrũculum.
Magdol: turris vl̃ magnitudo.
Magdola: turris eius vl̃ magnificans eum.
Magdola: quis grandis vl̃ que turris sive que est magnitudo: aut que est magnificentia.
Magedda: annuncians vel annunciatio.
Magedan: fructus doni vel annũciatio gratie: sive poma ei⁹.
Mageddo: tentatio vel de tẽtatione: sive pomoꝝ eius aut fructuum cene eius.
Mageddon: tentans vel tentatio: sive cenaculum aut inhabitatio.
Mageth: cena panoris vel tentatio vite

tatio vite.
Magmas: tangens vel de tactu siue vile tributum aut vilitas tributorum.
Magog: doma vel tectū siue de tecto aut de domate.
Magro: guttur vel de fauce.
Magron: guttur meroris vel de fauce iniquitatis.
Mahari: domus visionis vel amaritudo mea.
Mahelchirā: ex dei parte vel ex vita excelsa.
Mahuhihahel: ex vita deus vel quis est dn̄s deus.
Maida: contradictio vel mēsura sufficiens.
Maiman: desideratus eis vel desiderium eorum.
Malach: angelus vel nuncius.
Malachi: angelus meus vel annunciatio mea.
Malachias: angelus dn̄i vel annuncians dn̄m eorum.
Malachim: liber regum.
Malachim: nuncians eis vel angelus eorum.
Malachot: liber regnorum.
Malachoth angelus tēpore vel annūcians responsionem.
Malalai: laudator meꝰ vel laudatio dei.
Malalehel: laudans deum vel laudatio dei.
Malaleheth: angeli vel annunciatores.
Malasar: laudator p̄ncipis vel despector angustiarum.
Malathra: visio vel de visione: siue despiciens aut despectio.
Malcha: regnū vel principatus.
Malchi: rex meus vel principans mihi.
Malchia regnator dn̄s vel principatus domini.
Malchon: rex mesticie vel princeps iniquitatis.
Malchus: rex consilij vel princeps festinator.
Maleth: nuncius vel regnator.
Maleloth: angelus vinctus vel annūcians declinationem.
Maloth: p̄nceps vel annūciator.
Malohoth: angeli vel annūciatores.
Malloth: plenitudines vel ad impleti.
Mambre: diuidens vel diuisio: siue claritudo aut p̄spicuitas.
Mambres: mare in capite vel mare pelliceum.
Mamoazer: de lōge vel delōgatus seu alienatꝰ aut alienatio.
Mammon: lucrum pecunie vel cupiditas diuitiarum.
Mammona: diuitie vel cupiditates. Utrūq; hoc nomen syrū est pariter et hebreum vtrinq; mixtum.
Mamucha: elongans calorem vel alienatio prestolationis.
Mamucham: idem.
Man: quid vel quomodo.
Manna: quid est hoc vel quomodo est istud.
Mana: donans vel requiescens.
Manaa: munus vel consolatio: seu sacrificiū aut holocaustū.
Manaath: numera vel consolationes: seu numerans vitā aut panoris completio.
Manad: sepulchrum vel monumentum.
Manaem: consolans vel consolatio.
Manaen: castrū vel tabernaculū siue requies aut consolatio.
Manath: requies vel sepulchrū.
Manaim: castra vel tabernacula: seu requietiones aut consolationes.
Manasses: necessitas vel obliuiscens: siue obliuiosus aut q̄ oblitus est.
Mane: numerus vel numeratū: siue cōplenit aut completio.
Maneth: numerus vite vel numerans vitam seu cōplens panorem aut panoris cōpletio.
Manhu: q̄dnam hoc est vel quomodo est istud.
Manzamemoth: tridentes vel fuscinule seu cōplens panorē.
Manlius: quid laboras vel quomodo laboriosus es.
Manue: requiescens vel requies.
Maoch: caratus vel caratio.
Maol: chorus vel plenitudo.
Maon: habitaculum vel habitatio.
Maozim: inhabitationē videns vel habitaculum fortitudinis eorum.
Mapsa: munimen vel protectio.
Mapsam: muniens eos vel protectio eorum.
Mara: amaricās vel amaritudo.
Maradath: amara continētia: vel amara iactantia: seu amare continēs aut amarus arroganter.
Marai: amaricās mei: aut amaritudo mea.
Maraioth: amara scientia vel amaricans dominatio.
Marala: amara cōcessio vel amaricanter concedens.
Maranatha: in dn̄i nostri aduētu vel qn̄ dn̄s noster adueniet. Syrum est: non hebreum.
Marath: amarum tempus vel amaritudo peccati.
Marchaloth: quadrige vel quadrigantes.
Marchus: attritus vel defricatꝰ.
Marcus: amarus vel declinatꝰ: siue certus aut sublimis mandato.
Mardath: amara contritio vel impudenter contritus.
Mardochai: amare conterens vulturem: vel amara contritio deuoratoris.
Mardocheus: amare conterens impudentem vel amara contritio impudentis.
Mares: amare tollens vel amara plasmatio.
Maresa: a capite vel a p̄ncipio.
Mareth: amara vita vel amaritudo panoris.
Maria: illuminata vel illuminatrix.
Maria: smyrna maris vel stella maris siue illuminans: aut mare amarum. Syro aūt sermone domina interpretatur.
Marihoth: lites vel iurgia: siue dissensiones aut contradictiones.
Marimuth: litigās vel contradicēs: siue amara mors aut amaritudo mortis.
Marisa: a capite vel a p̄ncipio: seu amare tollens aut amara plasmatio.
Marina: amarū onus vel amara retentio.

Marodac: amara prelatio: aut amara contritio.
Marototh: amara scientia: vel amaricans dominatio.
Maron: sublimis vel de excelso: seu amare tribus aut amara tristicia.
Mariana: amare abundans aut amara egressio.
Martha: provocans vel irritans. syro autem sermone dominans: aut dominatrix.
Masa onus vel assumptio.
Masaa: onerans eam vel assumptio eius.
Massa: pondus vel alienatio.
Massada: retinens vel requirens sive assumens servitutem aut onerans testimonium.
Masaphot: rostra incendentia vel de tribulatione rostrorum.
Masabi: onus meum vel assumptio mea.
Massaia: onus dño vel assumptio domini.
Masal: parabola vel proverbium.
Masan: iocunditates vel iocunditatibus: sive onus doni: aut assumptio gratie.
Masech: pincerna vel propinatio.
Masepha: speculator vel de speculatione.
Masephat: speculatio vel contemplatio.
Masebia: onus dño vel assumptio domini.
Masena: prospera vel fecunda: seu fecundans aut fecundatio.
Masera: eruditio vel disciplina.
Maserai: eruditio vel disciplinati.
Maserecha: libens vel attrahens: sive libatio aut vectigal vanum.
Maserephot: speculans superhumeratum vel contemplator: superhumeralis.
Maserath: specula vel refugia: sive munitiones vel protectiones.
Maspha: speculatio vel contemplatio: sive de speculatione aut de contemplatione.
Masphat: contemplans tempus vel speculator peccati.
Masphe: speculatio vel contemplatio.
Masia: onus dño vel assumptio domini.
Masioth: proverbia vel parabole.
Masma: exaudiens vel exauditio.
Masmana: auditor doni vel exaudiens gratiam.
Masab: onus servire vel assumptio servitutis.
Masobia: speculans dominum vel assumptio domini.
Masrecha: vectigal vanum vel attracta libatio.
Masrephot: speculans superhumeratum vel contemplator superhumeralis.
Masresa: onus impium vel assumptio iniquitatis.
Matha: donans vel donatio sive tributum aut humile forum.
Mathalan: consummans eos vel perfectio eorum.
Mathama: manus vel donatio.
Mathan: donans vel donatus seu donator doni aut donatio gratie.
Mathana: donans ei vel donatio eius.
Mathanai: donum eius mihi vel donatio eius mea.
Mathania: donans dño vel donatio domini.
Mathanian: donatus dominus eis vel donatio dñi eorum.
Mathanite: donatores vel donati seu donatores donorum: aut donatores gratiarum.
Matharia: copulata vel completio seu completus aut completio mea.
Mathath: donans peccatum vel donatio temporis.
Mathatha: donans peccatum ei vel donatio temporis eius.
Mathathias: donatus a dño vel donum dñi aliquando.
Matheba: dulcis saturitas: vel dulcedo saturitatis.
Mathetha: donans ei vel donatio eius.
Mathebeus: donator consilii vel donum festinationis.
Mathiamu: donator gratie domini: vel donans donationem domino.
Mathias: donatus dño vel donatio dñi pro iuda scz in eius loco positus est.
Mathima: donum dñi est vel donatio domini est.
Mathlam: consummans eos.
Mathrabith: persecutio vel virga descendens.
Mathreth: iconomus vel dispensator.
Mathias: dono indigens vel donator dormitans.
Mathusalan: mortem misit vel mortis emissio: sive mortuus interrogator: aut mortuus est et interrogavit.
Mathusalem: idem.
Mautheel: vivens deo vel vincens deus: seu ex vita dei: aut qui est sicut dominus deus.
Mauman: quis est de longe vel ex vita alienatus.
Maza: ex hoc vel ex istis.
Mazarath zodion: id est signa horoscopi per duodecim horas.
Mazaroth zodiacon: que mathematici duodecim signa appellant.
Mazia: ex hoc dño vel ex isto dominatio.
Mazian: ex hoc dominus est vel ex isto dominatio est.
Maziloth: ex hoc tempus vel ex istis responsio.
Mazuroth: vincula vel disciplines seu successiones: seu exclusiones.

¶ Vide e. post m.

Mechedem: ab exordio vel contra orientem.
Mechia: percussus domino vel percussio domini.
Mechmas: humilitas vel attrectatio.
Mechmethasis quiescens vel venundatus commotioni.
Mechomoth: fulture vel suppositiones.
Mechorath: venundatus mihi vel venundatio mea.
Mechurath: venundatus vel venundatio.
Mechurathite: venundati: vel venundatores.
Medab: fames antiqua vel fames antiquarum.
Medaba: fames antiqua ei vel fames antiquarum eius.

Medabena: onus vel pondera siue de onere aut de ponderibus.
Medad: mensus est vel acquievit siue mentiens aut mensuratio.
Medala: aque sublimes vel mensura in aqua.
Medam: metiens vel ridens siue mendacium aut responsio.
Medana: aq̃ eminētes vel aquarum eminentia.
Mede: mēsura vel aq̃ eminētes.
Medemena: mensura viscerum ei⁹ vel aque eminētes ex ipsis.
Medena: aque sublimes vel aq̃rum sublimitas.
Medi: adequati vel mensuratores.
Media: mēsura vel adequatio.
Medi: mensurans causam vel adequatio iudicij.
Medon: mensurans dolorē vel adequans murmurationē.
Medro: mēsura vel mēsuratio.
Meeber: de qua vel ulterior.
Meethabel: benigna dei vel benignitas domini.
Meezabel: benigna dei vel bonitas dei.
Mephaat: impetus aque vel impetus aquarum.
Mephat: speculū vł speculatio.
Mepher: speculū vite vel speculatio pavoris.
Megia: despiciēs vel despectio.
Megbis: despiciens confusionē vel despectio ignominie.
Meida: cōtradictio vel mēsura sufficiens.
Meizabel: benigna dei vel benignitas dn̄i.
Mela: vallis salis vel vallis salsa.
Melcha: regina vel regnatrix.
Melchā: regēs eos: vel rex eorū.
Melchi rex me⁹ vł regnās mihi.
Melchias: rex dominus vel regnum domini.
Melchiel: rex meus deus vel regnum meum dei.
Melchielite: reges mei deo: vel regna mea dei.
Melchisedech: rex iustus vel rex pacificus siue rex pacis aut rex iustitie.
Melchisua: rex salvator vel regnum salutis.
Melchisue: rex loquax vł regnū cantilene: siue rex me⁹ tyrānus aut rex meus perditio.
Melchon: rex eorum vel principans eis.
Melchon: rex meroris vel princeps iniquitatis.
Melchonoth: fulchra vel regia siue reges induti aut regum cubicula.
Melia: vallis salis vel vallis salsa.
Melech: chorus vel a principio.
Meleoch: regnū vel regnator.
Melechi: chorus meus vel a p̄ncipio meo.
Melechias: chorus dn̄i vel a p̄ncipio domini.
Melithme: infirmitas vel de infirmitatibus seu mandatū humile aut mandatum humilitatis.
Mello plenus vel plenitudo siue adimplet⁹ aut adimpletio.
Meloth: pleni aut impleti siue plenitudines.
Melothi: pleni mei aut impletiones mee.
Melloth: pleni vł adimpleti seu plenitudines aut adimpletiones.
Mellothi: pleni mei vł adimpletiones mee.
Melsa: ripa vel in azymis.
Meliloth vallis salsa ignis mordentis vel vallis salis dolores prestolantium.
Melinchaten: vallis salsa mordentiū lapides vel vallis ignea lapidū acervatorum.
Meluch: plenitudines vel adimpletiones.
Men: a quo vel ex ipsis.
Membrana: aperta vel manifesta seu apertio vel manifestatio.
Memphis: os vel ab ore siue os eius aut os ex ipsis.
Memphiboseth: os cōfusiōis vel os confusionis siue os ignominie: aut de ore ignominia.
Memphō: os meroris vel de ore iniquitatis.
Memmius: ex quo de vel ex ipsis iste.
Memin: aq̃ mee vel viscera mea ex ipsis.
Merath: ex quo decus vel viscera cōmotionis.
Men: viscera vel ex ipsis.
Mēnar: viscera mea vel ex ipsis intimis meis.
Menelaus: viscera maledicta: vel ex ipsis maledictus.
Mer: apertus vel manifestus siue illuminās aut illuminatio.
Merab: multitudo vel de multitudine siue manifestās patrem aut illuminatio patris.
Merari: amaricans vel amaritudo siue aperiens vigilias aut illuminans suscitationē.
Merarite: amaricantes vel amaricati siue aperientes vigilias aut illuminantes suscitationē.
Mercurius: aperiēs civitatibus vel illuminās occursum signi.
Mere: apertus vel manifestus: siue illuminans eum aut illuminatio eius.
Mereth: rebellis vł apertio siue illuminans aut manifestatio.
Merephet: fovēs vel cubans siue cubabat aut confovebat.
Meremuth: aperiens mortē vel illuminans mortuos.
Meribaal: litigans cum marito vel litigans cum altissimo siue litigans in maritū: aut litigās contra altissimum.
Merimuth: aperiens mortē vel illuminans mortuos.
Merob: multitudo vel multitudine.
Merodach: amara procacitas vel amaritudinem immittens seu amare contritus aut amara contritio.
Meron: aque vel p̄funditates.
Meron: illuminās merentes vel manifestans iniquos.
Meronath: illuminans merentes tpe vel manifestans iniquitatem peccati.
Meronathites: illuminās merētes tpe vł manifestās iniq̄tatē.
Meroz: aperiens visionē vel immutatio fortitudinis.
Meroz: ꝯsulēs vel ꝯsiliū siue arcanū aut aque sacramentorū.
Mes: hospes vel hostis: siue mēsurator aut mensuratio.
Mesa: vado vel aqua rara.

Mesa: hospes eius vel hostis ei⁹ siue mensurans eum aut mensuratio eius.
Messa: hospes saluans vel mensura salutis.
Mesara: aqua rara vel propinatio siue dñs potũ aut ꝓpinator
Mesach: propinans vel potum dñs siue hospes fratris aut hospes fraternitatis.
Messalẽ: hospes missus vel reddens redditionẽ seu mensurãs pacem aut hospes iustitie.
Mesaloth: euadens vinculum: vel aque rare declinatio.
Mesameth: potũ dñs choro vel propinans a principio.
Mesech: amens vel trahens siue compressus aut compressio.
Mesech: deficiẽs vel prolõgãs seu defectio aut prolongatio.
Mesepha: speculator vel cõtemplator: seu speculatio aut cõtẽplatio.
Mesellima: capiẽs eos domino vel palpatio eorum deus.
Meseroth: vincula vel disciplinę seu successiones aut exclusiones.
Mesezabel: benign⁹ deo vel mẽsurator dñi.
Mesphar: speculatorẽ suscitãs vel contemplationis vigilia.
Mesphaeth: hospes dñs vel hospitis hiatus.
Mesphe: hospitis laqueus vel hospitis disciplina.
Messias: crisma vel unctio siue christus aut unctus.
Messolã: hospes seculi vel mensura eternitatis.
Messolan: capiens eos vel palpatio eorum.
Mesopotamia: eleuata voce q̃dam vel eleuatio cuiusdam vocationis.
Mesraim: hospitans eos vel mensura eorum. Sciendum vero q mesram egyptus appellatur.
Mesthi: varius vel varietas.
Messulan: mensura doloris vel hostis anterior.
Metheba: dulcis vel dulcedo.
Methiba: virga vel lectulus.
Methabaal: benign⁹ vir habẽs vel q̃ bona deuoratio vetustat.
Methabel: q̃ bonus de⁹ vel q̃ bona diuinitas.
Mathabehel: idem.
Methri: dulcedo videns vel dulcis visio.
Mensim: saluans eos vel attrectatio eorum.
Meza: ex hoc vel ex isto.
Mezaab: eleuata: vel supra eam siue aqua fluẽs aut aq̃ finitio.

¶ Hic. i. post m.

Miamin: quis matris fetus vel cui donatus.
Mibaar: electus: vel electio siue de electis aut de electione.
Micha: quis hic aduerbium loci vel quis est iste.
Michael: quis vel deus: vl' quis est sicut iste dominator.
Michaia: quis vt deus vel quis vt deitas.
Micharoh: quis hic dilatãs vel que est hec latitudo.
Michas: quis est hic aduerbiũ loci vel quis est iste.
Micheas: quis est iste vel q̃s est in loco.
Michol: aqua omnis vl' aqua ex omnibus.
Mido: metiens vel mensuratio.
Miphaat: aq̃ impetus vel aquarum impulsio.
Miphibaal: os deuorans vel os vetustatis.
Miphiboseth: os confusum vel os verecundum siue os confusionis aut ignominie.
Michael: domus dei vel domus exercitus.
Miletbene: generans castra vel generatio donantium.
Miletũ: generans vel generatio seu generare aut omnis eius est.
Milicho: regnator vel regnum.
Minamin: q̃s matris fetus vel cui donatus est.
Myrrha: amara vel amaricans seu amaritudo aut amaricatio.
Mirabaal: litigãs cum marito vel litigans cum altissimo: siue litigans in maritũ aut litigãs contra altissimum.
Misaal: tractans deo vel quis interrogauit deũ.
Misaam: trahens populum vel interrogatio eorum.
Misaac: quis vt risus vel quis vt frater: siue quis vt risus aut quis de gaudio.
Misael: populus dei vel quis est vt saluans deus.
Misia: que indigẽtia vel que est dormitatio.
Misor: humilitas vel tribulatio seu de humilitate aut de tribulatione.
Misor: palma vel directa siue humilis aut campestris.
Mitilene: transmigrãs vel declinans seu declinatio aut transmigratio.
Mitilene transmigrans: vel declinans seu declinatio aut trãsmigratio.
Mitridates: declinans donum sufficiẽs: vel transmigratio doni sufficientis.
Mizaab: quis vt aurum obrizũ vel q̃s est sicut aurũ purissimũ.

¶ Hic. o. post m.

Moab: de p̃re vel ex patre.
Moabite: de patre geniti vel ex patre generati.
Moaida: mẽsura domini vel sufficiens domino.
Moaz: fortis vel robustus: siue robur aut fortitudo.
Moaziam: de adiutorio domini vel dñs auxiliator est.
Mobomia: edificium vel edificator.
Mobomia: edificãs mihi vel edificatio mea.
Mobomiar: edificãs vel edificatio mea.
Mochebor: vulnerans patrẽ in minis vel paterne iracundie.
Mochanai: suppositio vel sustẽtaculum.
Mochori: venundator meus vel venũdatio mea.
Mochoth: plage vel vulnera.
Mochotha: plaga eius vel vulnerans eum.
Modab: natiuitas vel gñatio.
Modaba: nascens patri vel generatio eius.
Modim: iudiciũ vel iudicatio.
Modim: iudicans eos vel iudicium eorum.
Modolam: generationẽ testifi-

cũs vel nativitatis testificatio.
Moelath: dolens vel parturiẽs: sive ab adolescẽte aut a parturiente.
Moelathi: dolor meus vel parturiens mihi.
Mosei: palpatio vł attrectatio.
Moseia: palpans eum vel attrectatio eius.
Moyses: aquaticus vel assumptus de aqua.
Moyses: ungens vel liniens sive attrectans aut palpans.
Molada: princeps piscium vel dolor parturientis.
Molath: regnans vel principãs seu dolens aut parturiens.
Molathi: rex meus vel princeps meus sive dolor meus aut parturitio mea.
Molatithe: regnantes vel principantes sive dolentes aut parturientes.
Molchõ: regẽs eos vł principes eorum.
Molid: infirmitas vel a principio.
Moloch: rex vel princeps sive rex noster vel princeps noster.
Mool: infirmitas vel ad infirmitatem sive chorus aut a principio.
Moola: chorus eius vel ab initio eius sive infirmans eũ aut infirmitas eius.
Mooli: infirmitas mea vel de infirmitate mea: sive chorus me⁹ aut a principio meo.
Mooli: chorus laboris vel a principio laborioso sive infirm⁹ laborãs: aut de infirmitate laboriosa.
Moolite: chori mei vel a principio meo sive infirmitates mee aut de infirmitatibus meis.
Moos: infirmitas vel habitaculum.
Moosa: infirmans eum vel habitaculum eius.
Mosia: infirmus domini vel habitaculum domini.
Moroth: heres vel hereditas.
Morathi: heres me⁹ vel hereditas mea.
